HANDBOUND
AT THE
UNIVERSITY OF

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/carminaa00anac

2 Ba

ANACREONTIS TEII
CARMINA
GRAECE

E RECENSIONE

GVILIELMI BAXTERI

CVM EIVSDEM NOTIS

TERTIVM EDIDIT

VARIETATEMQVE LECTIONIS

ATQVE FRAGMENTA

CVM SVIS ANIMADVERSIONIBVS

ADIECIT

IOAN. FRIDER. FISCHERVS

LIPSIAE

SVMTIBVS IOANNIS GODOFREDI MVELLERI

CIƆIƆCCLXXXXIII

Ex
Bibliotheca
Universitatis
Heidelbergensis

134634
16/6/91
C

Q. B. V

Etſi haec, quae Anacreonti Teio etiamnunc a multis tribuuntur, carmina inde ab anno ſexto, et ſeptuageſimo, huius ſaeculi vſque adhuc tot ſunt editores, atque interpretes, nacta, quot nullis facile aliis nec ſummorum Graeciae poëtarum carminibus multo, et grauioribus, et vtilioribus, per aeque paucorum annorum ſpatium contigere: at nullus tamen eorum aſſequutus eſſe nobis, nedum ſuperaſſe, Henr. Stephani, Taneguidi Fabri, et Ioſuae Barneſii, in poëtam merita videtur. Nam Brunequius quidem, qui haec odaria Argentorati ter edidit, primum in Analectis veterum poëtarum Graecorum,[1] iterum ſeparatim biennio poſt, tertium ante hos ſeptem, ſexque, annos, ſenis denis, perpauca ſane attulit, quibus intellegentia eorum adiuuaretur, et in conſtituendo textu Graeco ipſo fere ſequutus eſt coniecturas Salmaſii, Lennepii, aliorumque, ita, vt mirandum neutiquam ſit, eum in tertia eius recenſione alias nonnullorum locorum lectiones ſubſtituiſſe pro iis, quas in ſecunda recepiſſet in ordinem,[2] ne-

 que

1. P. 1. p. 79. — 119. Argent. A. C. 1776. octonis.

2. Vt odar. 10, 8. 15, 3. ſ. 18, 1. 15. 22, 5. 23, 1. 27, 3. 4. 53, 3.

que omnino ſatis conſtantem vbique fuiſſe. [3] Hoc enim accidere fere ſolere videmus iis, qui nimio coniecturarum, ſiue propriarum, ſiue alienarum, leuitatis amore, ſtudioque, capti ducantur, vt alias haec, alias illa, recta, et vera, eſſe exiſtiment, et vtriuſque linguae copias metiantur ſcientiae eius ſuae anguſtiis. Nihilo tamen ſecius reliqui horum poëmatum editores, vt Degenius, [4] Holſtius, [5] Brigerus, [6] Bornius, [7] Ioerdenſius, [8] fama ſcilicet doctrinae, et ſolertiae, viri, vt fit, impulſi, exmpli eius, vel ſecundi, vel tertii, ſcripturam reddi in exemplis ſuis certatim iuſſere: quorum quiſque quantum profuerit opera ſua rationibus ſtudioſorum Graecarum literarum, quantum ea adiuuerit ſtudia lectorum horum carminum, vnde coëgerit, collegeritque, copias doctrinae Graecae in notis productas, alii cognoſcant, et videant, iudicent, et ſtatuant. Bodonius certe, qui ante hos octo annos textum Graecum exempli Stephaniani primi Parmae literis Vncialibus repetiit quaternis, [9] noſtrae quidem exſpectationi adeo parum reſpondit ſtudiis ſuis, vt vllum huius editionis exemplar, quamuis facie ſplendidum, tamen noluemus nobis nec quattuor denariis redimere. Nam pri-

3. Vt in tit. odar. 8. et 44.: odar. 22, 11. 29, 18. 56, 9.

4. Erlangae A. C. 1781. et 1786. 8. Idem Degenius paucis annis ante, A. C. 1776., ediderat eodem in opido diſputatiunculam ſuper philoſophia Anacreontis, lingua patria conſcriptam, octonis.

5. Lipſiae A. C. 1782. 8.

6. Lipſiae A. C. 1787. 8.

7. Lipſiae A. C. 1789. 8.

8. Berolini, et Libauiae, A. C. 1789. 8.: quae editio continet tantum ſeptem, et quadraginta, odaria, eaque alio collocata ordine. His editionibus addi poteſt Parthenopolitana A. C. 1781. 8. Nam exemplum, quod eadem in vrbe A. C. 1777. 8. exiit, textum exhibet Baxterianum, e noſtro exemplo ſecundo expreſſum.

9. Index operis eſt, Ἀνακρέοντος Τηΐου Μέλη *Anacreontis Teii Odaria, praefixo commentario, quo poëtae genus traditur, et bibliotheca Anacreonteia adumbratur, additis varr. lectionibus.* vid. Annales literr. Helmſtadd. a 1787. p. 134. — 140. et Commentarii Lipſſ. de libris nouis a. 1786. p. 1761. ſſ.

primum animaduerſiones Stephani ipſae omiſſae ſunt: deinde quae in Prolegomenis de vita poëtae,[10] et de editionibus horum odariorum variis, diſputantur,[11] ea multo diligentius, et accuratius, a Barneſio, et a nobiſmet ipſis in ſuperiore Praefatione, expoſita ſunt*: denique varietas lectionis, quae adiecta comparet,[12] neque plena eſt, et vix tribus coniecturis propriis Thomae Valpergae, Caluſitani, iiſque leuiſſimis,[13] aucta. Sed longe melius de his poëmatiis, eorumque lectoribus, meritus eſt Ioſephus Spaletius, Romanus, eo, quod illa laminis aeneis inciſa e codice Vaticano ante hos duodecim annos Romae edidit.[14] Hic codex, qui e bibliotheca Palatina in Vaticanam venit, nuncque eius tertius, et triceſimus, codex Graecus numeratur, in membranis formae maximae, ſaeculo circiter decimo, ſcriptus eſt, et, praeter alia opuſcula Graeca plura,[15] continet Anthologian Conſtantini Cephalae, cuius caput quintum decimum exhibet octo foliis[16] odaria Anacreontia, ſed ordine ab eo, qui nunc in libris editis eſt, diuerſo, vndeſexaginta, vel potius duo, et ſexaginta.[17] Haec igitur codicis iſtius folia octo la-

 minis

10. c. 1. — 4.

11. c. 5. — 11.

* Amadutius, Romanus, is, qui a. 1786. 4. edidit Parmae capita characterum ethicorum Theophraſti *περὶ Φιλοπονηρίας*, et *περὶ αἰσχροκερδίας*, anno ſuperiore miſit epiſtolam ad Bodonium, typographum, qua commentarius de Anacreonte, huius odis in editione Bodoniana praemiſſus, emendatur, et ſuppletur. Sed hanc epiſtolam nobis nondum contigerat inſpicere.

12. p. 79. — 100.

13. Vid. odar. 24, 7.

14. Index operis ſplendidi eſt, *Ἀνακρέοντος Τηΐου Συμποσιακὰ ἡμιάμβια Anacreontis Teii Conuiualia ſemiambia. Romae a. 1781. Praeſidibus annuentibus.* Repertum eſt formulis literarum vulgaribus biennio poſt in eadem vrbe.

15. Haec opuſcula diligenter recenſentur a Brunckio Praefat. ad Analect. P. 1. p. 9. ſ. De fatis bibliothecae Palatinae breuiter expoſuit Schurzfleiſchius in notitia bibl. principalis Vinarienſis p. 12. ſſ.

16. p. 676. — 691.

17. Haec duo, et ſexaginta, odaria ſcripta ſunt in codice illo

minis aeneis ſumma diligentia exprimenda curauit Spaletius, ita, vt ſubiunxerit odaria ſingula figuris literarum hodie vſitatis reddita, cum textu eorum Barneſiano, et verſione Latina noua, aliiſque ea ornamentis, quorum ſpecie oculi lectorum liberales caperentur, tenerenturque, auxerit. Quae quidem viri eruditiſſimi cura quanti facienda ſit, quam grato animo proſequenda, quantis laudibus efferenda, ab ſtudioſis doctrinae Graecae, vel ex eo intellegitur, quod codex Vaticanus reſtat monumentum vnicum, cuius fide, ac teſtimonio, conſtet, haec odaria non eſſe Anacreonti a Stephano ſuppoſita, immo multis ante ipſum ſaeculis ſeni Teio tributa.

Nos igitur, qui exemplum eorum a nobis ante hos duodeuiginti propemodum annos adornatum, diuenditis eius exemplaribus, a librario, vel emendare, vel nouis etiam copiis inſtruere, iuſſi eſſemus, quum neque nunc Baxterianum immutare textum grauiſſimis de cauſſis placuiſſet, in primis hoc agendum eſſe cenſuimus, vt, non modo in notis oſtenderemus, quorum locorum lectiones nobis a Baxtero ſine idonea cauſſa immutatae eſſe viderentur, ſed etiam varietatem ſcripturae codicis Vaticani quam diligentiſſime enotaremus,

ordine, qui in noſtro exemplo eſt, hoc: p. 676. odar. 65. 48. et 49., vt vnum, 17. 18.: p. 677. odar. 59. 11. 15. 31. 12.: p. 678. odar. 10. 13. 14. 32.: p. 679. odar. 9. 28.: p. 680. odar. 29.: p. 681 odar. 21. 30. 66. 19. 22.: p. 682. odar. 20. 1. 2. 33. 16.: p. 683. odar. 16. et 55., vt vnum, 45. et 46., vt vnum, 44. 7.: p. 684. odar. 4. 3. 43.: p. 685. odar. 40. 23. 8. 41.: p. 686. odar. 47. 24. fragm. 3. odar. 42. 6.: p. 687. odar. 5. 25. 37. 38. 26.: p. 688. odar. 27. 39. 34. 36. 54.: p. 689. odar. 35. 53. 50.: p. 690. odar. 51. fragm. 2. odar. 52.: p. 691. fragm. 1. Caeterum odaria paginarum trium, 676. 677. 678., aliae videntur ſcripſiſſe manus, non ea, cui ſcriptura reliquorum odariorum debetur.

mus, lectionesque diuersas superiorum exemplorum adaugeremus iis, quas nuperi editores in ordinem recepissent, quo lectores iis in locis, quibus Baxterus errasse, atque lapsus esse, reperiretur, haec eius peccata corrigere, aliena quoque sapientia adiuti, possent. Atque hanc ipsam ob caussam variantium lectionum syluam exornauimus coniecturis hominum doctissimorum omnibus, quas indagare nobis adhuc, atque reperire, contigerat. Odariis porro ipsis addidimus e codice Vaticano vnum,[18] nondum a quoquam, quod sciamus, editum, fragmentorumque in numerum alia nonnulla e libris, vel scriptorum, vel grammaticorum, veterum recepimus. Sed vt has carminum Anacreontis reliquias multis illustrare modis conati sumus, ita in explicandis odariis, quae ei tribuuntur, ipsis maiore etiam diligentia, atque ita, versandum nobis esse putauimus, vt etiam caussae interpretationis loci cuiusque afferrentur, demonstrareturque, quid spectare, quid agere, oporteret lectores studiosos, si assequi mentem poëtae, atque adeo iudicare de grauitate, vel leuitate, interpretum ipsi vellent. Denique vt videre vno in conspectu liceret omnibus rationem Graecitatis horum poëmatiorum omnem, indicem eius plenum, et perfectum, adiungere visum est: quo in conficiendo nos esse cura Metarii, atque diligentia, non parum adiutos, laeti, gratique, fatemur. Caeterum vt deo O. M. gratiam habemus maximam, quod nobis numine suo adfuit in peragendo huius quoque laboris penso, ita precamur eundem ex toto pectore, acerrimeque rogamus, velit hanc

 operam

18. Odar. 66.

operam omnem, a nobis in hisce odariis denuo illustrandis, edendisque, positam, iubere esse omnibus adolescentibus Graecarum literarum studiosis quam vtilissimam, et quam maxime salutarem. Scripsi Lipsiae in schola Thomana a. d. III. Nonas Martias A. C. CIƆIƆCCLXXXXIII

LECTORI

LECTORI
GRAECARVM LITERARVM STVDIOSO
S

IOH. FRIDER. FISCHERVS AA. M
SCHOLAE THOMANAE RECTOR

De odariis Anacreontiis, quae circumferuntur, non vnam ſemper fuiſſe doctorum hominum, eandemque, ſententiam conſtat. Alii enim omnium horum carminum vetuſtatem, atque integritatem, oppugnare auſi ſunt, nullumque eorum, quae quidem ab Henrico Stephano prolata eſſent, ab Anacreonte, Teio vate,* profectum eſſe contenderunt. Atque huius quidem ſententiae dux, et princeps, fuit Franciſcus Robortellius,[1] Vtinenſis, acutiſſimus ſaeculi ſexti decimi cri-

 ticus:

* *Hiſtoriam poëſeos Graecae breuioris ab Anacreonte vſque ad Meleagrum ex Anthologia Graeca adumbratam* edidit Car. Aenoth. Sontagius Lipſiae A. C. 1785. 8.

1. In diſputatione de arte, ſiue ratione, corrigendi antiquorum libros, quae inſerta eſt To. 2. theſ. crit. Gruter., et adiuncta Gaſp. Scioppii de A. C. commentariolo, Amſtel. a. 1662. 8. Verba Robortellii ſunt p. 17. Grut. p. 103. Amſtel., *Haec ego de generibus chartarum dicere volui, vt intelligatis omnem illarum vſum, et antiquitatem. Quare perridiculus eſt is, qui nuperrime, editis quibuſdam inſulſi hominis Graeci luſibus, Anacreontis odas eſſe ſcribit, hoc vtens argumento, quod in cortice eſſent deſcripti; vt hac ratione ſcilicet nobis imponeret.* add. p. 27. Gruter. p. 119. Amſtel.

ticus: quam eius auctoritatem nostra aetate, praeter Tib. Hemsterhusium,[2] et paucos alios, Ioh. Corn. Pauus ita sequutus est, vt hanc sententiam multis rationibus tueri, et confirmare, conatus sit. Alii vero assensisse reperiuntur Robortellio hactenus, vt dederint, atque concesserint, magnam horum odariorum partem a poëtis recentibus compositam esse, qui experiri ingenii vires voluissent, et videre, si forte assequi doctrinam Teii senis hoc in genere carminum possent: sed in nonnullis tamen odariis cernere sibi visi sunt vestigia certa eiusmodi venustatis, et elegantiae, quae, nec ingenio, nec stylo, Anacreontis indigna esset censenda. Atque hanc de istis carminibus sententiam primum superiori saeculo, et dixisse, et propugnasse, inuenio Taneguidum[3] Fabrum, acris hoc in rerum genere, et circumspecti, iudicii virum: qui, praeter multos alios, assensorem nactus est Ricardum Bentleium:[4] quem ipsum viguisse eo ingenii subacti acumine, et sagacitate, vt in libris scriptorum veterum genuina, et antiqua, facile odorari, et indagare, potuerit, eaque iudicii subtilis solertia, et firmitate, fuisse praeditum, vt adulterina, et supposititia, a veris, et bonis, recte internoscere, atque discernere, valuerit, quis nescit? Aliis denique visum est

2. ad Aristoph. Plut. p. 483.: *Extant in illis, quae nomen Anacreontis gerunt, reliquiis od.* 38. Sic e verbis Aegidii Menagii ad Diogen. Laërt. 1, 97. p. 56. Meibohis, *inter epistolas, quae sub nomine Phalaridis circumferuntur*, Ric. Bentleius in dissert. de Phalaridis epistolis p. 7. opuscc. philologg. edit. Lips. recte sibi iudicare posse visus est, virum doctissimum epistolas illas ab alio quouis potius, quam a Phalaride, Agrigentinorum tyranno, scriptas esse putasse.

3. Vid. Valesiana p. 128. Paris. a. 1694. 12.

4. ad Horat. 2. od. 17, 14.: *Nam vt Alpheus ille — ita hic scriptor; si is est Anacreon: nam ex iis, quae sub eius nomine hodie feruntur, multa spuria sunt; aperte nimis imitatus est eundem Archilochi locum.* add. idem Bentleius in ep. ad Franc. Gaconium, a Bruncquio edita ad calcem exempli odariorum Anacreontiorum Argentoratensis vtriusque, p. 127. s. et p. 146. s. Atque in hac ipsa sententia fuisse video Iac. Phil. Medenbachium amoenitatt. literr. c. 8. p. 45., et Bruncquium, maxime ad odarr. 35. 36. 37. 41. 48. 50.

est discedere in alia omnia, ita, vt vniuersa illa odaria, quae nomen Anacreontis, auctore Stephano, inscriptum ostentarent, ingenio Teii senis, styloque, deberi contenderint, et, qui aliter sensissent, eos vllum verae, antiquaeque, venustatis, et pulchritudinis, gustum, iudiciumque, habuisse negarint. Quam quidem sententiam defendere patrum nostrorum memoria, et propugnare, studuerunt omnibus modis Baxterus maxime, et Barnesius, ita, vt inuenerint in omnibus ciuitatibus humanis assensores, et laudatores, quam plurimos:[5] quo in numero nosmet ipsos fuisse nuper, ex iis, quae ea de re disputauimus in praefatiuncula ad editionem primam horum odariorum, intellegi ab omnibus potest. Quomodo enim iuuenis verecundus, qui carere se scientia Graecarum literarum idonea, iustaque iudicii subacti, et acris, grauitate, sciret, eam suscipere audaciam potuisset, vt oppugnaret sententiam, quam dixissent viri eiusmodi, quorum auctoritatem sequutos esse videret tot accuratae doctrinae, acutique ingenii, et iudicii subtilis,* laude florentissimos homines? Sed quum collegissem vsum hoc in genere literarum maiorem; quum intellegere coepissem, non eam sententiam grauem iudicari debere, et veram, quae subscriptores, et approbatores, numeraret plurimos, verum hanc, quae confirmari reperiretur argumentis, et rationibus, maximis; quum instituissem pondus argumentorum sententiae cuiusque saepius mecum, et diligentius, examinare, atque expendere: vidi tandem, et perspexi, rationes eius sententiae, quam secundo loco pro-

5. Vid. Commentarii de libris nouis, qui inscribuntur *Bibl. raisonnée des ouvrages des Savans de l'Europe*, To. 8. P. 1. art. 4. p. 101. — 126.: vbi vir quidam doctus satis facere Paui dubitationibus conatus est. Conf. Clericus biblioth. sel. To. 11. p. 335. — 346., et Bodonius Prolegg. ad editionem horum carminum Parmensem p. 53. — 61.

pronunciaui, esse omnium ponderosissimas, atque adeo ipsam illam sententiam praeferri duabus reliquis debere; ita, vt nunc quidem affirmare non dubitem, vix vnum, alterumue, illorum carminum quinque, et quinquaginta, quae ab Henr. Stephano, adolescente,[6] primum euulgata sunt, Anacreontem auctorem habere.

Etsi enim non ignoramus, quam parum fidei habendum sit orationi Stephani tum, quum loquitur de codicibus calamo scriptis, quos in edendis scriptorum veterum libris adhibuerit; quippe quem constet fere gloriari consueuisse, se in illis recensendis, atque emendandis, adiutum esse eorum codicum copiis, quos ipse nunquam vidisset; qua de vanitate viri, et leuitate, quam facile appareat profectam esse ab incredibili quadam inuidentia, quae laudes aliorum, et merita in hoc literarum genus, Germanorum in primis, animo ferre aequo non posset, grauissime quidem nuper nosmet ipsi, sed etiam verissime, conquesti sumus in praefationibus, cum ad Platonis dialogos quatuor primos, tum ad characteras Theophrasti ethicos: tamen non dubitandum putamus, quin codices illi duo, e quibus a se edita esse haec carmina Stephanus ait, boni fuerint, certe antiqui; praesertim quum haec ipsa odaria propemodum omnia, sed alio tamen ordine collocata, extent in eo codice, qui e bibliotheca Palatina in Vaticanam venit, et quem Doruillius,[7] aliique iudices idonei, vno ore confitentur

6. Stephanus differt. de criticis vett. Graecis, et Latinis, p. 94. *Inter quorum testimonia omittendum non est hoc illius, quem mihi veteris Graecorum lyrae studiosi debent*, Τανύει δὲ, καί με τύπτει Μέσον ἧπαρ, ὥσπερ οἶστρος, *id est, loquitur autem de Cupidine*, Statimque tendit illum, Ferit et mihi sagitta Medium iecur, quasi oestrum: *vt quidem in adolescentia sum interpretatus, eodem, quo et Graecos versiculos edidi, tempore.*

7. Van. crit. p. 7. *Obtuleram quoque* [Pauo] *collationem eiusdem poëtae* [Anacreontis], *a me ad antiquissimam, et fere vnicam, membranam Vaticanam institutam.* Obseruatt. miscell. Belgg. p. 364. vol. 2.

tur ita ſcriptum eſſe in membranis, vt notas, et ſigna, vetuſtatis certa, neque vllo modo dubia, oſtendat. Neque vero e bonitate, et antiquitate, horum codicum recte collegi poſſe, quis non videt? carmina ipſa, quae in iis ſeruata fuere, omnia compoſita eſſe a poëta quodam melico, qui Polycratis, Samiorum tyranni, Cyriue maioris, ſaeculo floruerit, et cuius patria Teos, Ioniae opidum, fuerit; quum multa huic rationi repugnare reperiantur. Etenim quanquam Maximus Tyrius, Athenaeus, Hephaeſtio, Stobaeus, Pollux, Heſychius, Etymologici magni auctor, Euſtathius, aliique, et ſcriptores, et grammatici, veteres multos verſiculos, multas particulas, multa verba, multorum carminum Anacreontis laudant: tamen nullum locum ex quinque illis, et quinquaginta, odariis, quae a Stephano prolata ſunt, aſſerunt, multo minus ita afferunt, vt eum ex Anacreontis libris ſumtum eſſe oſtendant, praeter odarium ſeptimum decimum, duoque verſiculos [8] duodequadrageſimi odarii. Hi enim, et ab Hephaeſtione, [9] et ab Ariſtophanis ſcholiaſta, [10] Anacreonti diſerte tribuuntur: illud Gellius protulit quodam Noctium Atticarum loco. [11] Quod quidem vt non dubito quin auctorem habeat Ana-

2. *ſi Vaticano codici veterrimo fides, — illa enim membrana —.* Brunequius in notis ad odar. 5, 9. p. 93. edit. Argentor. 1. vocat *Vaticanam peruetuſtam membranam:* qui idem de hoc codice, quo continentur haec odaria, paulo diligentius diſputauit in Praefat. ad Analecta vett. poëtarum Graecorum p. 9. ſſ. To. 1. Particula certe quidem codicis ea, qua haec continentur odaria, ſcripta eſſe videtur ſaeculo fere a Chriſto nato decimo. Qua quidem de re iudicium facere iam quiſque ſponte poteſt, quum iſta codicis folia, nuper Romae laminis aeneis inciſa, edita ſint cura Spaletii. Sed de hac carminum Anacreontis editione plura a nobis dicta ſunt in Praefat. editionis noſtrae tertiae. Caeterum etiam in bibliotheca Pariſienſi regia eſt Anacreontis odarium, neſciebam quod, in charta ſaeculo ſexto decimo quaternis ſcriptum, vid. Catal. codd. MSS. biblioth. Pariſ. regiae To. 2. p. 560. cod. 2847. n. 15.

8. v. 6. ſ.

9. Enchir. p. 16. Pau.

10. ad Plut. 302.

11. 19, 9.

Anacreontem; Gellius enim versus eius vocat lepidissimos versiculos Anacreontis senis: cui quis credat eos tributurum fuisse tantum, et tam acrem, criticum, si essent ab recente quodam poëta profecti? praesertim quum illo ipso loco Ἀνακρεόντεια,[12] et Sapphica, distinxerit a poëtarum recentium ἐλεγείοις eroticis, eaque vixerit aetate, qua restarent genuina Anacreontis odaria, vt potuerit eo facilius ab illis discernere supposititia: ita quum nec illud odarium, e quo Hephaestio, et Pluti Aristophanis enarrator, laudauere duo versus, Anacreontis ingenio indignum videatur, nemini speramus antiquitatem eius, et integritatem, dubiam videri, suspectamque, vllo modo posse. Cur vero tot alia odaria a scriptoribus,[13] et grammaticis, antiquis neglecta esse putemus, vt nullas ex iis glossas, nullos versiculos, particulas nullas, attulerint; quum tamen in multis eorum multa inueniantur, e quibus de coronis veterum conuiualibus, de ipsis eorum conuiuiis, et compotationibus, de multis aliis rebus ad Bacchum, Veneremque, pertinentibus, illa ipsa disci propemodum melius posse videantur, quae iidem illi homines, auctoritate locorum ex aliis Anacreontis carminibus sumtorum, docere instituerunt? Cur in hoc tanto odariorum numero omnino nullum reperitur, quod Horatius, studiosissimus ille Anacreontis imitator,[14] expresserit? Nonne ea ex re existimari recte possit, si non omnia, at tamen pleraque eorum, post illa tempora composita esse ab aliis poëtis, qui experiri ingenii vires vellent in eodem genere carminum, quo Anacreontem scirent tantam doctrinae laudem, et gloriam, esse consequutum? Quid? an convenire putabimus in haec odaria eas laudes, quibus

Ana-

12. Vid. Gregorius in de dialectis p. 182. Koen. et Suidas v. Ἀνακρέων p. 167. To. I. Neocor.

13. Vt a Stobaeo eclogg. ethicc. c. 61. et c. 96.

14. Vid. Stephanus ad odar. 31. 3.

Anacreontis carmina leguntur ornata esse, atque adeo cumulata, ab antiquis grammaticis? Haec enim quum composita tradantur fuisse omnia Ionica dialecto; quum dialectus Ionica, vt caeterae dialecti, suas literas, suas syllabas, sua verba,[15] suam verborum structuram, et ordinem,[16] suam totius orationis formam, habuerit: si haec carmina, quae nunc Anacreonti tribuuntur, ab eo essent facta: sane necesse esset, vt haec linguae Ionicae vestigia in iis ita impressa extarent, vt in particulis odarum illis, quas libri scriptorum, et grammaticorum, veterum seruarunt. Nonne vero in plerisque istorum odariorum signa orationis Ionicae illa fere omnia desunt? Haec quidem, inquies, deleta sunt, et sublata, librariorum, grammaticorumue, recentium inepta, et stulta, sedulitate. At quam leuis sit ista ratio, et quam parum idonea, quis non intellegit? Nam formae verborum, et nominum, etiam particularum, Ionicae quin multis in locis mutari in communes potuerint, et vero mutatae fuerint, dubitari non potest; praesertim quum huius dialectorum commutationis exempla innumerabilia in libris Herodoti, atque Hippocratis, inueniantur non minus, quam in scriptis eorum auctorum, qui reliquis dialectis vsi sunt. Neque tamen reperietur facile quisquam, qui non videat sponte, ista ingenii, manuumque, licentia longe minus violari potuisse poëtarum carmina, quam libros aliorum scriptorum; quippe quum

15. V. c. Hesychius, et ex eo Phauorinus: Ἀππαλάζειν· ἐκκλησιάζειν· Ἴωνες.

16. Herodo. 3, 130. ὡς βασιλέϊ ἐκτος εἴη ὃς τὴν ψυχὴν ἀπέδωκε· 4, 79. τῶν τις Βορυσθενεϊτέων· 5, 101. τῶν τις στρατιωτέων· 6, 37. τῶν τις πρεσβυτέρων· 6, 80. τῶν τινα αὐτομόλων· 7, 146. τῶν τινας δορυφόρων· 8, 89. ἀπὸ μὲν ἔθανε ὁ στρατηγὸς — ἀπὸ δὲ ἄλλοι πολλοί· 9, 5. κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα· 6, 50. ἄνευ γάρ μιν Σπαρτιητέων τοῦ κοινοῦ ποιέειν ταῦτα· 8, 138. ἐν τούτοισι καὶ ὁ Σιληνὸς τοῖσι κήποισι ἥλω· 9, 93. καὶ οὐ γὰρ ἔλαθε τοὺς Ἀπολλωνιήτας ταῦτα γενόμενα· 9, 109. τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι — ἀλλ᾽ οὐ γὰρ ἔπειθε.

quum ipsae metri leges eam magis coërcuisse intellegantur. Quis vero credat, etiam glossas Ionicas a grammaticis, et librariis, esse fere omnibus ex locis eiectas, et pro iis substituta verba communia? quis sibi persuadeat, istorum hominum libidinem mutandi omnia tam importunam fuisse, tamque effrenem, vt etiam ordinem, structuramque, verborum, atque adeo sententiarum vim, et seriem, attigerit? Nam quanquam scriptores, et poëtae, vernaculi nostrorum temporum ii, qui elegantis sibi, et amoeni scilicet, ingenii laudem vindicant, qui sensum pulchri omnem, atque iudicium, gloriantur secum, et natum esse, et extinctum iri, qui se venustatis, leporisque, vernaculi omnis auctores, et iudices, graues iactant, qui vindices se, atque praesides, sermonis patrii certos dictitant, eo licentiae progrediuntur, vt omnes glossas e libris, et carminibus, atque adeo hymnis, superiorum saeculorum tollere audeant, et in earum locum verba suae aetatis substituant; vt totam orationis faciem, atque formam, mutent, ac diffingant: tamen non modo valde iniqua est, atque iniusta, illa ratio;

17. Ioh. Guil. Bergerus in Prolusione *de Martini Lutheri prudentia rhythmica*, quae est in libro summi viri, qui inscribitur *Eloquentia Publica*, prima, et vicesima, quam velim totam nostrae aetatis correctores scilicet, atque nouatores, hymnorum diligenter legant, relegantque; quum laudasset [p. 294. ff.] grauissima, lectuque dignissima, verba, quibus vir sanctissimus rogauit, et admonuit, ad vnum omnes, vt hymnos suos immutare ne auderent, disserere pergit [p. 296. f.] ita: *Vides, hoc loco, vt alia mittam, optimi, sanctissimique, viri pium, ac mirum, quo flagret ille, desiderium: vides summam eius desiderii aequitatem. Nam vehementer omnes etiam atque etiam rogat, vt suum sibi libellum relinquant integrum; idque per amorem, quo ferantur in purum dei verbum. Qui tandem vehementius te rogare posset? Hanc mihi iam, amabo te, da veniam, vt percontor te, qui manum Luthero inferas, velisne tu aliis in te tantum indulgere, vt ea, quae, diu, ac multum, curis quoque posterioribus, expensa, scripseris, atque edideris, arbitratu suo mutent, atque corrigant, quo politiora fiant illi? Annuis vero, idque recte. In istos quoque iam stomacho exardescis, qui tale quid in te sibi permittant, te vtique inuito, tuique magis ingeniis. Cur autem tu tam iniquo in Lutherum es animo, vt id, quod in alio ferre nulla ratione velis, in illum tibi*

ratio; quis enim, ſaluis naturae legibus, attingere poſſit verba aliorum integra, inuitis auctoribus,[17] praeſertim quum talis oratio vix poſſit ita mutari, quin ſimul ſententia eius mutetur, quum ingeniorum, animorumque, diſſimilitudo eaſdem cogitationes, eadem verba, nullo parere modo poſſit? ſed etiam ipſi linguae vernaculae ita obeſt, vt poſteri ignoraturi ſint, quae fuerit eius, ſaeculo quoque, forma, et facies, quae pulchritudo, et venuſtas, quae vbertas, et copia. Poëtae quidem recentes vtriuſque linguae ab iſta importuna vanitate, et impudenti, ſtultaque, ſuperbia, alieniſſimi fuere, ita, vt, ſi viderent, carmina antiquorum poëtarum non intellegi, ob mutatum ſermonis genus, ab omnibus poſſe, ipſi noua eiuſdem generis poëmata pangere inſtituerent oratione ſui quiſque ſaeculi, antiqua carmina intacta relinquerent, quo videret poſteritas, quae fuiſſet aetate quaque Graeci, Latinique, ſermonis facies.[18] Huius igitur exempli barbarorum hominum grauitatem excellentem ita ſequi, imitarique, debebant noſtrae aetatis ſcriptores hymnorum Chriſtiani, vt noua huius generis carmina conderent, antiqua integra, et intacta, ſinerent. Neque vero grammatici, et critici, veteres fuere ita inſolentes, et temerarii, vt e carminibus poëtarum Graecorum gloſſas Atticas, Ionicas, Doricas, eiicerent, earumque in locum verba vulgaria ſubſtituerent. Certe verſiculi Anacreontis

ſumas, omnes tamen obteſtatum, vt ſuum ſibi libellum liceat habere ſaluum. Tu vero, mihi crede, ſi hymnos Lutheri tanta erga deum reuerentia, tantaque in Chriſtum fide, quam creberrime cecineris, quanta ſcripti ſunt illi, hac quidem religione animi apud deum inibis gratiam longe maiorem, quam omni floris rhythmici, vlliuſque poëtici, cultu.

18. Cic. Brut. 15. *Illius autem aetatis qui ſermo fuerit, ex Naeuianis ſcriptis intellegi poteſt.* Quinctil. 1, 6. 40. *Saliorum carmina, vix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta. Sed illa mutari vetat religio, et conſecratis vtendum eſt.*

tis illi, qui ab Athenaeo, Hephaeſtione, aliiſque, laudantur, pleni ſunt omnibus orationis Ionicae veſtigiis. Haec vero quum fere nuſquam compareant in iis odariis, quae a Stephano emiſſa ſunt: quis non recte dubitet de antiquitate eorum? quis ſibi perſuadeat, ea eſſe ab Anacreonte compoſita? praeſertim quum in multis eorum legantur eiuſmodi verba, quae ignorauerit aetas Teii ſenis;[19] multis verbis eiuſmodi ſignificatus tributi reperiantur, qui iis tributi fuerint poſt eius tempora.[20] At in primis venuſta, inquies, et dulcia, et lepida, ſunt haec odaria: qua virtute, et dote, excelluiſſe Anacreontis carmina, ſcriptores antiqui omnes, vno conſenſu, tradiderint.[21] Ego quidem non ignoro, Anacreontem laudari a veteribus, vt auctorem, et parentem, omnis leporis, et venuſtatis, carminum eroticorum, et ſympoſiacorum: neque me fugit, Ludou. Chriſti. Crellium, popularem meum, virum de rebus academiae Lipſienſis non minus, quam de ſcholae Nicolaitanae rationibus, praeclare meritum, conatum eſſe perſequi, peculiaribus libellis, partes venuſtatis ſingulas, quam reperiſſe ſibi in his odariis viſus eſſet.[22] At primum haec virtus ſola quomodo poſſit Anacreontis ingenio vindicare haec carmina, non video, quum multi recentes poëtae potuerint ſua huius generis poëmatia eodem diſtinguere lepo-

19. V. c. *ἡ κάρα* odar. 36, 9.: *εὐτελίζω* odar. 45, 10.: *πεῖραν ποιεῖν* odar. 53, 11. De vſu nominis *βότρυς* v. Athen. 14, 19. p. 653. B, et ibi Caſaubonus p. 930.

20. V. c. *μεσονύκτιοι ὧραι* odar. 3, 1.: *σηκοὶ* odar. 5, 13.: *δωριάζειν* odar. 10, 6.: *ἐκβοῆσαι* odar. 33, 19.: *ἀνάγκαι* odar. 36, 2.: *ἄρτι* odar. 9, 9.

21. Vid. Gellius NN. AA. 19, 9.

22. Horum libellorum primus, qui inſcribitur, *περὶ χαριεντισμοῦ Ἀνακρέοντος, ſeu de eo, quod in Anacreonte venuſtum, et delicatum, eſt*, exiit Lipſiae A. C. 1706. 4.: defenſus publice a dubitationibus, reprehenſionibuſque, eruditorum hominum a Chriſti. Frider. Viliſchio.: quem tamen an ſequutus eſſet alter, neſciebamus. Vnde Ioh. Chriſti. Henricius V. C. Leucoreae A. C. 1791. 4. edidit Proluſionem elegantem *de Charientiſmo Anacreontis ad Demetrii Phalerei diſciplinam expenſo.*

lepore, eademque venuſtate ornare. Natura enim hominibus ita fauere reperitur, vt omnibus ſaeculis ingenia, ſi non multorum, at ſaltem quorundam, aeque liberaliter impertiat ſuis bonis. Deinde libenter quidem confiteor, neque vllo modo inficias eo, nonnulla horum odariorum[23] non carere venuſtate, nec qua ſententias, nec qua verba, eorumque iuncturam, et ordinem. * At illa ipſa poëmatia quum non ſint lingua Ionica compoſita: quis non in eam ſuſpicionem adducatur, vt credat, ea a recentibus poëtis imitando expreſſa eſſe ex Anacreontis odariis; praeſertim quum in multo pluribus eorum omnes partes, et numeri, venuſtatis deſiderentur? Nam quum pulchritudo natiua cenſeatur, cum ſententiis venuſtis, et acutis, neque tamen arceſſitis, ſed ab ipſa rerum natura ſponte profectis, earumque iunctura, et concinnitate, elaborata illa quidem, ſed latente, quae non manifeſto deprehendatur; tum verbis elegantibus, et aptis, quae ipſo ſono aures delectent, neque tamen quaeſitis, ſed iis, quae ſubito occurriſſe menti videantur, eorumque ſtructura laeui, nec aſpera, vt ipſa occupaſſe locum quaeque ſuum, verſuſque confeciſſe, appareat: profecto lectores horum odariorum vel mediocriter attenti facile, ſpero, inuenient, in pleriſque eorum,[24] non tantum ſententiarum elegantiam, et concinnitatem, ſimplicem, iuncturaeque earum laeuitatem gratam, requiri, ſed ipſius quoque orationis eam rationem eſſe, et ſtructuram, videbunt, vt verba vndique conquiſita, ex Homeri in primis carminibus, miren-

 tur,

23. Vid. odarr. 8. 11. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 23. 28. 29. 30. 32. 33. 36. 40. 44.

* Nam in pleraque horum odariorum cadit id, quod Cicero Orat. 55. dixit de omnibus carminibus lyricis, *ſed in verſibus*, inquiens, *res eſt apertior: quanquam etiam a modis quibuſdam, cantu remoto, ſoluta eſſe videatur oratio, maximeque id in optimo quoque eorum poëtarum, qui λυρικοὶ a Graecis nominantur: quos quum cantu ſpoliaueris, nuda paene remanet oratio.*

24. Vid. odarr. 3. 13. 18. 39. 41. 42. 50. 51. 52. 53.

tur, nonnulla etiam noue facta, vt verſus complerentur; quorum tamen modi, et numeri, innumeris in locis reperiantur non conſtare.[25] Quibus quidem, et orationis, et ſententiarum, vitiis conati ſunt recentiores interpretes ita mederi, vt nunc alia verba inſerciri, ad explendas rimas, iuſſerint, nunc ordinem verborum, et verſuum, mutarint, nunc integros verſus diffinxerint. Sed hunc eorum laborem omnem vanum eſſe, atque inutilem, vel ex eo patet, quia iſta vitia, neque librariorum neglegentiae illiberali, neque malae grammaticorum ſedulitati, debentur, verum manifeſtae ipſorum, quicunque tandem illi fuerint, auctorum horum poëmatum inertiae, ita, vt mirandum non ſit, nullum adhuc, nec ſolertiſſimum, interpretem potuiſſe ea ſic emendare, vt idoneis verae, antiquaeque, ſimplicitatis, et venuſtatis, arbitris omni ex parte probarentur. Quod quidem ipſum Phaedrinarum quoque fabellarum interpretibus accidiſſe, quis neſcit? ita, vt magna carminum iſtorum pars vel hanc ob cauſſam recte exiſtimetur alii poëtae cuiuis potius, quam Phaedro, Auguſti liberto, eſſe tribuenda. Praeterea his in odariis nuſquam videas commemorari Polycraten, tyrannum, cuius tamen laudibus plena fuiſſe Anacreontis carmina accepimus:[26] nuſquam laudantur, neque Smerdiae capilli, neque Cleobuli oculi, quos Maximus Tyrius[27] auctor eſt ab poëta Teio cantatos fuiſſe in primis: ſed attinguntur in his ipſis poëmatiis nonnulla, quae facile appareat Anacreontis aetate fuiſſe Graecis nondum cognita.[28] Denique Ariſtarchus, Heracleon Aegyptius, Seleucus Emeſenus, Tryphon Alexandrinus, aliique grammatici doctiſſimi,

25. Vid. Faber ad odar. 24. et 27., atque Salmaſius ad odar. 44, 6. apud Bruncquium p. 113. edit. Argentorat. pr.

26. Vid. Strabo lib. 14. p. 638. Caſaub.

27. differt. 8. p. 96. Dauiſ. min.

28. Vid. ad odar. 28, 32. 55, 3.

mi, leguntur carmina poëtarum lyricorum veterum, atque adeo Anacreontis, diligenter explicasse,[29] ita, vt ex horum hominum commentariis multae istorum carminum glossae cum suis interpretamentis in glossaria grammaticorum posteriorum temporum translatae fuisse, atque ex his tandem in Hesychii,[30] aliorumque, lexica migrasse, videantur: sed maxima horum odariorum pars, neque verbis, neque sententiis, continetur eiusmodi, quarum interpretationem homines Graece docti exspectare a tantis grammaticis debuerint. Omnino tota horum poëmatiorum facies, atque forma, mihi quidem, non antiqui cuiusdam vatis, sed recentium poëtarum, ingenium, et orationem, arguere videtur. Et nos haec odaria omnia Anacreonti tribuenda esse censebimus? Immo vero ex iis, quae hactenus a nobis disputata sunt, intellegi posse speramus, pleraque eorum a recentibus poëtis esse, vel ex Anacreontis odariis expressa, vel ad eorum modum composita. Quae quidem si singula forte non persuadent tibi, lector, id, quod persuadere tibi volumus: at certe vniuersa inter se connexa, atque coniuncta, persuadere debebunt. Nam in hanc talem variorum carminum amatoriorum, conuiualiumque, syllogen, qualem sane continet codex Vaticanus, Stephanique libri scripti continuere, facile fieri potuisse, vt a grammaticis vnum, alterumue, Anacreontis odarium eiusdem argumenti coniiceretur, quis non intellegit?

Sed illa tamen sententia, quae haec poëmata omnia Anacreonti addixit, conciliauit illis vbique mul-

29. Vid. Athen. 15, 3. p. 671. F, et 15, 4. p. 673. E: add. 12, 9. p. 533. F: Suidas v. Ἡρακλέων, v. Σέλευκος Ἐμεσηνὸς, et ex eo Eudocia Ion. p. 386.: v. Τρύφων. Sic Callias Sapphus, et Alcaei, enarrator laudatur a Strab. 13. p. 618. Casaub. p. 919. B. Almel.

30. Vid. ep. ad Eulogium, Hesychiano glossario praemissa, et Valquenarius in schediasmate de hac epistola p. 153.

tos ſemper, cupidoſque, lectores. Quo quidem eorum ſtudio factum eſt, vt, poſt Henr. Stephanum, multi, in ciuitatibus humanis fere omnibus, exorti ſint, qui haec carmina ederent, in alias linguas converterent, enarrarent, emendarent. Stephanus enim, qui tot aliorum linguae Graecae auctorum libros e tenebris bibliothecarum in lucem publicam protulit, horum quoque odariorum quinque, et quinquaginta, Lutetiae Pariſiorum edidit primus,[31] anno ſaeculi ſexti decimi quarto, et quinquageſimo, quaternis. Vſum ſe eſſe ait duobus codicibus, quorum vnus in cortice arboris[32] ſcriptus fuerit, alter in membranis.[33] Sed primum non oſtendit, nec vnde illos acceperit,

31. Vid. Stephanus ſchediaſmm. 3, 30. p. 122. ſupplem. To. 5. theſ. Gruter. et diſſertat de ſtylo N. T. Graeco p. 12. Honert.: Scaeu. Sammarthanus Elogg. Gallorum lib. 4. c. 23.

32. Vid. Stephanus ad odar. 1. et 2, 4. De codicibus in charta corticea ſcriptis legi poſſunt Annales literarii Helmſtadd. a. 1782. m. Sept. p. 193. ſ., in primiſque operis, quod inſcribitur *Nouveaux Traité de Diplomatique*, To. 1. p. 513. ſſ.

33. Henr. Stephanus in epiſtola ad Pe. Victorium, quam praemiſit opuſculis quibuſdam Dionyſii Halicarnaſſei, Lutetiae a. 1554. 8., ante Anacreontis carmina, a ſe editis: *Haec igitur, mi Victori, nunc accipe, dum me ad Anacreontis Teii editionem comparo: cuius tu quidem certe poëſin vna ex oda, vel potius ex odario vno, quod a me acceperas* [vid. ad odar. 11, 5. in variet. lectionis], *vt ille olim ex vngue leonem, aeſtimaſti: quantum vero ea in re iudicio valueris, tum demum facile intelliges, quum corpus totum protulero. Proferam autem, vt ſpero, propediem: et iam protuliſſem, niſi me vana ſpes tenuiſſet, fore, vt ad duo eius exemplaria, quae diuerſis in locis non ſine immenſo labore inuenire mihi contigit, tertium accederet. Nam ex duobus his alterum in membranis, alterum in cortice arboris, ſcriptum erat: illud confuſum, et alicubi non ſatis emendatum; hoc adeo antiquum, vt in ſingulis verbis litera aliqua oculos fugeret: vt taceam, adeo diuerſam fuiſſe elementorum formam a noſtris, vt prius, an legi poſſet, cogitandum fuerit, quam an poſſet intelligi. Nec tamen interim ſum paſſus in meis manibus, vt ſine luce, ita ſine fructu, tanto tempore verſari. Ex vno enim Anacreonte tres feci: vt iam non Graecus tantum, ſed Latinus etiam, et Gallicus, proditurus ſit hic poëta: idque eo feci, vt etiam a linguae Graecae rudibus aliquam gratiam inirem.* Iam in Catalogo librorum biblioth. Acad. Leidenſis p. 396. n. 18. in codd. MSS. Voſſiann. [vid. Catal. librorum MSS. a Colomeſio confectus p. 854. n. 90. opp. cius edit. Fabric. et Catal. codd. MSS

rit, [34] nec quot annos habuerint: deinde non docuit, nec an vterque codex continuerit totidem odaria eodem ordine, nec ex vtro ipſe illa codice duxerit. His quinque, et quinquaginta, poëmatiis ſubiunxit alia quaedam, et Anacreontis, et Alcaei, carmina, e variorum ſcriptorum libris congeſta, [35] etiam duo Sapphus odaria. Hanc Graecorum carminum ſyllogen excipiunt ipſius Stephani in odaria Anacreontis obſervationes, in quibus proferuntur, et variae quaedam librorum veterum lectiones, et coniecturae, vel propriae, vel alienae, multique loci, cum Anacreontis, tum aliorum ſcriptorum, egregie explicantur. Claudit libellum verſio Latina triginta odarum, et vnius, [36] ab ipſo Stephano confecta. * Hoc exemplum totum repetitum eſt annis duobus poſt, eadem in vrbe, a

 Guil.

MSS. Angliae To. 2. p. 59. n. 2201. et Monteſalconius in bibliotheca codd. MSS. noua p. 676. A To. 1.] laudatur codex manu ſcriptus quaternis, iſque chartaceus, continens, praeter alia opuſcula Graeca, Anacreontis, et Sapphus, odes. Ex hoc codice ibidem dicitur editio Henr. Stephani facta eſſe. Scilicet hic codex, ſi ordo odarum in eo idem eſt, qui in Stephaniano exemplo inuenitur, aut ab ipſo Stephano ſcriptus fuiſſe, aut ab alio quodam deſcriptus e Stephaniana carminum Anacreontis editione, videtur: ſed ſi ordo poëmatum reſpondet ordini, quo in Vaticano codice ſcripta ſunt, fieri poteſt, vt Ioh. Frider. Gronouius ea [vid. not. 61.], aut Voſſius ipſe, aut Sylburgius, ex libro illo deſcripſerit. Conf. Barneſius ad odar. 11, 10. Certe in codd. MSS. Voſſ. fuit etiam Anthologia Graeca, a Frider. Sylburgio e cod. bibl. tum Palatinae, nunc Vaticanae, deſcripta. vid. Catal. codd. MSS. Angliae d. l. p. 61. n. 2273.

34. Baelius in Lexico v. *Anacreon* ait, Henr. Stephanum accepiſſe vnum codicem ab Ioh. Clemente, Britano, Thomae Mori familiari, et conuictore, alterum ſecum ex Italia attuliſſe.

35. Stephanus in exemplo ſuo poſt odarium quintum, et quinquageſimum, adſcripſit p. 52. verba Graeca haec, Τῶν ἑξῆς μελῶν, τὰ μέν ἐστιν Ἀνακρέοντος, τὰ δ' οὔ· καὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις μετὰ τῶν λοιπῶν εὕρομεν, τὰ δὲ καὶ πανταχόθεν συνηγάγομεν. Ἐκείνοις δὲ μόνον τὸ ὄνομα αὐτοῦ προσγέγραπται, ἃ σαφῶς οἴδαμεν αὐτοῦ ὄντα, ἐξ ὧν δηλαδὴ οἱ παλαιοὶ συγγραφεῖς παρέχονται μαρτυριῶν, μαθόντες.

36. H. e. odarr. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 23. 26. 28. 29. 31. 33. 34. 35. 37. 40. 43. 44. 45. 46. 47. 53. 55.

* Exemplar huius exempli Stephaniani, obſeruationibus MSS. Aegid. Menagii auctum, eſt Pariſiis in bibliotheca Collegii Conſilii magni. vid. Catal. librorum eius p. 162., qui Pariſ. A. C. 1739. 8. editus eſt.

Guil. Morelio, et Rob Stephano, Henrici. fratre, octonis, ſed auctum tertio Sapphus odario, et verſione Latina noua omnium odariorum Anacreontis, cuius auctor eſt Helias Andreas,37 qui eam inſcripſit Petro Montaureo,38 conſiliario regio: quae verſio Latina anno ante39 ſeparatim Lutetiae quaternis exierat: Etiam Cantabrigienſes reddidere, anno quarto, et octogeſimo, ſuperioris ſaeculi, idem illud Henr. Stephani exemplum integrum, neque mutatum, vt Londinenſes annis ſeptem, et viginti, ante,* duodenis. Nam

37. Chriſtius NN. AA. 2, 11. p. 151. *Prius ab Elia Andrea, de quo non habeo, quod dicam, niſi quis me moneat, qui fuerit.* Fuit ſcilicet Burdigalenſis, et literas bonas tum Lutetiae docuit: edidit etiam ibi A. C. 1551. apud Vaſcoſanum librum Grammaticae Graecae Theodori Gazae, qui eſt de compoſitione partium orationis. vid. Chronicon rerum Burdigalenſium, auctore Gabr. Lurbeo editum, Burdigalae A. C. 1590.

38. De hoc vid. Scaeu. Sammarthanus Elogg. Gallorum lib. 2. c. 14.

39. A. C. 1555. apud Tho. Richardum. Epiſtola ipſa Andreae ad Montaureum haec eſt. *Petro Montaureo, conſiliario, et bibliothecario, regio, viro doctiſſimo, et clariſſimo, Helias Andreas S.* Quod tibi ſub diſceſſum tuum nuper oſtenderam, me Anacreontis odas, tum animi, tum ſtili in hoc genere exercendi, cauſa libenter verſurum eſſe, ita feci. Ad te vero ante omnes ob id praecipue mittendas cenſui, vt pro ea moleſtia, quam ex nonnullarum lectione, quas tibi plane rudes, ac vixdum inchoatas, auſus ſum oſtendere, percipere te oportuit, parem voluptatem, ſi poſſim, rependam, totum opus, ſi non plane perfectum, affectum quidem certe, et aliqua ex parte politum, offerens, atque adeo conſecrans. Res enim cogit me lucrubationem meam, qualiſcunque eſt, nunc in lucem edere. Sed eadem res impedire non poteſt, quo minus eam expoliam, atque te dignam, vt quidem ſpero, aliquando tandem efficiam. Tametſi argumentum eſt eiuſmodi, vt apud graues viros nihil leuius videatur, ob idque te minus dignum. Sed venerandam antiquitatem mortalium nemo magis admiratur, quam tu: quo nomine, vt ſpero, totus tibi placebit feſtiuus Anacreon, etiam Latine loquens. Cuius genus carminis praeter reliquas virtutes diligenter ſecutus ſum. Duobus, aut tribus, omnino in locis obſcoenitatis tegendae gratia puſillum quiddam immutaui, aut praeterii. Totidem fere locis parum integris mihi diuinandum fuit, niſi non attingere malui. Sed haec ad te pluribus, quam neceſſe eſt. Quamobrem finem faciam, vbi te etiam atque etiam rogauero, vt hoc, quidquid eſt, monimenti ſummae noſtrae in te obſeruantiae, ea humanitate accipias, qua me tibi adhuc ita deuinxiſti, vt nemini plus debeam. Vale. Lutetia VIII. Calend. Ianuarias.

* Cantabrigienſis editionis exemplar poſſidemus ipſi: ſed exemplar exempli Londinenſis legimus fuiſſe in bibliotheca cleri Londinenſis in collegio Sionenſi.

Nam Morelius quidem textum Graecum mutauit locis quibusdam:[40] quod fecit annis nonnullis post ipse Stephanus in sylloga carminum poëtarum lyricorum, quae tertium prodiit anno sexto, et octogesimo, saeculi sexti decimi, senis denis:[41] qua in editione iis odariis, quae Stephanus non verterat ipse, addita est Latina versio Andreae, nec solum numerus fragmentorum Anacreontiorum auctus est nonnullis aliis, sed etiam castigationes ipsius Stephani nouae in Anacreontis odas adiectae sunt. Hoc exemplum Stephani secundum expressit Aemilius Portus, qui reliquias poëtarum melicorum emisit, annis duodecim post, ex Hieronymi Comelini officina, octonis: sed omisit partem quandam auctarii fragmentorum; lectionem duobus, tribusue, locis mutauit; et versionem Latinam Andreae totam addidit cum notis Stephani integris, et paucis quibusdam coniecturis propriis. Atque hoc Porti exemplum reddidere Geneuenses in corpore poëtarum Graecorum veterum, quod anno quarto decimo superioris saeculi adornarunt forma chartarum maxima. Sed textum Graecum, qui in primo exemplo Stephani est, retinuerunt fere editores odariorum Anacreontis reliqui omnes vsque ad saeculum superius extremum. Nam Eilhardus Lubinus ea Rostochii edidit emendatissime descripta, quaternis, anno septimo, et nonagesimo, saeculi sexti decimi, cum versione Latina noua, eaque metrica, ita tamen, vt nonnullis in locis receperit lectiones exempli Stephaniani secundi,[42] cuius ordinem etiam

40. Vid. v. c. odar. 37, 13. 38, 7. 41, 17. 42, 15. 51, 13.

41. Primum exiit A. C. 1560.: iterum A. C. 1566.: repetita est, mortuo Stephano, ter a Paulo Stephano A. C. 1600. 1612. 1626. Etiam Antuerpiae carmina poëtarum lyricorum Gr. et Lat. edita sunt A. C. 1567. 12.

42. Hoc ipso saeculo, A. C. 1577., Henr. Stephanus edidit octonis Anthologiam Graecam, quae praeter epistolia, dialogos breues, oratiunculas, aliaque poëmatia, com-

in reddendis fragmentis sequutus est. Sed Taneguidus Faber etiam versionem Latinam Stephani, et Andreae, textis Graecis adiunxit vna cum animaduersionibus variae doctrinae copiis plenissimis. Nam vt omnium editorum, et interpretum, primus ausus est multarum odarum antiquitatem oppugnare: ita multos locos Anacreontis non minus, quam aliorum scriptorum, et grammaticorum, in primis Hesychii, vel emendauit solerter, vel egregie explicauit. Extant autem huius editionis duo exempla: quorum primum curatum est ab ipso Fabro Salmurii, anno sexagesimo superioris saeculi, duodenis,[43] alterum exiit in eodem opido, post mortem Fabri, viginti annis post, repetitum Neapoli[44] a Dominico Antonio Parrino: sed scatet multis, et magnis, scripturae mendis, praesertim in notis:[45] quibus notis etiam Amstelodamenses Dacieriae, Fabri filiae, editiones[46] auctae sunt. Auctoritatem Fabri, et exemplum, sequuti textum Stephanianum retinuere Michaël Metarius,* et Ioh. Corn.

complectitur odaria Anacreontia quinque, 1. 2. 3. 16. 40. Hanc excepit Ἀνακρέοντος μελῶν Ἐκλογή Parisiis A. C. 1588. 8., h. e. odar. 1. 2. 3. 15. 16. 17. 19. 25. 37. 40. 43. 45., cum vers. Lat. metrica Stephani. vid. Metarius praefat. edit. Anacr. sec. et Ind. Annall. typographicc. To. 1. p. 38. Sed Romae A. C. 1599. 12. carmina Anacreontis selecta Graece edita sunt. vid. Catalog. biblioth. Barberin. p. 30. To. 1.

43. Huius exempli exemplar est in bibliotheca Academiae Leidensis, cuius margines Is. Vossii manu notati sunt: vid. Catal. librorum huius bibliothecae p. 260.: aliud in bibliotheca principali Vinariensi, in quo manus viri cuiusdam docti, fortasse Schurzfleischii, adscripsit nonnulla etiam e Vossiano codice petita. vid. Suabii Prolusio Vinariae A. C. 1778. edita, quae animadverss. critt. in Anacr. carmina continet.

44. A. C. 1700.: quae editio commemoratur a Bodonio in Prolegg. ad editionem Anacreontis Parmensem p. 45.: de qua plura a nobis dicta sunt in Praefat. tertia.

45. Huius exempli exemplar fuit in bibliotheca Pe. Francii, et Pe. Burmani iunioris, cuius orae domini commiserant notas. vid. Catal. bibl. Franc. p. 141. et Catal. codd. MSS. biblioth. Burman. p. 63. n. 698. et 702.

46. A. C. 1693. 1699. 1716. 12. In postrema editione adiectae sunt notae Fabri Latinae, et versio Fossaei Francogallica.

* Metarius Anacreontis carmina edidit Londini bis, primum A. C. 1725. 4., iterum A. C. 1740. 4., non A. C. 1712. et 1725., vt putauit Bodonius in Prolegg. p. 67. Et

Corn. Pauus: quorum hic Anacreontis odaria edidit, anno ſecundo, et triceſimo, huius ſaeculi, Traiecti ad Rhenum, quaternis, ita, vt addiderit copioſas notas, in quibus multa comparent, et certa, veſtigia acuti cuiuſdam ingenii, et iudicii ſubtilis, nec mediocris Graecarum literarum ſcientiae. 47 Certe magna, non tam reprehenſionum iuſtarum, quam acerbiſſimorum conuiciorum, pars, quae Doruillius fudit in bonum Pauum, vana eſt, et inanis, quam facile appareat exaeſtuaſſe, vt fit, ex animo commota bile feruenti. Caeterum video, etiam alios horum odariorum editores ſaeculi ſuperioris reddidiſſe in exemplis ſuis fere textum Stephanianum: quo in numero ſunt Frider. Hermanus Flaiderus; Flanderum male nominat Bodonius; 48 qui, anno ſecundo, et viceſimo, iſtius ſaeculi, odaria Anacreontis, eorumque fragmenta, verſione Latina triplici, hoc eſt, ſua, Stephaniana, Andreaeiana, notiſque, illuſtrata Tubingae, duodenis, edidit; 49 Ioh. item Armandus Buthil-

Et primae quidem editionis exemplar fuit in bibliotheca Mencquenia: ſecundae in bliotheca Badenhauptia, et Solgeria [vid. Catal. librorum bibl. Solger. To. 1, p. 190.]: ſed vtriuſque exempli exemplaria habet bibliotheca principalis Dreſenenſis. Deſcripta enim ſunt vtriuſque editionis exemplaria tantum centum: quae fere omnia in bibliothecas Britanorum migrauere, ita, vt mirandum non ſit, ea in Germanorum orbe eſſe rara non minus, quam cara. Illud quidem exemplar, quod in bibliotheca Mencquenia fuit, venditum eſſe ſcimus ſeptem numis Vallenſibus. Prima editio ipſa obſeruatt. miſcell. Belgg. p. 5. Vol. 5. vocatur *editio maioris voluminis, et pretii, quam vtilitatis, vel eruditionis:* ſed eadem haec ſententia de ſecunda quoque editione ferri debet. At prior tamen editio praeſtat poſteriori. Etenim haec quidem, praeter textum Graecum, Latinaſque Stephani, et Andreae, verſiones odarum quinque, et quinquaginta, nil fere continet, niſi ſcholia Buthillierii Graeca, et in ea obſeruationes quaſdam: ſed illa, praeter odas omnes, earumque verſionem Latinam, et fragmenta, et epigrammata, et ſummam animaduerſionum interpetum ſuperiorum propemodum omnium, diſputatiunculamque de vita Anacreontis, et metris odariorum eius, complectitur etiam indicem verborum Graecorum ſtudiis lectorum admodum vtilem.

47. Vid. Acta eruditt. Lipſienſia A. C. 1732. p. 202. — 205.

48. Prolegg. p. 53.

49. Flaiderus recepit nonnullis in locis, vel coniecturas Stephani, vel lectiones ab eo in notis allatas;

Buthillierius, qui eadem poëmatia ſcholiis Graecis explicata duodecim annorum puer emiſit: [50] denique Hadr. Foppenſius, [51] Macropetraeus, et Dacieria, quae, vt Macropetraeus, [52] verſioni odarum poëtae Francogallicae animaduerſiones adiecit. [53] Hoc vero ipſum an ab Regnierio, [54] atque aliis, [55] quorum cura emiſſa ſunt Anacreontis carmina ſaeculo ſeptimo decimo, factum ſit, quum exempla eorum mihi quidem non licuerit inſpicere, alii viderint.

Primus enim, quod ſciam, textum Graecum horum odariorum, a Stephano traditum, ſponte mutare multis in locis auſus eſt Guil. Baxterus, qui ea Londini edidit bis, primum anno quinto, et nonageſimo,

tas: vid. odar. 3, 25. 9, 6. 15. 31. 21, 6. 9. 22, 5. 29, 35. 32, 18. 50, ſ. 2. 52, 2. 15. 53, 11. 54, 1. ſ.: et numerum fragmentorum a Stephano, Vrſinoque, collectorum paucis quibuſdam aliis auxit.

50. Pariſiis, primum A. C. 1639. 8., iterum A. C. 1647. Index vtriuſque exempli eſt hic, Ἀνακρέοντος Τηΐȣ τὰ μέλη μετὰ σχολίων Ἰωάννȣ Ἀρμάνδȣ Βȣθιλλιερίȣ Ἀρχιμανδρίτȣ. Et prioris quidem editionis exemplar fuit in bibliotheca Bozii: vid. Catal. eius p. 169.: alio vſus eſt Metarius in adornanda editione ſua Anacreontis ſecunda. Sed ſcholia Graeca, quae praeceptori Buthillierii tribuuntur ab auctore notarum ad opus Baelletii, quod inſcribitur *Iugemens des Savans ſur tous les principaux ouvrages des Auteurs*, To. 6. p. 174., in exemplo ſecundo auctiora eſſe videntur. Certe Olearius, diſſert. de poëtriis Graecis p. 20., Lipſiae A. C. 1708. 4. edita, et in notis ad Philoſtrat. p. 39. 7. inde laudat, σοφιςὰς δὲ, καὶ σοφȣ̀ς, ἔλεγον τȣ̀ς ποιητὰς, quae in primo exemplo non leguntur. Haec autem ſcholia ab antiquo quodam grammatico profecta eſſe, putauit Ioh. Ern. Imman. Valchius in Introd. in linguam Gr. p. 170. edit. ſec. Caeterum ſcholia illa pertinent tantum ad odaria quinque, et quinquaginta, ab Henr. Stephano edita.

51. Foppenſii opera odae Anacreontis Graece, et Latine, exiere, ſublatis tamen, vel mutatis, iis, quibus caſta mens, et aures verecundae, offendi poſſe viderentur, Antuerpiae A. C. 1650. 12. vid. Metarius Ind. Annall. typographicc. p. 38. To. 1.

52. Pariſ. A. C. 1680. 1684. 1692. 12. Vid. Acta greditt. Lipſienſſ. A. C. 1693. p. 13. ſ.

53. Pariſ. A. C. 1682. 12.: vid. Acta greditt. Lipſienſſ. A. C. 1683. p. 402. ſ.: Amſtel. A. C. 1693. 1699.: A. C. 1706.: Roterod. A. C. 1714.: Amſtel. A. C. 1716.: qua in editione acceſſere etiam Foſſaei notae, quae primum Pariſiis editae erant A. C. 1704. 12. Vid. Clerici biblioth. Ancienne, et Moderne, To. 5. P. 2. p. 439. ſſ.

54. Pariſ. A. C. 1683. 1693. 8. vid. Catal. biblioth. Pruſtellianae p. 158.

55. Andegaui A. C. 1611. 4.: Pariſ. A. C. 1626.

ſimo, ſuperioris ſaeculi, [56] iterum decimo huius ſaeculi anno, octonis. Mihi vero, neque verſio Latina viri probatur, neque notae. Illa enim admodum obſcura eſt, quum annumeret verba Graeca lectori: quo ipſo obſcuritatis vitio etiam animaduerſiones laborare reperimus. In emendanda oratione Graeca fere ingenium ſequutus eſt, ſed ita, vt pauciſſimis in locis aſſequutus veritatem videatur. Cuius quidem rei cauſſas, partim a nimia audacia ducendas eſſe putamus, qua ablatus etiam ſaniſſimas lectiones attigit, partim ab effreni illa Barneſio repugnandi libidine, etiam iis in locis, vbi eum videret vinci recte non poſſe. Nam Ioſua Barneſius haec ipſa odaria a ſe emendata, certe multis modis immutata, edidit, poſt Baxterum, Cantabrigiae anno quinto huius ſaeculi, [57] duodenis: quae editio repetita eſt, eodem in opido, ſex, et decem, annis poſt, et Londini anno quinto, et triceſimo. [58] In verſione Latina, quam addidit, deprehenditur eadem obſcuritas, ob quam nobis diſplicere oſtendimus Baxteri verſionem: et quanquam in conſtituendo textu Graeco adhibuit, praeter Scaligeri, Salmaſii, [59] et Dan. Heinſii, coniecturas, lectiones codicis Vaticani, quas excerpſerat inde Iſaacus Voſſius, cuius exemplar acceperat Barneſius [60] a Ioh. Cottono, qui, vt Lucas

56. Huius editionis exemplaria fuere in bibliotheca Pe. Francii: vid. Catal. eius p. 140.: et in bibliotheca Ioh. Erh. Kappii. vid Catal. eius p. 14. n. 219. P. 2.

57. Vid. Acta eruditt. Lipſienſſ. A. C. 1706. p. 457. ſſ. et Clericus biblioth. ſel. To. 11. p. 335. ſſ.

58. Vid. Biblioth. raiſonnée To. 15. P. 1. p. 236.

59. Notae MSS. Salmaſii in Anacreontem ſunt in bibliotheca regia Pariſienſi. vid. Catal. codd. MSS. eius To. 4. p. 488. cod. 8740. n. 12. Iis vſus eſt ad augendam, exornandamque, editionem carminum poëtae Argentoratenſem vtramque Bruncquius, qui in notis ad odar. 43, 7. p. 126. Argent. 2. oſtendit, Salmaſium, praeter codicem Vaticanum, alias veteres ſchedas, bibliothecae puta Palatinae; vid. Bruncquius ad odar. 15, 1. p. 98. Argent. 1.: quae ab eo ſaepe commemorarentur, inſpexiſſe.

60. Vid. eius notae ad odar. 11, 10. Sed in bibliotheca Voſſii ipſa fuit exemplar codicis Vaticani, ab Voſſio, aut Gronouio auo, inde deſcriptum, quod nunc eſt in bibliotheca Academiae Leidenſis: vid. not. 33.: et quo vſi eſſe videntur homines docti plures alii. vid. not. 33.

cas Langermanus, Hamburgenſis, vir eruditiſſimus,[61] et noſtro ſaeculo Scuinius ſimul cum Furmontio,[62] conſtituerat Anacreontem denuo edere, et cui Nic. Heinſius patris ſui emendationes tradiderat:[63] tamen nec omnes illius libri attulit lectiones, nec veras vbique laudauit.[64] id quod Doruillius iam recte animadvertit, qui codicem Vaticanum, etiam a Ioh. Frider. Gronouio deſcriptum,[65] rurſus contulerat.[66] Qua quidem de re omni ſtatuere nunc cuique licet certius, quum ea codicis Vaticani particula, quae haecce odaria

61. Reineſius epp. ad Chriſti. Daumium ep. 55. p. 148.: *Anthologiam nouam e codd. Vaticanis, adiectis multis ineditis epigrammatis, propediem dabit Lucas Langermanus, Hamburgenſis, is, qui Nic. Heinſio in Italia hactenus comes adhaeſit, nuper inde reuerſus in Saxoniam transiit Amſtelodamo. — Idem Langermanus Theocritum, et Anacreontem, in quibus multum operae poſuit, primum dabit.* Daumius epp. ad Ioh. Andr. Boſium ep. 11. p. 16.: *Anacreontem ex MSS. bibliothecae Vaticanae, et Florentinae, auctiorem, emendatioremque, a Luca Langermanno edi iam, narrat Graeuius.*

62. Vid. Villoiſonius ad Longi Paſtorall. 4. p. 237.

63. Nic. Heinſius ep. 344. ſcripta A. C. 1660. a. d. 26. Iunii ad Ioh. Frider. Gronouium Syllog. Burman. p. 411. Vol. 3.: *De Caſaubono omitte ſollicitudinem. Adfuit enim Cottonus ipſe nobis, cui ego, et gemina Euripidis exemplaria, manu magni Scaligeri paſſim emendata tradidi vtenda, et Anacreontem a parente meo locis non paucis caſtigatum. Si a Voſſio noſtro non impetrauit, quae deſiderabat, Anacreontis ἀνέκδοτα, Langermannus, ea mihi petenti facile conceſſerit. Hoc, quaeſo, doctiſſimus Caſaubonus ex te intelligat. Quanquam et tu deſiderio eius potes reſpondere, qui Palatinum codicem deſcripſiſti. Franciſcus tamen Iunius iam non ſemel mihi ſerio affirmauit, ſe nonnulla Anacreontis Londinum miſiſſe, et quidem inedita: quae qualia ſint, haud ſcio. Nam amicus noſter ad huiuſmodi quaeſtiones raro, vt ſcis, accurate reſpondet. Cum tamen, illo praeſente, ſpem feciſſem nobiliſſimo Cottono, fore, vt a Langermanno obtinerem Anacreontem auctiorem vulgatis editionibus, regerebat is, ſe longe plura Anacreontis habere, quam Langermannum. Sed et Cottonum ab edendo cultiſſimo poëta reuocare enixus eſt, dum praetendit, virum nobilem, et ad haec opibus affluentem, fouere literas debere, et bibliothecam domi inſtruere, ipſas literas non eſſe tractandas, niſi a minorum gentium dIs, aut, vt eius vtar voce, magiſtellis. Haec quo conſilio ille Cottono perſuaſa voluerit, haud ſcio; ſcio, non perſuaſiſſe.*

64. Bruncquius enim in notis ad Anacr. odar. 14, 19. p. 98. Argentor. 1. ait, Barneſium vſum eſſe collatione cod. Vatic. parum accurata.

65. Vid. not. 63.

66. Vid. Van. crit. p. 7. Primum omnium odariorum in illo codice eſt illud, quod in Baxteriano exemplo quintum, et ſexageſimum, eſt, Ἀνακρέων ἰδών με, eodem auctore, ibid. p. 570.

ria

ria continet, Romae nuper [67] tandem [68] laminis aeneis accuratiſſime expreſſa, cura Ioſephi Spaletii, Romani, Romae prodierit: de qua eius editione, et alii [69] iam diligenter expoſuere, et a nobis plura dicta ſunt in Praefatione tertiae noſtrae horum carminum editionis. In ipſis notis a Barneſio traduntur multa ſtudioſis doctrinae Graecae, omninoque antiquae, admodum vtilia; quae tamen magnam partem illuc ex Stephani maxime, et Fabri, obſeruationibus tranſlata ſunt; [70] quaeritur item diligenter de legibus metricis, quarum ratio etiam in Prolegomenis explicatur, quibus praemiſſa eſt copioſa diſputatio de vita Anacreontis: de qua non minus, quam de metris, poſt Barneſium, denuo expoſuit Metarius. Caeterum textum Barneſii Graecum reddidit in ſua Anacreontis editione ante annos tres, et triginta, Ioh. Lamius Florentiae, [71] vt Veneti ſex annis ante: [72] quod idem an factum ſit ab iis, qui editionibus Glaſguenſibus [73] praefuere, quum nobis eas non licuerit contendere cum aliis exemplis, latet. Sed Ioſephus Trappius, qui haec poëmata ſuis illuſtrata notis, numeriſque elegiacis expreſſa, additis etiam aliorum carminum poëtae fragmentis, Londini anno tertio, et triceſimo, annoque ſecundo, et quadrageſimo, duodenis emiſit, ſuum in iis recenſendis ingenium ſequutus eſſe videtur. [74]

Atque

67. A. C. 1781.

68. Huius enim libri Vaticani editionis ſpes iam A. C. 1759. facta erat ſtudioſis literarum. vid. Commentarii de libris nouis Lipſienſes A. C. 1759. p. 481. ſ.

69. Vid. Annales literarii Helmſtadienſſ. A. C. 1785. m. Ianuar. p. 7. — 18. et Commentarii de libris nouis Lipſienſſ. A. C. 1784. p. 835. — 840.

70. Vid. ad odar. 20, 5. 33, 5. 34, 7. 46, 10. 50, 6.

71. A. C. 1742. 12.

72. A. C. 1736. 4. Vid. Acta eruditt. Lipſienſſ. A. C. 1738. p. 419. ſ.

73. A. C. 1744. 1751. 1777. 16. Exemplar ſecundi exempli fuit in bibliotheca Bodeniana.

74. Vid. Doruillius Van. crit. p. 69. 557. et Acta eruditt. Lipſienſſ. A. C. 1739. p. 664. ſ. Exemplar primae editionis fuit in bibliotheca Frider. Ottonis Menequenii.

Atque haec de editoribus carminum Anacreontis dicta sunto hoc tempore. Neque enim quenquam a nobis postulaturum esse sperabamus, vt etiam de iis exponeremus, qui eadem poëmata in linguam Etruscam,[75] Francogallicam,[76] Hispanicam,[77] Anglosaxonicam,[78] Theo-

75. Interpretes Etrusci horum carminum sunt fere hi, quorum plerique etiam notas eadem lingua conscriptas addidere. *Anonymus*, Venet. A. C. 1742.: Franc. Anton. *Capponius* A. C. 1670.: Barthol. *Corsinius*, Paris. A. C. 1672. 12.: *Gaëtanus*, Rom. A. C. 1775. 8.: Alex. *Marchetius*, Lucae A. C. 1707. 4.: Cidalmus *Orius*, Venet. A. C. 1753.: Ios. *Pagninius*, Venet. A. C. 1766.: Domin. *Pompeatus*, A. C. 1754.: Franc. Seraph. *Regnierius*, Paris. A. C. 1683. 1693. 12.: Paulus *Rollius*, Tudertinus, Londin. A. C. 1740. 8.: vid. biblioth. raisonnée To. 32, 2. p. 48. f.: Franc. Sauerius *de Rogati*, Colle A. C. 1783. 1786. 8.: vid Commentarii de libris nouis Gottingg. A. C. 1783. p. 1792. et A. C. 1786. p. 1421.: Christo. *Ridolphus*, Venet. A. C. 1736.: Anton. Mar. *Saluinius*, Florent. A. C. 1695. 12. et 1719.: Mich. *Torciglianus*, Lucae A. C. 1683. Sed versiones carminum Anacreontis Etruscae metricae in vnum volumen coactae prodierunt ter, Mediolani A. C. 1727. 8., cura Phil. Angelati: Venetiis A. C. 1731. 4. A. C. 1736. 4.: vid. Acta eruditt. Lipss. a. 1738. p. 419. f.: Florentiae A. C. 1783. Et opusculum, quod Brunou. A. C. 1784. 8. editum est, et inscribitur *Scherzi poëtici o siano traduzioni livere dal Greco di Domenico da Gattinara*, complectitur multa odaria Anacreontis Etrusce conuersa. Conf. Maffeius in opere, cuius index est *Tradut-tori Italiani*, Veronae A. C. 1720. edito: Iac. Maria Paitonius in *biblioth. degli antichi autori Graeci, et Latini*, quae Tomis quinque constans exiit Venetiis A. C. 1766.: et Phil. Angelati *biblioth. dei volgatizzori*, Mediolani A. C. 1767.

76. Praeter Fabrum, et eius filiam, Macropetraeum, et Fossaeum, carmina Anacreontis in Francogallicam linguam conuerterunt Pe. *Ronsardius*, Paris. A. C. 1555. 8.: Remig. *Bellaqua*; Paris. A. C. 1556. 1574. 8.: vid. Mencquenii biblioth. virorum militia, et scriptis, illustrium, p. 80. ss.: *Regnierius*, Paris. A. C. 1700. 8.: Franc. *Gaconius*, Roterod. A. C. 1712. 12.: Aloysius *Poinsinetius de Sivry*, cuius versio edita est Nancii A. C. 1758., et quartum Paris. A. C. 1788. 12. Harum versionum Francogallicarum numerus auctus est alia A. C. 1775.: cuius opusculi index est hic, *Anacreon, Sappho, Bion, et Moschus: traduction nouvelle en prose, — par M. M. *** C **: à Mons a.* 1775. 8.

77. A. C. 1774. exiit octonis opus, quod inscribitur *las Eroticas:* Tomo eius secundo p. 205. ss. continetur Hispanica versio duo de septuaginta odarum Anacreontis; etiam grammaticam linguae Hispanicae, quae Erfordii A. C. 1788. 8. edita est, auctam esse nouimus Hispanica interpretatione nonnullorum horum poëmatiorum.

78. In linguam Anglosaxonicam haec poëmata verterunt, additis etiam notis, *Tho. Stanleius*, Londini A. C. 1649. et 1651. 8.: vid. Vottonii elogium Stanleii p. 314. ad calcem elogiorum Gallorum Sammarthani, quae cura Heumani edita sunt: *Abrah. Cauleius*, et *S. B.*, Oxon. A. C. 1683. 8.: *Addisonius*, Londini A. C. 1735. 8.

Theotiſcam,[79] Polonicam,[80] Belgicam,[81] oratione, vel vorſa, vel proſa, tranſtuliſſent; quod quidem non neſcimus factum eſſe a non paucis, et addito textu Graeco, et eo omiſſo: quippe quum eius rei cognitio non pertineret ad textus harum odarum Graeci hiſtoriam, cuius adumbrationem complecti hac praefatiuncula conſtituiſſemus. Placuere enim haec odaria ſemper mirifice multis, adeo, vt ex iis etiam alia huius generis poëmatia exprimere aggreſſi ſint in linguis barbaris,[82] atque adeo Graeca.[83]

Sed, praeter editores Anacreontis, quibus recte annumerari poſſunt Chreſtomathiarum, et Anthologiarum, Graecarum conditores noſtrae aetatis, vt Harleſius, Strothius,[85] Gedicquius,[86] Lindnerus,[87] Koep-

79. Verſionum horum poëmatum theotiſcarum auctores extitere adhuc Caſp. Ern. *Trillerus*, Nordhuſae A. C. 1697. 12. adiuncto textu Graeco: Ioh. Nic. *Goezius*, Lipſiae A. C. 1746. et Carolerem. A. C. 1760. 8.: *Meineequius*, Lipſiae A. C. 1776. 8.: *Valius*, Erfordii A. C. 1783. 8.: *Degenius*, Onoldi A. C. 1782., et, adiuncto textu Graeco, Palaeop. A. C. 1787. 8.: *Brumleuius* in Carmm. lyricc. Vol. 1., Deſſauiae A. C. 1783. 8.: *Anonymus*, Berolini A. C. 1787. 8. His addi poſſunt ii, qui nonnullas tantum odas vernacula lingua interpretati ſunt, vt *Stolbergius*, Hamburgi A. C. A. 1782. 8.: *Schlichtingius*, Leucor. A. C. 1789. 8.: *Ramlerus* mythol. P. 1., Berol. A. C. 1790. 8.

80. Carmina Anacreontis in linguam Polonicam conuerſa exierunt Varſauiae A. C. 1774. et 1788. 8.

81. Altmariae A. C. 1726. 8., auctore *Kaempfero*.

82. *Imitation des Odes d' Anacreon, en vers François, dediée au Roi de Pruſſe, par Monſ. de S....: à Berlin* A. C. 1754. 12. *Poems, and Odes, after the manner of Anacreon, by T. B., London* A. C. 1746. 4. Germanorum autem poëtarum, vt Gleimii, Leſſingii, aliorumque, hoc in genere ſtudia quanta fuiſſent ſemper, quum videremus inter nos ſatis conſtare, nihil de iis quidquam dicere placuit.

83. *Ioh. Balthaſ. Bernholdi* Ἀνακρεόντεια μέλη cura Munzii exiere Noribergae octonis, ſine indicio anni. Etiam *Nic. Reuſneri* libri duo Epodon continent carmina aliquot Anacreontia: quibus libris aucta eſt Pars ſecunda operum eius, Ienae A. C. 1593. 8. editorum.

84. Coburgi A. C. 1768. 8. Norib. A. C. 1775. 8. Byruthi A. C. 1792. 8.

85. Quedlinburgi A. C. 1776. et A. C. 1780. 8.

86. Berol. A. C. 1785. 8. edit. tert.

87. Arnſtadii A. C. 1781. 8.

88. Brunou. A. C. 1785. 8. P. 2. Et *Ioh. Frider. Chriſtius*, vir ob ſumma in literas bonas merita immor-

Koeppenius,[88] qui haec corpuscula sua pluribus, paucioribusue, poëtae odariis adauxere, praeter hos igitur Anacreontis editores reperti sunt viri docti multi, qui, vel emendare, vel explicare, conarentur multos carminum eius locos. Et alii quidem illud fecere obiter in notis ad scriptores alios, vt Salmasius ad Solinum,[89] et Achillen Tatium,[90] Dauisius ad libros Ciceronis de natura deorum,[91] Lennepius ad Coluthum,[92] Doruillius ad Charitonem,[93] alii ad alios vtriusque linguae auctores, etiam Trillerus, medicus Graece doctissimus.[94] Sed nonnulli in animaduersionum libris, quas edidere in varios scriptores veteres, etiam in his poëmatis illustrandis multum operae posuere, vt Guil. Canterus,[95] Lamb. Bosius,[96] Georgius Arnaldus,[97] et in Vanno critica[98] Doruillius, etiam Clericus in Bibliotheca selecta,[99] et auctores commentariorum Treuultianorum,[100] atque obseruationum miscellanearum:[101] quorum numerum auxere nuper, praeter Clotium,[102] Iac. Phil. Medenbachius,[103] et Ioh. Car. Zeunius.[104] Alii denique horum

mortalis memoriae honore dignissimus, municeps meus, NN. Acadd. P. 2. p. 142. — 150. Latinis versibus reddidit, adiuncta e regione Fossaei versione Francogallica metrica, odarr. 1. 2. 14. 16. 19. 33. 45.: et in *Ioh. Floderi* opusculis oratoriis, et poëticis, quae filius eius Vpsalae a. 1791. 8. edidit, extat versio Latina nouem odarum Anacreontiarum. Anno superiore Edinburgi exiit octonis editio secunda libelli, qui inscribitur Ἀνάλεκτα Ἑλληνικὰ ἥσσονα, *Collectanea Graeca minora, cum notis philologicis, atque paruo Lexico, ad vsum tironum accommodata.* His Collectaneis insunt Anacreontis quoque odaria nonnulla.

89. p. 737. aliisque in locis.

90. p. 664.

91. lib. 2. c. 47.

92. p. 7. s. 47. s. 107.

93. p. 161. 296. 381. 479. 528. 548. 718.

94. In opere, quod inscribitur *Poëtische Betrachtungen* P. 1. edit. sec.

95. Lectt. nouu. 2, 13. 5, 7.

96. Animaduerss. ad scriptores quosdam Graecos c. 18. — 20. p. 75. — 85.

97. Animaduerss. critt. ad aliquos scriptores Graecos p. 1. — 48.

98. p. 557. — 576.

99. To. 11. p. 335. — 346.

100. A. C. 1702. m. Ianuar. p. 96. s.

101. Vol. 2. p. 4. ss. p. 364. ss.

102. Miscell. critt. c. 1. Trai. ad Rhen. A. C. 1763. 8.

103. Amoenitatt. literarr. c. 8. p. 45. — 52. Traiect. ad Rhen. A. C. 1770. 8.

104. Animaduerss. ad Anacreontem,

horum odariorum non pauca peculiaribus libellis illustrare, vt Schneiderus,[105] Borhecquius,[106] Grimmius,[107] Barthius,[108] Schmiderus,[109] Suabius,[110] instituerunt.

Neque vero praetermittendam silentio putamus curam eorum, qui varias carminum Anacreontis particulas congessere e libris veterum, vel grammaticorum, vel aliorum scriptorum. Eius enim rei initium quum fecisset Henr. Stephanus, cum in ipsa editione Anacreontis, tum in poëtarum lyricorum sylloga: mox hanc viri industriam, et diligentiam, praeter Andrean Schottum,[111] Fuluius Vrsinus[112] ita sequutus est, vt eam multum praeterierit. Post Vrsinum, et Flaiderum, numerum horum fragmentorum luculenter auxere Barnesius, atque Pauus, qui etiam notas copiosas addiderunt. Nam de Iosephi Trappii quidem, aliorumque, hoc in genere opera nobis nunc quidem nihil constabat. Metarium autem videmus in

 exem-

tem, Platonem, et Xenophontem, Lipsiae A. C. 1775. 8.

105. Edidit librum, qui inscribitur *Anmerkungen über den Anacreon*, Lipsiae A. C. 1770. 8.

106. *Aug. Christ. Borhecquius* edidit plures Praelectionum super multis Anacreontis odariis libellos, lingua vernacula compositos, Parthenopoli, octonis, inde ab A. C. 1778.: aliorum interpretationem complexus est opere, cui titulus est *Magazin für die Erklärung der Griechen, und Römer*, Norib. A. C. 1784. 8. Vol. 1. P. 1. 2.

107. *Henr. Adolph. Grimmius* explicauit odas Anacreontis nonnullas prolusionibus aliquot, sermone vernaculo conscriptis, Duisburgi A. C. 1778. 4.

108. *Frider. Theoph. Barthius*, Propertii editor, stricturas aliquot animaduersionum ad Anacreontem proposuit Numburgi A. C. 1777. 4.

109. *Beni. Frider. Schmiderus* V. C. multa Anacreontis odaria Latine conuersa, et notis illustrata, proponere prolusionibus aliquot instituit Halis A. C. 1782. 4.

110. *Ioh. Aenoth. Sam. Suabius* V. C. animaduersiones criticas in Anacreontis carmina edidit Vinariae A. C. 1778. 4.: quas subsequi iussit notas ad odar. 28. sermone patrio conscriptas, et eadem in vrbe descriptas, A. C. 1781. et 1783. Caeterum Hindenburgius quoque, V. C., in specimine animaduersionum philologicocriticarum in Musaeum, Lipsiae A. C. 1763. 4. edito, locos odariorum Anacreontiorum non paucos illustrauit.

111. Obseruatt. humann. 2, 61.

112. In Carminibus lyricorum p. 130. — 152. 320. — 328., Antverpiae A. C. 1568. editis: cuius editionis exemplar, notis, et accessionibus, Andreae Schotti, et Pauli Colomesii, locupletatum, fuit in bibliotheca Isaaci Vossii. vid. Catal. codd. MSS. Angliae To. 2. p. 70. n. 2714.

exemplo ſuo primo fragmenta carminum Anacreontis, a Barneſio collecta, reddidiſſe omnia.

Nos enim quum, ante viginti annos, et vnum, haec odaria, quae tum nobis perſuaſiſſemus Anacreontem auctorem habere, formulis deſcribenda ſtanneis curaremus, quo interpretaremur ea alumnis diſciplinae Thomanae: reddi ab operis iuſſimus exemplum Baxteri ſecundum, ſed ita, vt verſio Latina omitteretur; idque Geſneri maxime, ſummi viri, auctoritate, qui duobus annis ante idem feciſſet in repetendo exemplo Horatii Baxteriano.[113] Itaque quum, redemtoris opuſculi admonitu, noua eius editio adornanda eſſet; vt conſtantes reperiremur, et graues: auctores fuimus, vt exemplum ſuperioris editionis totum retineretur. Sed quia ſciebamus, multa a Baxtero in Graeco textu temere * mutata eſſe, et mota; vt lectoribus lectionis loco quoque elegendae optio eſſet: ſubiecimus textis verborum lectiones variantes, cum ex editione principe, hoc eſt, Stephaniana, tum ex aliis, de quibus ſupra expoſitum eſt, hoc eſt, e Moreliana, Comeliniana, Barneſiana, etiam e ſylloga poëtarum lyricorum a Stephano tertium edita: et ne quis forte Fabri, et Lamii, paulo rariora exempla requireret; vt videret quiſque ipſe, texta in iis Graeca non diſcrepare a textis ſuperiorum editionum: horum quo-

113. Hanc editionem carminum Anacreontis noſtram commemorari videmus a Bodonio in Prolegg. ad edit. poëtae Parmenſem p. 63.

* Vt odar. 25, 5. κἄκοντα pro κἂν μὴ θέλω· odar. 50, 8. πεπηδημένον pro πεπεδημένον. Et quanquam odar. 39, 25. 27. e lectione Baxteriana, quam Bruncquius nuper, aliique, ſequuti ſunt in ſuis exemplis, ſenſus exiſtit ſatis commodus: tamen neſcio, an ſcriptura cod. Vatic., Stephanianique exempli, μόνῳ — μετὰ πάντων contineatur ſententia etiam elegantior. Oſtendit enim poëta hilaris, mortem ſibi eſſe communem cum omnibus, ſed ſe bibendi vini auiditate ita delectari, vt hoc putet ſibi eſſe praecipuum bonum, atque proprium, quo adeo viuens frui velit. Certe ſic verba μόνῳ, et μετὰ πάντων, aptiſſime inter ſe referuntur, et μόνῳ planiſſime reſpondet verbis μετὰ πάντων.

quoque exemplorum nomina visum est nominibus caeterorum adiungere. Codicis Vaticani lectiones hausimus e Barnesiana editione: sed quia vidimus, nonnullas a Barnesio omissas a Doruillio in Vanno critica afferri, quasdam etiam aliter laudari; vtriusque generis lectiones subiicere hic placuit. [114] Ex eiusdem Barnesii exemplo petiimus Scaligeri, et Heinsii, coniecturas; quibus addidimus coniecturas aliorum nonnullas, non omnes. Nam Fabri quidem coniecturae poterunt ex eius notis sponte collegi: et Paui editionis non minus, quam Bosii, Arnaldi, Schneideri, et Zeunii, obseruationum, ea prostat exemplarium copia, vt emi a quoque, et inspici facile, possint. Sed omnino laborem emendandi vitia orationis, eamque ad leges metricas reuocandi, frustra consumi in his odariis putamus, quum nec ipsis eorum auctoribus curam orationis, et metri, propositam fuisse, e multis, et certis, indiciis intellegatur. [115] Itaque in notis, quas adiecimus, maxime id egimus, vt verba explicaremus breuiter, sed ita tamen, vt tirones, et alii, in legendis his poëmatiis carere facile omnibus aliis adiumentis possent, adeo, vt recte supersedisse videremur indicem verborum Graecorum addere. Hesychii, aliorumque veterum grammaticorum, glossaria saepe laudauimus, non quod glossas ex his odariis sumtas crederemus, sed vt studiosi Graecarum literarum noscerent mature subsidia ad comparandam idoneam earum scientiam necessaria. Et quia tantum Anacreontia odaria enarranda nobis sumseramus:

 oda-

114. Odar. 17, 6. cod. Vatic. legit βαθύνας· v. 7. κατ' αὐτοῦ· v. 10. Πληάδων· v. 11. Βοώτου· odar. 18, 13. κροτῶσα· odar. 21, 9. σκεπάζω· sed inter versus a manu antiqua Σ impositum est literae ζ. vid. Van. crit. p. 560. s. Reliqua a nobis notata sunt in varietate lectionis textis verborum Graecis subiecta.

115. Vid. Reisquius ad Theocriti Idyl. 5, 149. p. 182. et ad Idyl. 17, 121. p. 260.

odaria Sapphus, et Theocriti, vel potius incerti au-ctoris, poëmatium, non attigimus, ſed contulimus tamen cum iis libris, in quibus Anacreontiis odis ſubiuncta leguntur. Auximus denique hanc editionem carminum poëtae reliquiis, et quae ad conſtituendam earum lectionem pertinerent, diligenter attulimus.[116] Neque vero dubium eſt, quin earum numerus multum augeri poſſit e libris, et ſcriptorum,* et grammaticorum, gloſſographorumque, veterum, cum iam editorum, tum nondum editorum; quippe quum ab iis glottae Anacreontiae magno ſtudio laudatae, atque explicatae, inueniantur: quo in numero eſt is, cuius Συναγωγη λεξεων συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων βίβλων extat in bibliotheca nuper Coisliniana,[117] nunc Sangermanenſi, Arſenius item, cuius Ἰωνιὰν, hoc eſt, locorum, ſententiarumque, variorum ſcriptorum veterum ſyllogen, bibliotheca Laurentiana habet Florentiae,[118] et Philemon,[119] aliique grammatici, etiam anonymi,[120] quorum lexica, et etymologica, bibliothecae in primis publicae multae poſſident. Caeterum ſperamus, doctos, aequosque, lectores de opera noſtra omni liberaliter eſſe, benigneque, iudicaturos, hoc eſt, ita, vt peccatis, et noſtris, et operarum,[121] facile ignoſcant, atque cogitent,

116. Reineſius Lectt. varr. 1, 18. p. 68. *Fragmenta veterum, quorum integra opera interciderunt, induſtria maxime grammaticorum reliqua facta, colligere, digerere, connectere, non inutile ſtudium eſt.* vid. Villoiſonius ad Longi Paſtorall. 1. p. 9.

* Sic Nicetas Eugenianus in carmine, quod de Droſillae, et Chariclis, amoribus compoſuit verſibus iambicis, et quod Pariſiis in bibliotheca regia ſeruatur, etiam Anacreontis odas totas, non tam expreſſit, quam ad verbum deſcripſit.

117. Vid. Montefalconius Catal. bibl. Coiſlin. p. 238.

118. Vid. Bandinius Catal. codd. MSS. biblioth. Laurent. p. 547. 549. To. 1.

119. Vid. Villoiſonius ad Apollonii Lex. Homer. p. 698. ſſ. 704. 706. 729. etc.

120. Vid. Catal. codd. MSS. biblioth. Pariſ. reg. p. 531. ſ. To. 1.

121. Vid. Reiſquius ad Theocriti Idyl. 18, 46. p. 264. ſ.

gitent, nos non perfectam, et omnibus numeris absolutam, editionem horum carminum tradere tironibus voluisse, sed studiis eorum vtilem, atque eam, quae perfecta aliquando reddi, vel nostra, vel aliorum, cura posset. Scripsi Lipsiae in Schola Thomana m. Decembri A. C. CIↃIↃCCLXXV. et m. Ianuario A. C. CIↃIↃCCLXXXIII

LECTORI BENIVOLO

S. D

IOH. FRIDER. FISCHERVS AA. M
SCHOLAE THOMANAE CONR *

Quae res impulit me nuper, vt Aeſchinis Socratici dialogos denuo ederem; ea etiam Anacreontis, ſuauiſſimi poëtae, carminum nouam adornare editionem coëgit. Quippe ſcriptor Graecus erat quaerendus, quem, per aeſtiuos hoſce, hibernoſque, menſes, diſciplinae noſtrae alumnis interpretarer Itaque quum praeter libros eos, qui ſuperioribus annis, vel Erneſtii, viri celeberrimi, collegae noſtri, egregia, diuinaque, doctrina illuſtrati, vel etiam a me vtcunque explicati, fuiſſent, reperirem nullum, cuius facilis, et bona, in tabernis librariis copia eſſet; ego autem in ſchola noſtra e Latinae linguae auctoribus adhuc Horatium enarraſſem: animum induxi poëtam Graecum eum, cuius ingenio Venuſini Muſa in odis maximam partem deberet ſua, hoc eſt, Anacreontem, inter-

* Hanc Praefationem duabus ſuperioribus ſubiungendam eſſe cenſuimus maxime propterea, vt appareret, quantum noſtra nunc de auctore eorum carminum, quae Anacreonti Stephanus tribuit, ſententia diſcreparet ab ea, in qua ante hos vndequadraginta annos fuiſſemus.

terpretari, vt, quomodo verſandum in imitandis ſcriptorum veterum locis eſſet, quatenuſque aliena ſuo premere pede liceret, eo facilius viderent tirones, eiuſque adeo carmina, vt facile poſſent comparari, neque male, vt fit, emerentur, de nouo edere. Sed ante, quam de ipſa hac eorum editione plura dicamus, paucis diluenda videntur eſſe, atque infirmanda, ea, quae contra noſtrum hoc conſilium dici poſſe intellego.

Etenim haud ſcio, an multi futuri ſint, qui contendendum quam maxime, elaborandumque, aiant eſſe in eo, vt Anacreon, qui, non, vt Gorgonius, hircum, nec, vt Rufillus, paſtillos, ſed vina mera, redoleat, nilque, niſi multo Venerem cum vino confundere, praecipiat, ſi non eiiciatur e ciuitate eruditorum, at certe, vt peſtifer, virtutique, ac pudicis moribus, inimiciſſimus, ciuis, opprimatur, neque ei honoris habendum hoc, vt eius odaria ſaepius emittantur; multo autem maxime cauendum eſſe, et prouidendum, ne illa adoleſcentibus a magiſtris ſcholarum enarrentur. Sed quam leuis ſit, et vana, haec reprehenſio, facile, puto, doceri poterit, et demonſtrari. Neque enim cani ab Anacreontis Muſa facta Atridarum, Cadmiue fata, ſed Amoris pharetram, et tela, Liberique munera, res quidem eſt confeſſa, atque manifeſta. At primum id fit verbis, non turpibus, nec obſcenis, ſed verecundis, et honeſtis, quae neminis aures pudicas temere offendant, neque lectorum ora, vt laſciua Ouidii Ars, Catullique Elegi leues, rubore facile notent.[1] Deinde Amorem, et Vinum, res eſſe per ſe honeſtas conſtat,[2] de quibus nemo facile, ſi modice quidem iis, nec nimis crebro,

1. Vid. odar. 29, 37. 51, 10. 29. 52, 22. 24.

2. Vid. Plato Sympoſ. c. 8. et Gellius NN. AA. 17, 20.

et vero etiam legitime, vtatur, ſoleat vituperari; ſed quae fiant turpes, et deformes, vitio, atque peruerſitate, hominum. Poſtremo Anacreon Amore, et Vino, praedicando nihil videtur docere voluiſſe aliud, quam quod non oporteret vnquam triſtitiae indulgere, neque ſe curis conficere, nec quae eſſent futura cras, anxie, et ſolicite, quaerere; immo, pulſis e pectore mordacibus curis, laeto ſemper, hilarique, et otioſo, animo eſſe: quae munera mortalibus Liber, Venuſque modica, ſed legitima, praeſtarent.[3] Cur igitur poëtam eum, cuius Muſa res non malas canat haud male, ſic, vt Romani Horatii aetate Satyricos, oderis? Quidni ſcholarum magiſtris liceat eiuſmodi poëtae carmina ingenuis adoleſcentibus interpretari? Niſi velis forte Ariſtophanem, Plautum, Terentium, Horatium, hoc eſt, optimos vitae, morumque, magiſtros, e manibus iuuentutis ſimul excuti. Quis enim inficietur, ab iis magis, quam ab Anacreonte, non Academicorum verecundiam, ſed Stoicorum loquendi libertatem, amari? Atque quum grauiora quiſque opera ſoleat luſibus, et iocis, honeſtis, atque liberalibus, recte diſtinguere: quin literarum doctoribus, et grammaticis, permiſſum ſit, interdum libros, quibus hilarentur animi, explicare iuuenibus, praeſertim iis, quorum membra iam, animumque, aetas durauerit, et qui ſciant adeo vitae, morumque, praecepta e limpidioribus haurire fontibus?[4] Cur nos tandem pudeat eorum hominum ſcripta legere, aliiſque legenda proponere, ad quorum ſapientiae laudem nobis non liceat adſpirare vnquam? Accedit ad haec, quod enarrantur maxime eo, vt Graecae linguae Veneribus, et gratia, capti adoleſcen-

3. Vid. Seneca de tranquillit. animi c. 15. p. 386. ſ. To. 1. Gron.: Gellius NN. AA. 15, 2.: Faber ad odar. 8, 3.

4. Vid. Quinctil. 1, 8. 7.

centes eo maiorem operam in diſcendis literis Graecis ponant. Quo quidem eo magis videtur optimo cuique eſſe nitendum, quum harum literarum ſtudia, quoniam vernaculi oratores, et poëtae, vt volunt vocari, magis nunc, quam viri Graece docti, ſecus, ac olim, probantur, et amplioribus, magiſque opimis, muneribus praeficiuntur, noſtra aetate, cum magno ſummae rei, et literariae, et Chriſtianae, incommodo, ac detrimento, paene iaceant. Sed bene eſt, ſperamuſque, fore, vt ſapiens, et grauis, poſteritas magnos homines, ſingulatim theologos, doctrinae, et virtutis, ſanctitatiſque, praeſtantia metiatur, non corporis dignitate, et proceritate, nec ſuauitate, claritateque, vocis, nec plebis denique, cum ſordidae, tum ſplendidae, gratia, et fauore.

Quid vero? Si poteſt demonſtrari, et oſtendi, carmina, quae Anacreontis nomen ferunt, aut non eſſe ab eo profecta, ſed a multo iuniore quodam, neque tam diuitis, elegantiſque, ingenii poëta contexta, aut, ſi ſint a Teio vate compoſita, cêrte multis in locis deprauata a librariis, grammaticiſue, atque interpolata: nonne videantur eſſe regionibus ſcholarum, et finibus, arcenda? nonne ii ſcholarum magiſtri parum intellegenter putentur facere, qui ea ſuae diſciplinae alumnis lectitanda proponant? Non opinor. Etenim fac, quaedam in his odis eſſe minus ſana, et vitioſa, quae recentioris cuiuſdam poëtae ingenium arguant: qui ſuſtineas dicere, propter pauca haec ἀμφισβητήσιμα eas non oportere explicari ſtudioſis Graecarum literarum, quum tamen maxima earundem pars ſit integra, et adoleſcentes admoniti a perito magiſtro poſſint facile praua a rectis, mala a bonis, diſcernere? Sic, vt hoc vtar, in Theophraſti libello, qui de characteribus morum eſt, multa, vt conſtat,

viri

viri docti volunt esse παρεμβεβλημένα, et supposititia: sed quis est, qui opusculum istud, cum ob elegans scribendi genus, tum quia quoddam quasi promtuarium antiquitatis Graecae in primis locuples est, non edendum in vulgus, studiose legendum, interpretandumque iuuenibus, esse censeat? Deinde vero non tot loci praui in his carminibus, neque tot odae, quae pinguioris ingenii foetus sint, videntur esse, quot se reperisse ibi Faber, Pauus, et alii, credunt. Nam si velis ea in scriptis veterum omnia deleri, quae tibi minus pulchra, atque elegantia, videantur, quot locos non induci, et deleri, et mutari, oportebit in libris vel optimorum scriptorum? Cur vero non licuerit etiam bonis auctoribus, quod de Homero ait alicubi Horatius, dormitare nonnunquam? Quid? si ea, quae tibi deformia videantur, venusta alii, atque pulchra, esse existiment? Cur igitur alios prohibere iniquus iudex velis libros eiusmodi legere? Sed multo incertior, minusque similis veri, est eorum sententia, quibus omnium harum odarum integritas dubia videtur. Nam vt ad quaedam tantum argumenta, quibus in oppugnanda earum antiquitate vtuntur, paucis nunc, et obiter, respondeam: quo pacto possit ex eo, quod primus ea carmina ediderit Stephanus e codicibus, de quorum aetate, et bonitate, non constet,[5] recte collegi, Anacreontem non esse eorum parentem? Nam ne ante Stephanum emitterentur a quoquam haec odaria, fieri potuit, vel propterea, quod vereretur hominum sanctitas, ne lectio eorum animum, moresque, iuven-

5. Franç. Robortellius, Vtinensis, in disputat. de arte, siue ratione, corrigendi antiquorum libros, p. 27. To. 2. thes. Gruter., *Nunc exstiterunt, si diis placet, qui excitant ab inferis Anacreontas, Halicarnasseos: breui etiam reuixisse audietis Sappho illam, et Menandrum: ne dubitate. Exstiterunt, inquam, qui manuscriptos libros citant, nec tamen proferunt, qui sint, vbi sint, cuius notae sint. Ecquis scit, an somnia illa sint, an quisquiliae, meraeque nugae? Quae tandem igitur his est habenda fides?*

ventutis corrumperet; vel ob codicum paucitatem, quae non minus, quam ipſa tot odarum iactura, tribuenda eſt, vt e Petri Alcyonii verbis, quae poſt Praefationem Baxteri leguntur, apparet, intempeſtiuae, et ineptae, monachorum quorundam pietati, vel ſuperſtitioni potius, quae tam foedi ſcilicet, et mali, libelli exemplaria ex oculis, et conſpectu, hominum remouenda vel igni cenſeret. Quod autem, neque indicauit vſquam Stephanus, vnde acceperit ſuos codices, neque, quam vetuſti illi fuerint, dixit; id more aliorum quorundam hominum aetatis ſuae doctorum, non omnium,[6] fecit: qui mos an laudandus magnopere, neque potius reprehendendus, ſit, iam non quaeritur. Sic in recenſendo, et emendando, Platone Arlenius, et Serranus, ſeſe vſos teſtantur eſſe codicibus, ſed de vetuſtate eorum ſilent. Quis vero, qui horum hominum intellegentiam huius generis rerum, et in tractandis veterum libris, cum integritatem, tum diligentiam, norit, inuenietur, qui codices iſtos bonae notae, et vetuſtos, fuiſſe neget? Sed cum de hoc, aliiſque, argumentis, quibus Pauus maxime ad minuendam horum carminum fidem vtitur, tum de iis, quibus eorundem auctoritatem defendere, ac tueri, queas, dicemus alias pluribus, et diligentius, ſi noſtra aliquando poëtae editio prodibit.

Quippe iam ante duos annos conſtitueram Anacreontis odas, earumque, et caeterorum eius carminum, reliquias, in tironum vſus ſic edere, vt primum orationis contextui, ad optimos libros recenſito, ſubiiceretur, cum lectionis varietas e codicibus non magis, quam e ſcriptoribus, grammaticiſque, antiquis, vt Hephaeſtione, Athenaeo, Gellio, et aliis, qui locos poëtae laudant; tum coniecturae virorum doctorum, tanquam Canteri, Salmaſii, Boſii, Daui-

ſii,

6. Vid. Robertellius d. l.

ſii, Arnaldi, aliorumque: deinde in notis ipſis traderentur tantummodo ea, quae ad criticen pertinerent; quae vero ad verba, et formulas dicendi, illuſtrandas valerent, ea in indicem Graecitatis coniicerentur omnia. Sed quoniam laborem hunc nondum profligare, nedum finire, per alias occupationes licuerat: viſum eſt, ne editionem libri praecipitaremus, neque tamen noſtri diſcipuli carerent exemplaribus, nec iuſto maiori ea pretio emere cogerentur, aliena interim diligentia, et ingenio, recenſitas, illuſtrataſque, Anacreontis odas edere. Stephanum enim, et Fabrum, Pauumque, multa manifeſto falſa, e quibus nulla, nec probabilis, ſaepe ſententia cogi poſſet, in contextu retinuiſſe videbamus. Contra vero Barneſium, qui vnus poſt Stephanum libri ſcripti, Vaticani, puta, vel Palatini potius, copiis vſus eſt, cognoueramus nimis multa, praeter rem, mutaſſe, atque ex ingenio emendaſſe; vt neminem fore ſperaremus, cui hoc eius conſilium probaretur, niſi forte quis Bentleianam quoque rationem in edendis veterum libris laudandam putaret. Baxterus autem, vt in Horatio, ita etiam in Anacreonte, recenſendo media via inceſſiſſe mihi quidem videbatur, vt aperte falſa eiecerit, nihil vero praeter aequum mutauerit, neque quidquam, quod a vulgata lectione nimis recederet, intruſerit. Itaque Britani huius doctiſſimi exemplum Anacreontis carminum, et quidem ſecundum, quod ante quatuor, et quadraginta, annos Londini prodiit, repetere, ſublata tamen verſione Latina, placuit. 7 Atque quoniam

7. Biblioth. raiſonnée To. 15. P. 1. p. 236., *Il ſeroit à ſouhaiter, qu' on reimprimat la ſeconde edition de l' Anacreon de Baxter, qui eſt devenue auſſi extremement rare, et où l'on trouve une Critique vive, et ſenſée, des notes de Barnes.* Multo vero etiam rariora ſunt exemplaria exempli carminum Anacreontis Baxteriani primi. Nobis quidem certe nullum eorum reperire contigerat in bibliothecis Lipſienſibus, neque publicis, neque priuatis, ita,

niam notae eius ſunt breues, ſenſumque poëtae non obſcurant, vt fere philoſophici noſtrorum hominum iuſto longiores commentarii, vel centones potius, libros ſacros, ſed illuſtrant non parum; eas ſubiici contextui verborum recte poſſe exiſtimauimus. Nam Paui iudicium, qui eas ineptas pronunciauit, ego quidem non curandum, ſed contemnendum, atque irridendum adeo, arbitror. Etſi enim in hoc viro longe maior fuit, atque accuratior, Graecarum literarum ſcientia, quam in multis eorum, qui eas in Academiis vel celeberrimis profiteantur; etſi libri eius mihi haud parum ad eiuſdem literarum generis intellegentiam profuere: tamen non videtur is fuiſſe, qui poſſet, et deberet, de Caſaubonorum, Dauſqueiorum, Rhodomanorum, Schmidiorum, Baxterorum, aliorumque huius generis hominum doctorum, fama detrahere, eoſque inſcitiae ſermonis Graeci temere accuſare, [8] quod in notis ad Theophraſtum, Ariſtaenetum,[9] Calabrum, Anacreontem, Pindarum, et alios ſcriptores antiquos, fecit quam ſaepiſſime; praeſertim quum ipſe ſine dubio multa ab iis didiciſſet, neque fortaſſe de emendandis, reſtituendiſque, multis auctorum veterum locis vnquam cogitaſſet, niſi a ſummis hiſce viris via ei fuiſſet, ratioque, monſtrata. Multo vero minus decebat eorum cogitata *ineptias*, et *nugas*, nullis praeſertim rationibus additis, vocare. Baxteri notis, vt in viam redeamus, ſubiunximus animaduerſiones Henr. Stephani, et Taneguidi Fabri, tum vt appare-

neſciremus, an, quibuſue in locis, lectiones, notaeque, primi exempli a notis, et lectionibus, ſecundi exempli diſcreparent. In titulo quidem editionis ſecundae addita leguntur verba, *editio altera aliquanto emaculatior, et elucubratior.* Sed quia Baxterus ipſe Praefationem primae editionis omiſit in editione altera: nihil ſane videtur ea contineri, quod ad res poëtae, eiuſque carmina, magnopere pertineat.

8. Vid Heinius praefat. ad Pindari carmina p. 15., et in hiſt. editionum eorundem p. 114.

9. Vid. Acta eruditt. Lipſienſia A. C. 1738. p. 22. ſſ. et p. 296. ſſ.

pareret, quid deberet Anacreon vtriusque diligentiae, atque ingenio, tum quia breues sunt, et rarae. Stephani notae, quae Cantabrigiae anno superioris saeculi quarto, et octogesimo, repetitae fuere, multa, fateor, continent aliena illa quidem, sed bona tamen, atque vtilia. * Quod quidem videtur neutiquam esse admirandum, quum eas adolescens vix sex, et viginti, annos natus conscripserit; qua aetate ingenia solere saepe, sicuti arbores, luxuriari, quis nescit? In nasutuli Fabri, vt eum Baxterus alicubi [10] vocat, annotamentis, quae et ipsa paulo diligentius poterant scribi, sunt etiam nonnulla minus recte dicta. Sic, verbi caussa, negatur ibi, [11] διώκειν Graecis veteribus esse *fugere* s. *aspernari.* Quare pro φίλτρα διώξῃς apud Anacreontem legi dicitur debere φίλτρα διώσῃς. Sed errare virum doctum, et Pauus iam, Doruilliusque, [12] videre, et satis docet vel Xenophontis locus in Agesilao [13] hic, πάντων τῶν καλῶν ἤρα, καὶ πάντα αἰσχρὰ [l. πάντα τὰ αἰσχρὰ] ἐδίωκεν. Hic enim, quoniam ἐρᾶν significat *sectari* s. *amare*, quid διώκειν aliud potest esse, nisi *fugere*, *auersari*, *odisse?* Et quum eidem verbo Graeci veteres saepe notionem *currendi* subiecerint, [14] quia

* Vid. notae Stephani ad odar. 31, 3.

10. ad odar. 18, 1. Solanus in dissert. de stylo N. T. contra Pfochenium s. 38. p. 291. Rhens., *Vir ille clarissimus, et eruditissimus* [Faber], *sed in corrigendis, mutandisque, nulla MSS. auctoritate, lectionibus audacissimus.* Perizonius ad Aelian. V. H. 13, 13., *Ego vero miror etiam pruriginem illam criticam Fabri, pro auctoritate, vel imperio, pronunciantis ita legendum.* Burmanus ad Phaedri 4. fab. 24, 23. p. 223., *Tanaqu. Faber ex classe illa criticorum fuit, qui omnia ferro, et igne, curant.* Sed Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. 1011. p. 360. Fabro *acumen subtile* verissime tribuit.

11. ad odar. 34, 5.

12. Van. crit. p. 562.

13. Cap. 3, 1. Vid. Victorius varr. lectt. 37, 17. Repetiit hanc obseruationem nostram, omisso auctoris nomine, Zeunius ad Viger. de idiomm. L. Gr. 5, 5. 11. p. 228.

14. Vid. Lucian. Amorr. 22. et 43. p. 422. 446. To. 2.: Obseruatt. miscell. Belgg. Vol. 5. To. 3. p. 92. s.: Abreschius ad Aeschylum p. 84. ss. To. 1.: Kypquius obseruatt. in N. T. p. 316. To. 2.: Lennepius ad Phalar. epp. p. 114. s.: Reitius ad Lucian. Hermotim. 77. p. 821. To. 1.

quia hi, qui currunt, se, corpus suum, *agunt*: quae quidem prima est, et propria, verbi potestas:[15] ii vero, qui currunt, aut sequantur alios, aut fugiant: quidni possit *διώκειν*, vt *sequi*,[16] ita etiam *fugere*, significare? Hesychius: Διώκειν· — — *κατατρέχειν ἐν κλίμακι, καὶ Φεύγειν μεθ' ὁρμῆς.* Insigne exemplum, quod doceat, quam saepe rarior alicuius vocabuli vsus grammaticos alioquin haud indoctos eo deducat, vt locum, vbi legitur verbum tale, pro suspecto, sed temere, habeant. Barnesii denique notae, vt ad propositum reuertamur, vel parum, vel nihil, illustrant poëtae verba, et longiores sunt, quam vt potuissent a nobis nunc quidem repeti, nisi molem libri augere, atque adeo cum nobismet ipsis pugnare, voluissemus. Quod quidem ipsum de Paui quoque animaduersionibus dictum esto. Nam de Dacieriae, quae fere, id quod a femina exspectari poterat, patris sui commentaria ad verbum exscripsit, itemque de Macropetraei, aliorumque huius notae, annotamentis quid attinet dicere?

Hac igitur Anacreontis editione vtere interea, Lector, nobisque faue. Scripsi Lipsiae in Schola Thomana a. d. IIII. Idus Apriles A. C. CIↃIↃCCLIIII

15. Vid. prolusf. Palaephatt. 2, 4. p. 28.
16. Vid. Theocritus Idyl. 6, 17. 10, 30. 11, 75. Sic *agitare* pro *sectari* legitur apud Horat. A. P. 456.

WILLIELMVS BAXTER
ΤΩΙ ΚΥΡΙΩΙ ΙΗΣΟΥ ΒΑΡΝΕΣΙΩΙ ΥΓΙΑΙΝΕΙΝ

Nosti, puto, illud Heracliti dictum, ἡ πολυμαθίη ὐ τίκτει νόον. Laudas tu quidem, atque plus femel laudas, fimplices, atque aureos, veterum mores, candidaque ingenia: quin et odisti *homines ignaua opera, et philofopha fententia:* me tamen, horum omnium oblitus, nunquam, quod fciam, laceffitus, neque laudis aemulatorem expertus, indigne habes, laceras, derides; imo rictu plane Cynico oblatras immerenti. Quid? fi lauti homines, facerdotiorumqee patroni, officii fui immemores, nulla tui habita ratione, honores tibi inuideant, imo antehabeant tuis meritis vel proprios filiolos, et nepotes; vel forfan etiam, quod tu quereris, calumniatores, nundinatores, et parafitos? Eftne, quod ob eam rem fuccenfeas amicis, et in obuium quemque bilem tuam euomas? Eftne, quod Academicos etiam tuos arguas infcitiae, atque impudentiae, quorum nonnullos tu dicis brutis effe pectoribus, afininis auribus, Theoninis dentibus, aheneis frontibus, plumbeis cerebris, venenatis linguis, et margiticis plane ingeniis? Dii boni! quae monftra! Verum quaerat aliquis, quid a me commiffum? Dicam, quod res eft. Anacreontem, fcriptorem

rem Graecum, tuae prouinciae hominem, ausus sum interpretari, emendare, et in lucem edere. Illud mihi nocuit vnice. Quis enim ego, qui messi tuae meam immitterem falcem? Paucula quaedam, fateor, a vicesimo pene anno in perelegantem istum scriptorem subnotaueram, idque vaciuis tantum horis, quantum scilicet licuit per negotiola: haec aliquanto post, precibus vnius, vel alterius, amici adductus, publici feci iuris. Perpauca, inquam, illa fuerant, quaeque orae mei codicis illeueram: neque enim, vel vacabat, vel libebat, vt in Professoria pergula, per scriptores omnes euagari; neque sane, si illud contigisset, vt gloriosulus merces meas omnes in publica explicuissem facie: alia nobis mens, consilium aliud; quippe quibus haud incompertum foret, eiusmodi commentariorum sarcinas cordatis omnibus magis oneri, atque odio, fore, quam, vel vsui, vel oblectamento. Equidem perlegi *μακρὸν* tuum *λῆρον*. Anacreontis vitam ipse appellas. Quem omnes nouere, vt tyrannicae aulae comitem, et corruptum, et vinosum, et mollem, hunc tamen tu, et pudicum, et sobrium, et quantiuis pretii homuncionem, si diis placet, nobis propinas. Dixisses illum, et genere clarum, et potentum gratia nobilem; ingenio etiam facili, et perquam amoeno, vrbanum, atque liberalem: neque me, neque quenquam alium, habuisses tibi repugnantem. In homine certe pagano praeclarae sunt istae virtutes semper habendae, quibus naturae vitia cum diis suis sunt communia. Mox tu, relicto, quem prae te ferebas, Anacreonte, plurimus es in laudibus ipsius Polycratis, atque Pisistratidarum, Persicae tyrannidis clientum, qui, postquam barbarum iugum patriae praetulissent libertati, ipsi sibi tandem pesti fuere, atque exterminio.

 Cer-

Certe Pisistratidarum dementem insaniam, atque perfidiam, nobilis in omne aeuum dux, Miltiades, fugato immani Persarum exercitu, atque ipso perfuga, Hippia, interfecto, ne sic tamen prorsus deleuit. Philosophorum principi, Pythagorae, in tantum inuisus est Polycrates, quod tu dissimulas, vt Aegyptum, et Babylonem ipsam, praetulerit patriae suae, Samo, atque exinde barbaras tunc temporis Italiae oras vel cultissimis natalis soli locis. Ita enim geographiae pater, Strabo,[1] Ἐπὶ τούτου δὲ καὶ Πυθαγόραν ἱστοροῦσι, φυομένην ἰδόντα τὴν τυραννίδα, ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἀπελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, καὶ Βαβυλῶνα, φιλομαθίας χάριν· ἐπανιόντα δ' ἐκεῖθεν, ὁρῶντα ἔτι συμμένουσαν τὴν τυραννίδα, πλεύσαντα εἰς Ἰταλίαν, ἐκεῖ διατελέσαι τὸν βίον. Hic tamen tibi PIVS PRINCEPS habetur, quod, trucidato Pantagnoto, fratre suo, tyrannidisque socio, Apollini Delio, scelerum suorum Auerrunco, Rhenaeam insulam dicauerit. Neque meministi, fratrem huius alterum, Sylosontem, a Dario, Hystaspis filio, patriae impositum, nobilissimam Samiorum ciuitatem eo redegisse solitudinis, vt vel in prouerbium Graecum cesserit,[2] Ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρία. Oportet esse nihili, quae tu alieno loco ἀκριβολογεῖς, vt chronographus: sola enim fama, atque coniectura, nisae sunt illorum temporum rationes, quae pro turbatis semper habitae sunt a summis viris; tuque ipse lectoris candorem in tam lubrica materia obtestaris. Verum ad Anacreontem redeamus. Quid? si quis minus, quam tu es, doctus huius vitam in hunc describat modum?

Anacreon, lyricus, Tei natus est, Sardibus regnante Croeso, si famae fides, Parthenio patre, atque Eëtia matre. ita enim vetus Herologion, Παρθενίοιο πατρὸς λιγυροῦ πάϊς, Ἠετίης τε, Ἦν ἄρα μελπόμενος Τήϊος

1. lib. 14. p. 638. Casaub.
2. Vid. Zenobius paroemm. 3, 90.

Τήϊος Ἀνακρέων. Alii vero, quod ait Suidas, Scythino natum prodidere; alii Eumelo; atque alii denique Ariſtocrito. Hic non ſolum indole erat nobili, atque egregia, verum etiam claro genere. nam, vt ſcribit Plato, et Solonem, et Codridas, genere attigit. Ineunte iam adoleſcentia ad quaerendas nouas ſedes ad Thracum vrbem, Abdera, vna cum vniuerſa Teiorum ciuitate, ſe contulit, Ioniae, atque Aeolidis, libertati imminente Harpago, ſatrapa regis Cyri: quo tempore et praeclara fuerat Phocaeorum in Gallias migratio. Vrbs enim eo facto nobiliſſima eſt, quod barbarae tyrannidi infenſa, et dira cum exſecratione, commutarit ſedes; incultas Gallorum oras amoeniſſimo Aſiae litori, amiſſa cum libertate, anteponens. Teiorum commigrationem teſtatur et ore Graecorum tritum prouerbium, Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία· quod apud Strabonem [3] legimus. Abderis Anacreon accerſitus eſt Samon a tyranno Polycrate; eratque illi intima iunctus amicitia. Putat etiam Tyrius Maximus, inſignis Platonicus, eum dulcedine Ionicae lyrae, carminumque amoenitate, quadantenus cicurauiſſe, et deliniuiſſe, efferatum tyranni ingenium. Stobaeus ſcripto prodidit, Polycratem illi dediſſe quinque auri talenta muneri; Anacreontem vero magno animo recuſaſſe donum; ſiue quod opus ei non eſſet pecunia, ſiue quod tyrannicae amicitiae obſtringi nollet, libera natus in ciuitate, hoc equidem exiſtimauerim ſimilius vero. Incertum, an addiderit, quae ille apponit, μισῶ δωρεὰν, ἥτις ἀναγκάζει ἀγρυπνεῖν. Certe vnam, atque alteram, oden, quae vel hodie exſtant, in hanc compoſuit materiam. In deliciis habuit, praeter opinatiſſimos tyranni amaſios, Bathyllum, atque Smerdin Thracem, Cleobulum, et Megiſten; et in altero ſexu Eurypylen

 quan-

3. lib. 14. p. 644. Caſaub.

quandam, et poëtriam Sappho. Conſtat, eum minus placuiſſe delicatulae Leſbiae, vel ipſius verſiculis, quorum meminit Deipnoſophiſta Athenaeus,[4] Ἁ δ' ἐςὶν γὰρ ἀπ' εὐκτίτȣ Λέσβȣ, τὴν μὲν ἐμὴν κόμην, Λευκὴ γάρ, καταμέμφεται, Πρὸς δ' ἄλλον τινὰ χάσκει. Incertum, an rigorem tyrannicae amicitiae expertus Samo Athenas commigrauerit ad Hipparchum, Piſiſtrati filium, virum ſane doctum, atque liberalem, etſi tyrannum. Apud hunc plurimum gratia valuit: ſiquidem Pauſanias[5] auctor eſt, Hipparchum ſtatuam ei poſuiſſe in ipſa Athenienſium arce iuxta Periclem, atque huius patrem, Xanthippum, proximamque a Sapphus imagine, verum ſub ebrioſi cantantis figura. Interiecto dein tempore Teon rediit: vbi ſumma cum animi tranquillitate domi ſuae vitam ad octogeſimum, et quintum, annum extendit. quod docet Lucianus Samoſatenſis libello de Longaeuis.[6] Tandem vero, imperante ſcilicet Xerxe, hauſto acino vuae paſſae ſtrangulatus animam ridendo efflauit. Huius opuſcula pleraque omnia, vel vinoſa fuerant, vel amatoria. Tertii Anacreontis libri meminit Pomponius Porphyrio, vetus Horatii interpres.[7]

Laudo equidem diligentiam tuam, mi Barneſi, atque otioſum laborem, in enarrandis lepidiſſimi huius ſcriptoris fragmentis. Verum cum vel ſententia ſint plane nulla, vel perquam exigua; ſatius duxi quiſquilias iſtas ad priſtinas ſuas ſedes, ſiue potius latibula, remittere, quod non ſint inſtituti noſtri. Vnum eſt, quod te adhuc velim. Satis mirari nequeo, tibi, tali viro, potuiſſe placere nequiſſimi nebulonis oden in *Apollinem*, atque alteram etiam in *Aurum Fugitiuum*. Illam

4. Vid. fragm. 36, 7. ff.
5. 1, 25. p. 59. Kuhn.
6. p. 475. f. To. 2. Graeu.
7. ad 1. od. 27, 1.

Illam tu ſuſtines praeferre vel caeteris melioris notae, non ſine graui iudicii tui iactura. En autem exemplum egregium illius, quam tu iactas, ſublimitatis! Σαόφρων γὰρ ἔςι κȣ́ρη, Τὸ μὲν ἐκπέφευγε κέντρον. Apponam et perelegans Profeſſoris academici ſcholion, praefato prius honore: Κέντρον· αἰδοῖον, ὡς Σωτάδης Πτολεμαίῳ τὴν ἀδελφὴν αὐτȣ̃ γήμαντι· Εἰς ȣ̓χ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς, Cenſen' tu, decuiſſe liberale Anacreontis ingenium huiuſmodi conuicium in pudicam Nympham Daphnen; neque eſſe plane βωμολόχȣ τινὸς, et impuri ſcurrae? Erit tibi forſan μεγάλη χάρις a Fabri filia: nobis certe incutis ruborem. Vale.

Aduerte, lector, Anacreontis numeros eſſe iambicos dimetros catalecticos, grammaticorum tamen legibus minus adſtrictos, quibus longe vetuſtiores ſunt: ii autem, qui ab anapaeſtis incipiunt, caeteris hilariores, et concitatiores, videntur. * Superuacanea ſunt, quae Barneſius diſſerit de metris.

* Scriptor anonymus MS. περὶ μέτρων apud Cangium Gloſſar. Graec. v. κȣκȣ́λλιον p. 727. To. 1. Τὰ Ἀνακρεόντεια ἐπιδέχονται μὲν οἶκοι Ἀνάπαισον, καὶ δύο Ἰάμβȣς, καὶ μίαν περιττὴν συλλαβὴν ἀδιάφορον, οἷον, Ἀπὸ τȣ̃ λίθȣ τὸ ῥεῖθρον. — Τȣ̃ Ἀνακρέοντος [l. Ἀνακρεοντείȣ] ἡ πρώτη χώρα ἐπιδέχεται Ἀνάπαισον· ἡ δευτέρα, καὶ τρίτη, τὸν Ἴαμβον· ἡ τετάρτη ἀδιάφορον, οἷον, Ἀπὸ τῆς φίλης ἐρήμȣ· και πάλιν, Βλέπε πρὸς κόνις τὰ πάντα. Exempla verſuum ipſa a manu grammatici profecta, non ex poëtae carminibus deſumta, eſſe videntur. Conf. ſcholiaſtes Hephaeſtionis ad enchir. p. 88. Pau.

EX PETRI ALCYONII

LIBRO PRIORE DE EXSILIO

Audiebam etiam puer ex Demetrio Chalcondyla, Graecarum rerum peritiſſimo, ſacerdotes Graecos tanta floruiſſe auctoritate apud Caeſares Byzantinos, vt integra eorum gratia complura de veteribus Graecis poëmata combuſſerint, in primiſque ea, vbi Amores, turpes luſus, et nequitiae amantum, continebantur; atque ita *Menandri*, *Diphili*, *Apollodori*, *Philemonis*, *Alexis*, *fabellas*, et *Sapphus*, *Erinnae*, *Anacreontis*, *Mimnermi*, *Bionis*, *Alcmanis*, *Alcaei*, *carmina*, intercidiſſe: tum pro his ſubſtituta *Nazianzeni* noſtri poëmata: quae etſi excitant animos noſtrorum hominum ad flagrantiorem religionis cultum, non tamen verborum Atticorum proprietatem, et Graecae linguae elegantiam, edocent. Turpiter quidem ſacerdotes iſti in veteres Graecos maleuoli fuerunt, ſed integritatis, probitatis, et religionis, maximum dedere teſtimonium.

Sunt verba Iohannis de Medicis, qui, dignitate Pontificis Romani auctus, Leo X. dictus eſt. vid. Colomeſius Κειμηλ. *literar. cap. 15. Opp. p. 291. Fabric. et Elingius hiſt. linguae Gr. p. 114. ſſ. Lipſ. Laudantur etiam a Schelhornio commentat. de ſtudio Vfenbachii bibliothecario, praemiſſa Commercii epiſt. Vfenbach. ſelect. P. 4. p. 138. et Amoenitt. literarr. To. 7. p. 93.*

LOCI

SCRIPTORVM QVORVNDAM VETERVM

ET

NONNVLLORVM RECENTIORVM IVDICIA

DE ANACREONTE EIVSQVE

CARMINIBVS

ACCESSIT

VITA ANACREONTIS

E SVIDAE GYRALDI BORRICHII

ET

IOH. ALB. FABRICII

SCRIPTIS

I. LOCI SCRIPTT. VETT

VTRIVSQVE LINGVAE

DE ANACR. EIVSQVE CARMINIBVS

1. Σκέψαι δ', ὅτι Ἴβυκὸς ἐκεῖνος, κ' Ἀνακρέων ὁ Τήϊος, Κ' Ἀλκαῖος, οἵπερ ἁρμοίναν ἐχύμισαν, Ἐμιτροφόρεν τε, καὶ διεκίνεν Ἰωνικῶς. *Aristophanes Thesmophorr. v.* 167. *ss. Verba*, Ἀνακρέων, Ἀλκαῖος, οἵπερ ἁρμονίαν ἐχύμισαν, *laudantur a Suida v.* ἐχύμισαν, *et ex eo a Phauorino h. v., sed omissis nominibus Anacreontis, et Alcaei.*

2. Οἱ δὲ ἐλάσσονες λέγεσι, πέμψαι Ὀροίτεα ἐς Σάμον κήρυκα, ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενον. Οὐ γὰρ ὦν δὴ τετό γε λέγεται· καὶ τὸν Πολυκράτεα τυχεῖν κατακείμενον ἐν ἀνδρεῶνι, παρεῖναι δέ οἱ καὶ Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον. *Herodotus lib.* 3. *c.* 121.

Vrsin. carmm. lyricc. p. 147.

3. Δῆλον δ' ὅτι τινῶν ἀκήκοα, ἤ πε Σαπφες τῆς καλῆς, ἢ Ἀνακρέοντος τε σοφε, ἢ καὶ συγγραφέων τινῶν. *Plato in Phaedro p.* 235. *C To.* 3. *Steph.*

Vrsin. d. l. p. 144. f.

Verba ἤ πε Σαπφες — τε σοφε *repetiit ex hoc loco Platonis Maximus Tyr, dissert.* 8. *p.* 90. *Dauis. min.: qui,*

qui, ὅτω γὰρ αὐτὴν, *inquit,* ὀνομάζων χαίρει διὰ τὴν ὥραν τῶν μελῶν, καίτοι μικρὰν ὅσαν, καὶ μέλαιναν· *vt Anacreon vocatur* ὁ σοφος, *quia fuit* poëta, *isque suo in genere* bonus. *vid. Clericus A. C.* 2, 1. 2. 30. *p.* 195. To. 1. *Amstel., cuius obseruationem, auctore non nominato, attulit Dauisius ad Max. Tyr. d. l. p.* 91. *Sic Anacreon dicitur* ὁ Τήϊος σοφιστὴς *apud eundem Max. Tyr. dissert.* 8. *p.* 96.: *sed dissert.* 10. *p.* 104. ὁ Τήϊος ποιητής. *Nam verba* σοφὸς, *et* σοφιστὴς, *idem declarant. Etiam Athen.* 15, 10. *p.* 687. *D. Alcaeum vocat* ποιητὴν, *sed Anacreontem* τὸν σοφόν. *add.* 13, 8. *p.* 600. *D. Ab eodem scriptore hic ipse poëta appellatur* ὁ ἥδιστος 14, 8. *p.* 634. *C:* ὁ χαρίεις, *et* ὁ μελιχρὸς ποιητὴς, 11, 3. *p.* 463. *A, et* 15, 3. *p.* 671. *E:* ὁ καλὸς 15, 4. *p.* 674. *C.*

4. Καὶ ἐπ' Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον πεντηκόντορον στείλας, ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν [ὁ Ἵππαρχος]. *Plato Hipparch. p.* 228. *C To.* 2. *Steph.*

Vrsin. d. l. p. 147.

Add. Plato Charmid. p. 157. *E To.* 2. *Steph., vbi gens, et domus, paterna Charmidae perhibetur,* ὑπὸ Ἀνακρέοντος, καὶ ὑπὸ Σόλωνος, καὶ ὑπ' ἄλλων πολλῶν ποιητῶν, ἐγκεκωμιασμένη.

Vid. Pauus ad Aeschyl. Prometh. 128. p. 891. To. 2.

5. Τούτῳ [τῷ Πολυκράτει] συνεβίωσεν Ἀνακρέων ὁ μελοποιὸς, καὶ δὴ καὶ πᾶσα ἡ ποίησις πλήρης ἐστὶ τῆς περὶ αὐτοῦ μνήμης. *Strabo lib.* 14. *p.* 638. *Casaub. p.* 945. *C Almelou.*

Vrsin. d. l. p. 148.

6. Καὶ ἡ Τέως δὲ ἐπὶ χερρονήσῳ ἵδρυται, λιμένα ἔχουσα. Ἔνθεν δ' ἐστὶν Ἀνακρέων ὁ μελοποιὸς, ἐφ' οὗ Τήϊοι τὴν πόλιν ἐκλιπόντες, εἰς Ἄβδηρα ἀπῴκησαν Θρᾳκίαν πόλιν, οὐ φέροντες τὴν τῶν Περσῶν ὕβριν [*vid. Herodo.* 1, 168.]· [ἀφ'

ὃ καὶ τοῦτ' εἴρηται, Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία. *Strabo lib.* 14. *p.* 644. *Casaub. p.* 953. *A Almelou.*

Vrsin. d. l. p. 150.

7. Οἶμαι — οὐδέ γε ᾄδειν τὰ Σαπφοῦς, ἢ Ἀνακρέοντος, ἐρωτικὰ μέλη πρέπον ἂν εἴη ταῖς βασιλεῦσιν. *Dio Chrysostomus orat.* 2. περὶ βασιλείας *p.* 24. *B Morel, p.* 81. *Reisqu. To.* 1.

Vrsin. d. l. p. 146. et p. 151.

8. Ὁ Ἰώνων ποιητὴς Ἀνακρέων. *Idem Dio ibid. p.* 31. *D Mor. p.* 91. *Reisqu. To.* 1.: *vt Pollux* 3, 98. Ἀνακρέων δ' αὐτὸ [ᾖδεν] εἴρηκεν, Ἴων, καὶ ποιητὴς ἀνήρ.

9. Ὅτε καὶ Σαπφοῦς ἀναδεχομένης, καὶ τῶν Ἀνακρέοντος, ἐγώ μοι δοκῶ καταθέσθαι τὸ ποτήριον αἰδούμενος. *Plutarchus Symposs.* 7, 8. *p.* 711. *D To.* 2. *Vechel.*

Vrsin. d. l. p. 150.

10. Τί δέ; ἐὰν ποιητικὴν πάλιν, ἢ μιμητικὴν, ἀποφαίνοντες, οὐχ ἑτέραν μὲν ἀνδρῶν, ἑτέραν δὲ γυναικῶν, οὖσαν, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τὴν τὰ Σαπφοῦς μέλη τοῖς Ἀνακρέοντος, ἢ τὰ Σιβύλλης λόγια τοῖς Βάκιδος ἀντιπαραβάλλοιμεν, ἕξει τις αἰτιάσασθαι δικαίως τὴν ἀπόδειξιν, ὅτι χαίροντα, καὶ τερπόμενον, ἐπάγει τῇ πίστει τὸν ἀκροατήν; *Plutarchus in* γυναικῶν Ἀρεταῖς *p.* 243. *B To.* 2.

Vrsin. d. l. p. 150.

11. Τοῦτο μὲν οὖν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐλέγχει τοῖς Ἀνακρέοντος ποιήμασιν, ἐν οἷς ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων ὀνομάζεται [*vid. fragm.* 27.], πολλαῖς ἔμπροσθεν ἡλικίαις τοῦ περὶ Σάμον πολέμου, καὶ τῶν πραγμάτων ἐκείνων. *Plutarchus V. Periclis p.* 167. *A To.* 1. *add. ibid. p.* 153. *A.*

12. Ἔστι δὲ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει καὶ Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, καὶ αὐτὸς ὁ Ξάνθιππος, ὃς ἐναυμάχησεν ἐπὶ Μυκάλῃ Μήδοις [*vid. Plutarchus V. Pericl. p.* 153. *C To.* 1.]. Ἀλλ' ὁ μὲν Περικλέους ἀνδριὰς ἑτέρωθι ἀνάκειται· τοῦ δὲ τοῦ Ξανθίππου

πλη-

πλησίον ἕστηκεν Ἀνακρέων ὁ Τήϊος, πρῶτος μετὰ Σαπφὼ τὴν Λεσβίαν τὰ πολλὰ, ὧν ἔγραψεν, ἐρωτικὰ ποιήσας· καί οἱ τὸ σχῆμά ἐστιν, οἷον ᾄδοντος ἂν ἐν μέθῃ γένοιτο ἀνθρώπου. *Pausan.* 1, 25. *p.* 59. *Kuhn.*

Vrſin. d. l. p. 146.

13. Συνῆσαν δὲ ἄρα καὶ τότε τοῖς βασιλεῦσι ποιηταί· καὶ πρότερον ἔτι καὶ Πολυκράτει, Σάμου τυραννοῦντι, Ἀνακρέων παρῆν. *Pauſan.* 1, 2. *p.* 6. *Kuhn. Conf. Himerius orat.* 30, 3. *ſſ. p.* 858. *ſ. Vernſd.*

Vrſin. d. l. p. 147.

14. Ἀνακρέων δὲ, ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, ἔζησεν ἔτη πέντε, καὶ ὀγδοήκοντα. *Lucianus* ἐν Μακροβίοις *p.* 475. *ſ.* To. 2. *Graeu. c.* 26. *p.* 227. *ſ.* To. 3. *Reit. add. ver. hiſt.* 2, 15. To. 2. *Reit. p.* 673. To. 1. *Graeu. Sympoſ. p.* 641. To. 2. *Graeu. c.* 17. To. 3. *Reit.*

Vrſin. d. l. p. 151.

15. Πολυκράτην μὲν γὰρ οὐδὲ τὸ ἐξ Αἰγύπτου νουθέτημα [*vid. Herodo.* 3, 40.] ἔπεισε μὴ φρονεῖν μέγα ἐπὶ εὐδαιμονίᾳ, ὅτι ἐκέκτητο θάλατταν Ἰωνικὴν, καὶ τριήρεις πολλὰς, καὶ σφενδόνην καλὴν, καὶ Ἀνακρέοντα ἑταῖρον, καὶ παιδικὰ Σμερδίην. *Maximus Tyr. diſſert.* 19. *p.* 192. *Dauiſ. min.*

Vrſin. d. l. p. 147.

16. Ἡ δὲ τοῦ Τηΐου σοφιστοῦ τέχνη, τοῦ αὐτοῦ ἤθους, καὶ τρόπου· καὶ γὰρ πάντων ἐρᾷ τῶν καλῶν, καὶ ἐπαινεῖ πάντας· μεστὰ δὲ αὐτοῦ τὰ ᾄσματα τῆς Σμέρδιος κόμης, καὶ τῶν Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς Βαθύλλου ὥρας· ἀλλὰ κἀν τούτοις τὴν σωφροσύνην ὅρα. *Maximus Tyr. diſſert.* 8. *p.* 96. *Dauiſ. min.*

Notatus extat hic philoſophi locus in edit. Anacreontis Comelin. p. 148.

17. Σμερδίης Θρᾴξ ὑπὸ Ἑλλήνων, κάλλους μειράκιον βασιλικοῦ, ὀφθῆναι γαῦρον, ἐκομίσθη δῶρον τυράννῳ Ἴωνι, Πολυκράτει τῷ Σαμίῳ. Ὁ δὲ ἥσθη τῷ δώρῳ, καὶ ἐρᾷ Πολυκράτης Σμερδίου, καὶ αὐτῷ συνερᾷ ὁ Τήϊος ποιητὴς, Ἀνακρέων.

κρέων. Καὶ Σμερδίης παρὰ μὲν Πολυκράτυς ἔλαβε χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ ὅσα εἰκὸς ἦν μειράκιον καλὸν παρὰ τυράννυ ἐρῶντος· παρὰ δὲ Ἀνακρέοντος ᾠδὰς, καὶ ἐπαίνυς, καὶ ὅσα εἰκὸς ἦν παρὰ ποιητῦ ἐραςῦ. *Maximus Tyr. diſſert.* 10. *p.* 104. *Dauiſ. min.*

Vrſin. d. l. p. 148.

18. Οὕτω καὶ Ἀνακρέων Σαμίοις Πολυκράτην ἡμέρωσε, κεράσας τῇ τυραννίδι ἔρωτα Σμερδίυ, καὶ Κλεοβύλυ κόμην, καὶ αὐλὺς Βαθύλλυ, καὶ ᾠδὴν Ἰωνικήν. *Maximus Tyr. diſſert.* 21. *p.* 218. *Dauiſ. min.*

Vrſin. d. l. p. 149.

19. Τοιαύτην φασὶ καὶ τὸν Ἀνακρέοντα ἐκεῖνον τὸν Τήϊον ποιητὴν δῦναι δίκην τῷ ἔρωτι. Ἐν τῇ τῶν Ἰώνων ἀγορᾶ, ἐν Πανϊωνίῳ, ἐκόμιζε τιτθὴ βρέφος· ὁ δὲ Ἀνακρέων βαδίζων, μεθύων, ἄκων ἐςεφανωμένος, σφαλλόμενος, [*leg.* ἐςεφανωμένος, ἄκων σφαλλόμενος] ὠθεῖ τὴν τιτθὴν σὺν τῷ βρέφει, καί τι [*leg.* τοι] καὶ εἰς τὸ παιδίον ἀπέρριψε βλάσφημον ἔπος· ἡ δὲ γυνὴ ἄλλο μὲν ὐδὲν ἐχαλέπηνε τῷ Ἀνακρέοντι, ἐπεύξατο δὲ τὸν αὐτὸν τῦτον ὑβριςὴν ἄνθρωπον τοσαῦτα, καὶ ἔτι πλείω, ἐπαινέσαι ποτὲ τὸ παιδίον, ὅσα νῦν ἐπηράσατο. Τελεῖ ταῦτα ὁ θεός· τὸ γὰρ παιδίον ἐκεῖνο δὴ αὐξηθὲν γίνεται Κλεόβυλος ὁ ὡραιότατος, καὶ ἀντὶ μικρᾶς ἀρᾶς ἔδωκεν ὁ Ἀνακρέων Κλεοβύλῳ δίκην δι' ἐπαίνων πολλῶν. Τί κωλύει, καὶ ἡμᾶς τήμερον, κατὰ τὸν Ἀνακρέοντα ἐκεῖνον, δῦναι δίκην τῷ ἔρωτι αὐτὺς ἑκόντας γλώττης ἀδίκυ; *Maximus Tyr. diſſert.* 11. *p.* 116. *Dauiſ. min.*

Vrſin. d. l. p. 149. f.

20. Ὃν [Ἔρωτα] ὁ σοφός ποτε ὑμνῶν Ἀνακρέων, πᾶσίν ἐςι διὰ ςόματος. Λέγει ὖν περὶ αὐτῦ καὶ ὁ κράτιςος Κριτίας τάδε, Τὸν δὲ γυναικείων μελέων πλέξαντά ποτ' ᾠδὰς Ἡδὺν Ἀνακρείοντα Τέως εἰς Ἑλλάδ' ἀνῆγεν, Συμποσίων ἐρέθισμα, γυναικῶν ἠπερόπευμα, Αὐλῶν ἀντίπαλον φιλοβάρβιτον, ἡδὺν, ἄλυπον. Οὔποτέ συ φιλότης γηράσεται, ὐδὲ θανεῖται, Ἔς τ' ἂν ὕδωρ οἴνῳ συμμιγνύμενον κυλίκεσσι

Παῖς

Παῖς διαπομπεύσῃ προπόσεις ἐπὶ δεξιὸν ὦμον [*Casaub. coni.* ἐπιδέξια νωμῶν], Παννυχίδας θ᾽ ἱερὰς θήλεις χοροὶ ἀμφιέπωσιν, Πλάστιγξ θ᾽ ἡ Χαλκῦ θυγάτηρ ἐπ᾽ ἄκροισι καθίζοι. [*codd. MSS.* ἐπ᾽ ἄκραισι καθίζει· *leg.* καθίζῃ] Κοττάβυ ὑψηλαῖς κορυφαῖς Βρομίυ ψεκάδεσσιν. *Athen.* 13, 8. *p.* 600. *D Casaub. Nam Anacreon, auctore scholiasta Aeschyli ad Prometh.* 128., ἐπεδήμησε τῇ Ἀττικῇ Κριτίυ ἐρῶν, καὶ ἠράσθη λίαν τοῖς μέλεσι τῦ Τραγικῦ. *Eodem loco p.* 598. *f. Athenaeus affert versiculos aliquot e libro tertio Elegiarum Hermesianactis, quibus Sappho dicitur amata esse ab Anacreonte: sed isti rei addit repugnare ordinem temporis, quod Sappho vixerit Alyattae, patris Croesi, saeculo, Anacreon Cyri, et Polycratis, aetate. add. Athen.* 14, 9. *p.* 635. *E.*

Quam quidem in rem consuli potest Ioh. Christo. Crameri dissertatio chronologicocritica *de συγχρονισμῷ Sapphus, et Anacreontis,* edita Ienae A. C. 1755. 4.

Vrsin. d. l. p. 146.

21. Ἄτοπος δὲ ὁ Ἀνακρέων, ὁ πᾶσαν αὐτῦ τὴν ποίησιν ἐξαρτήσας μέθης. Τῇ γὰρ μαλακίᾳ, καὶ τῇ τρυφῇ, ἐπιδὺς ἑαυτὸν, ἐν τοῖς ποιήμασι διαβέβληται, ὐκ εἰδότων τῶν πολλῶν, ὅτι νήφων ἐν τῷ γράφειν, καὶ ἀγαθὸς ὢν, προσποιεῖται μεθύειν, ὐκ ὔσης ἀνάγκης. *Athen.* 10, 7. *p.* 429. *B.*

Vrsin. d. l. p. 146.

22. Ἐκ πάντων ὖν τύτων ἄξιον θαυμάζειν τὸν τύραννον, ὅτι ὐδαμόθεν ἀναγέγραπται γυναῖκας, ἢ παῖδας, μεταπεμψάμενος, καίτοι περὶ τὰς τῶν ἀῤῥένων ὁμιλίας ἐπτοημένος, ὡς καὶ ἀντερᾷν Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ, ὅτε καὶ δι᾽ ὀργὴν ἀπέκειρε τὸν ἐρώμενον. *Athen.* 12, 9. *p.* 540. *E.*

Vrsin. d. l. p. 147.

23. Ἐμέμνηντο δὲ οἱ πολλοὶ καὶ τῶν Ἀττικῶν ἐκείνων σκολίων, ἅπερ καὶ αὐτὰ ἄξιόν ἐστί σοι ὑπομνημονεῦσαι, διά τε τὴν ἀρχαιότητα, καὶ ἀφέλειαν, τῶν ποιησάντων, καὶ τῶν ἐπαινουμένων ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἰδέᾳ τῆς ποιητικῆς, Ἀλκαίου τε, καὶ Ἀνακρέοντος· ὡς Ἀριστοφάνης παρίστησιν ἐν Δαιταλεῦσιν, Αἶσον δή μοι σκολιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου, καὶ Ἀνακρέοντος. *Athen.* 15, 14. *p.* 693. *F.*

Vrsin. d. l. p. 149. P. Leopardus Emendatt. 12, 8. p. 249. To. 3. thes. Gruter. Guil. Canterus Nouu. Lect. 9, 1. p. 710. To. 3. thes. Gruter.

24. Κλέαρχος δ' ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν τὰ ἐρωτικά φησιν ᾄσματα, καὶ τὰ Λοκρικὰ καλούμενα, οὐδὲν τῶν Σαπφοῦς, καὶ Ἀνακρέοντος, διαφέρειν. *Athen.* 14, 10. *p.* 639. *A.*

Vrsin. d. l. p. 150.

25. Καὶ τὸ Τρίγωνον δὲ καλούμενον ὄργανον Ἰόβας ἐν τετάρτῳ Θεατρικῆς Ἱστορίας, Σύρων εὕρημά φησιν εἶναι, ὡς καὶ τὸν καλούμενον λυροφοίνικα Σαμβύκην. Τοῦτο δὲ τὸ ὄργανον Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῳ Ὥρων, εὕρημα εἶναι λέγει Ἰβύκου τοῦ Ῥηγίνου ποιητοῦ, ὡς καὶ Ἀνακρέοντος τὸ Βάρβιτον. *Athen.* 4, 23. *p.* 175. *E.*

Vrsin. d. l. p. 150.

26. Πηκτὶς δὲ, καὶ Μάγαδις, ταυτὸν, καθά φησιν ὁ Ἀριστόξενος, καὶ Μέναιχμος ὁ Σικυώνιος, ἐν τοῖς περὶ τεχνιτῶν, καὶ τὴν Σαπφὼ δέ φησιν οὗτος, ἥτις ἐστὶν Ἀνακρέοντος πρεσβυτέρα, πρώτην χρήσασθαι τῇ πηκτίδι. Ὅτι δὲ καὶ Τέρπανδρος ἀρχαιότερος Ἀνακρέοντος, δῆλον ἐκ τούτων. *Athen.* 14, 9. *p.* 635. *E.*

Vrsin. d. l. p. 150.

27. Χαμαιλέων δ' ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ Ἀνακρέοντος. *Athen.* 12, 8. *p.* 533. *E.*

28. Κτησάμενος τὸ τοῦ Μηνοδότου συγγραμμάτιον, καὶ ἐπιδείξας πολλοῖς ἐξ αὐτοῦ τὸ παρὰ τῷ Ἀνακρέοντι ζητούμενον. Λαβὼν δὲ παρ' ἐμοῦ ὁ πᾶσι κλοπὴν ὀνειδίζων Ἡφαιστίων ἐξι-

διοποιήσατο τὴν λύσιν, καὶ ξύγγραμμα ἐξέδωκεν, ἐπιγράψας, Περὶ τȣ̃ παρ' Ἀνακρέοντι λυγίνȣ ϛεφάνȣ, ὅπερ νῦν ἐν τῇ Ῥώμῃ εὕρομεν παρὰ τῷ Ἀντιμοττύρᾳ Δημητρίῳ. *Athen.* 15, 4. *p.* 673. *D.*

29. Καὶ ἐπ' Ἀνακρέοντα δὲ τὸν Τήϊον πεντηκόντορον ἔϛειλεν [ὁ Ἵππαρχος], ἵνα αὐτὸν πορεύσῃ ὡς αὐτόν. *Aelianus V. H.* 8, 2.
Vrſin. d. l. p. 147.

30. Καὶ Πολυκράτης Ἀνακρέοντος [ἀπήλαυσε]. *Aelianus V. H.* 12, 25.
Vrſin. d. l. p. 147.

31. Πολυκράτης ὁ Σάμιος ἐν Μȣ́σαις ἦν, καὶ Ἀνακρέοντα ἐτίμα τὸν Τήϊον, καὶ διὰ σπȣδῆς ἦγε, καὶ ἔχαιρεν αὐτῷ, καὶ τοῖς ἐκείνȣ μέλεσιν· ȣ̓κ ἐπαινῶ δὲ αὐτȣ̃ τὴν τρυφήν. Ἀνακρέων ἐπῄνεσε Σμερδίην θερμότερον, τὰ παιδικὰ Πολυκράτȣς· εἶτα ἥσθη τὸ μειράκιον τῷ ἐπαίνῳ, καὶ τὸν Ἀνακρέοντα ἠσπάζετο σεμνῶς, εὖ μάλα ἐρῶντα τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ȣ̓ τȣ̃ σώματος· μὴ γάρ τις ἡμῖν διαβαλλέτω, πρὸς θεῶν, τὸν ποιητὴν τὸν Τήϊον, μηδ' ἀκόλαϛον εἶναι λεγέτω. Ἐζηλοτύπησε δὲ Πολυκράτης, ὅτι τὸν Σμερδίην ἐτίμησε, καὶ ἑώρα τὸν ποιητὴν ὑπὸ τȣ̃ παιδὸς ἀντιφιλȣ́μενον. Καὶ ἀπέκειρε τὸν παῖδα Πολυκράτης, ἐκεῖνον μὲν αἰσχύνων, οἰόμενος δὲ λυπεῖν Ἀνακρέοντα. Ὁ δὲ ȣ̓ προσεποιήσατο αἰτιᾶσθαι τὸν Πολυκράτην σωφρόνως, καὶ ἐγκρατῶς· μετήγαγε δὲ τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸ μειράκιον, ἐν οἷς ἐπεκάλει τόλμαν αὐτῷ, καὶ ἀμαθίαν, ὁπλισαμένῳ κατὰ τῶν ἑαυτȣ̃ τριχῶν. Τὸ δὲ ᾆσμα τὸ ἐπὶ τῷ πάθει τῆς κόμης Ἀνακρέων ᾀσάτω· ἐμȣ̃ γὰρ αὐτὸς ἄμεινον ᾄσεται. *Aelianus V. H.* 9, 4.

Vrſin. d. l. p. 151. Vid. ad fragm. 42.

32. Τὰ ἐρωτικὰ [ἐπενόησεν] Ἀνακρέων Τήϊος. *Clemens Alex. Strom.* 1. *p.* 308. *C Colon.*

33. Καὶ ὡς γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίϛην ἔχει· ȣ̃τως οἱ μὲν ἐρωτομανεῖς, καὶ μέθυσοι, τὰς Ἀλκαίȣ, καὶ Ἀνακρέον-

κρέοντος, ποιήσεις ἀναγνόντες, προσεκκαίονται. *Sextus Empir. adu. mathemm.* 1, 13. 298. *p.* 282. *Fabric.*

34. Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη σεμνὰ, καὶ χαρίεντα· τρυφᾶν γὰρ ἔλαχεν ἐκ Μοιρῶν [*in m. γρ.* Μουσῶν]. *Iulianus in Misopog. p.* 337. *A Spanhem.*
Vrſin. d. l. p. 150.

35. Εἰ δέ μοι θέμις ἦν, κατὰ τὸν Τήϊον ἐκεῖνον μελοποιὸν, εὐχῇ τὴν τῶν ὀρνίθων ἀλλάξασθαι φύσιν, οὐκ ἂν δήπου πρὸς Ὄλυμπον, οὐδὲ ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς, ἀλλ' εἰς αὐτοὺς ἂν τῶν ὑμετέρων ὀρῶν τοὺς πρόποδας ἔπτην, ἵνα σε τὸ μέλημα τοὐμὸν, ὥς φησιν ἡ Σαπφὼ, περιπτύξωμαι. *Iulianus in epiſtola* 18. *ad Eugenium p.* 386. *B Spanhem.*
Vrſin. d. l. p. 81.

36. Κλητικοὶ μὲν οὖν, ὁπόσοι [*leg.* ὁποῖοι] εἰσὶν οἱ πολλοὶ τῶν τε περὶ [*leg.* παρὰ] Σαπφοῖ, ἢ Ἀνακρέοντι, ἢ τοῖς ἄλλοις μετρικοῖς, κλῆσιν ἔχοντες πολλῶν θεῶν. *Menander de Encomiis* 1. *cap.* 2. περὶ ὕμνων τῶν εἰς θεοὺς, *p.* 594. *ſ. Ald. p.* 30. *Heren.* Vid. odar. 60. et fragm. 29.
Vrſin. d. l. p. 146. Conf. Snedorfius in libello de hymnis vett. Graecorum p. 35. ſſ., Hafniae A. C. 1786. 8. edito.

37. Ἀνακρέων δωρεὰν παρὰ Πολυκράτους λαβὼν πέντε τάλαντα, ὡς ἐφρόντισεν ἐπ' αὐτοῖς δυοῖν νυκτοῖν, ἀπέδωκεν αὐτὰ εἰπὼν, οὐ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς φροντίδος. *Stobaeus Eclogg. Ethth. c.* 91. *p.* 508. *Turic.*
Vrſin. d. l. p. 148. Vid. fragm. 132.

38. Μέγα φρονεῖ μᾶλλον, ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ· μέμνηται ταύτης Ἀνακρέων, καὶ Πίνδαρος ἐν Εὐμεονικαῖς. *Zenobius Prouerbb.* 5, 20.

Ita legitur etiam ap. Vrſin. d. l. p. 144. Sed pro Εὐμεονικαῖς reponendum eſſe Νεμεονίκαις, Fabricius docuit Bibl. Gr. 2, 15. 7. p. 538. ſ. p. 559. Vol. 1. Reſpici enim videtur ad Nemeonn. od. 3, 56. ſ. Iam Andreas Schotus in notis ad Zenobii Paroemiarum

corpus p. 120. reponendum esse Νεμεονίκαις, aut certe Ἰσθμιονίκαις, censuit, vt post eum Metarius in vita Anacreontis p. 54. Νεμεοτικαῖς. His vero coniecturis primam illam praeferendam esse, cum res ipsa, tum linguae, et artis criticae, leges, loquuntur.

39. *Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι· — Οὗτος δὲ ὁ στίχος εἴρηται τὸ πρότερον παρὰ Ἀνακρέοντι, ὃς ἤκμασε μάλιστα κατὰ Κῦρον τὸν Πέρσην· τρίτος δέ ἐστιν ἀπὸ Κύρου Δαρεῖος. Zenobius Prouerbb.* 5, 80.

Vid. fragm. 78.

40. Τοῦτο *δὲ [τὸ ἱππομάραθον] σμυρνεῖον, καὶ κόψειον, καλοῦσί τινες· ὡς Ἀνακρέων ἐν τῷ περὶ Ῥιζοτομικῆς. Schol. Nicandri ad Theriacc.* 596. *p.* 39. *Colon.*

Vrsin. d. l. p. 145.

Sed Fabricius B. Gr. 2, 15. 12. p. 547. s. p. 570. Vol. 1. ostendit, Anacreontem illum alium esse, non poëtam lyricum: qua ipsa in opinione fuerunt Cunr. Gesnerus in biblioth p. 38. et Gyraldius in vita Anacreontis, lib. 9. de poëtt. hist. Barnesius tamen in vita Anacreontis s. 32. p. 59. ipsum poëtam lyricum intellegi contendit, quod non incredibile sit, cum etiam res ad artem medendi, remque herbariam, pertinentes attigisse. non credo. Alii pro Ἀνακρέων rescribi iubent Διονύσιος, cuius τὰ Ῥιζοτομικὰ laudentur ab eodem scholiasta ad Theriacc. 520. p. 34., quum veteres nullum alium Anacreontem, praeter poëtam huius nominis, laudasse reperiantur. Caeterum τὸ Ῥιζοτομικὸν Ameriae Macedonis commemoratur ap. Athen. 15, 8. p. 681. F, et Metrodori ἐπιτομὴ τῶν ῥιζοτομουμένων ap. Plin. H. N. 20, 81. Hard., vt Sophoclis fabula, cui titulus fuit Ῥιζοτόμοι, ap. Macrob. Saturnn. 5, 19. et ap. Hesychium v. ἀϊστώσας

41. Ἡ

41. Ἢ ἐξισῦμεν τοῖς εὐτελέσι πράγμασι τὰς λόγυς, καὶ ποιῦμεν ἀφέλειαν, ὡς πολλὰ τῶν Ἀνακρέοντος. *Schol. Hermogenis p.* 405. *Ald.*
Vrsin. d. l. p. 145.

42. Ἰδίως δ' ἂν λέγοιντο ἀφελεῖς αἱ τῶν ἀπλάστων ἠθῶν, καὶ ὑπό τι νηπίων, ἵνα μὴ ἀβελτέρων λέγῃ τις· οἷον τὸ περὶ πραγμάτων διεξιέναι τινῶν, καὶ λέγειν αὐτὰ, μηδεμιᾶς ἀνάγκης ὔσης, μηδὲ ἐπερωτῶντός τινος, ὡς τὰ πολλὰ ἔχει τῶν Ἀνακρέοντος. — Καὶ παρὰ τῷ Ἀνακρέοντι δὲ ὡσαύτως, παρά τε αὖ τῷ Μενάνδρῳ, μυρία ἂν εὕροις τοιαῦτα, καὶ γυναῖκας λεγύσας, καὶ νεανίσκυς ἐρῶντας, καὶ μαγείρυς, καὶ θρυπτομένας παρθένυς, καί τινας ἄλλυς. *Hermogenes de Formis orat.* 2, 3. *p.* 387. *f.* 389. *Laurent.*
Vrsin. d. l. p. 145.

43. Ἐποποιῶν μὲν ὖν ἔγωγε μάλιστα νομίζω τυτονὶ τὸν χαρακτῆρα [γλαφυρᾶς, καὶ ἀνθηρᾶς, συνθέσεως] ἐπεξεργάσασθαι Ἡσίοδον· μελοποιῶν δὲ, Σαπφὼ, καὶ μετὰ ταύτην Ἀνακρέοντά τε, καὶ Σιμωνίδην. *Dionys. Halic. de struct. orat. f.* 23. *p.* 204. *Vpton.*

44. Οὐδὲν ἐραστῇ παρ' ἐρωμένῳ [*leg.* ἐρωμένυ] βαρὺ, καὶ δύσκολον. Ἔσπευδε μὲν Ἀνακρέων εἰς Πολυκράτυς στελλόμενος τὸν μέγαν Ξάνθιππον προσφθέγξασθαι. *Himerius orat.* 5, 3. *p.* 476. *Vernsd.* Ἐνδοξοτέρα δὲ ἀσπὶς τὸ Αἴαντος στέρνον καλύπτυσα, καὶ θρόνος, ὅταν δικάζῃ Κῦρος, καὶ κιθάρα, Πινδάρυ, καὶ Ἀνακρέοντος, πλήττοντος. *Idem orat.* 5, 9. *p.* 486. Ἥρμοσε μὲν καὶ Ἀνακρέων μετὰ τὴν νόσον τὴν λύραν, καὶ τὰς φίλυς ἔρωτας αὖθις διὰ μέλυς ἠσπάζετο. *Idem orat.* 22, 5. *p.* 756. 758. Ὡς ἔδει γε τῆς Ἀνακρέοντος Μύσης ἀπορροήν τινα τύτοις ἐργάζεσθαι τὰς ᾠδάς. *Libanius orat.* 19. *p.* 501. D *To.* 2. *Morel.*

45. Ταῦτα δὲ τείνει καὶ εἰς τὰς περὶ Ἀλκαῖον, καὶ Ἴβυκον, καὶ Ἀνακρέοντα, καὶ εἴτινες τῶν πρὸ αὐτῦ δοκῦσι περὶ τὰ παιδικὰ ἠσχολῆσθαι. Οὗτοι γὰρ παλαιότεροι Πινδάρυ.

δάρυ. Ἀνακρέοντα γοῦν ἐρωτηθέντα φασὶ, διὰ τί οὐκ εἰς θεοὺς γράφει ὕμνους, ἀλλ' εἰς παῖδας; εἰπεῖν, Ὅτι οὗτοι ἡμῶν θεοί εἰσι. *Schol. Pindari in Isthmionn. od. 2, 1. p. 444. Stephan.*

Vrsin. d. l. p. 149.

46. Καὶ γνωρίσματα μέν εἰσι λυρικῶν ποιητῶν, τὸ πρὸς λύραν τὰ τούτων ᾄδεσθαι μέλη, ὡς τὰ Πινδάρου, καὶ Στησιχόρου, καὶ Ἀνακρέοντος. *Ioh. Tzetzes ad Hesiodi* Ἔργα *p. 1. Heins.*

47. Ἐν δ' ἄρ' Ἀνακρείοντα, τὸ μὲν γλυκὺ κεῖνο μέλισμα Νέκταρος. εἰς δ' ἐλέγους εὔσπορον ἀνθέμιον. *Meleager Gadarenus in Carmine,* Στεφάνῳ *praemisso, v. 35. s. ap. Brunckium Analectt. vett. poëtt. Graecc. p. 2. To. 1. et ap. Reiskium in Notitia poëtarum anthologg. p. 237. s.*

Conf. Salmasius Prolegg. ad Hylen iatr. p. 4.

48. Εἰς Ἀνακρέοντα Μακεδονίου Ὑπάτου· Τὴν γὰρ Ἀνακρείοντος ἐνὶ πραπίδεσσι φυλάσσω Παρφασίην, ὅτι δεῖ φροντίδα μὴ κατέχειν.

Macedonii epigramma, cuius haec particula est, extat Anthol. 1, 25. 4. p. 34. Steph. p. 72. Lubin., ap. Brunckium Analectt. vett. poëtt. Grr. To. 3. p. 122., et ap. Vrsin. d. l. p. 127.

49. Εἰς τὸν αὐτὸν Ἄδηλον· Παρθενίου δὲ πατρὸς, λιγυρὸς παῖς ἠετίωνου, Ἦν ἄρα μελπόμενος Τήϊος Ἀνακρέων.

Sic edidit Vrsinus d. l. p. 128.: etiam Franc. Floridus Sabinus lectt. subsicc. 1, 15. p. 1074. To. 1. thes. Gruter., qui tamen ἠετίωυ habet: sed legi debet, cum Barnesio in vita Anacreontis s. 2. p. 4., Παρθενίοιο πατρὸς λιγυρὸς παῖς, Ἠετίης τε, Ἦν ἄρα μελπ. Τεῖος Ἀνακρείων. Totum Ἡρωελεγεῖον, cuius ista particula est, legitur ap. Franc. Floridum d. l. Idem Vrsinus eodem loco attulit duorum epigrammatum Ioh. Tzetzae [Chill. 4, 131. v. 235. — 244. et 8, 228.] particulas,

quas

quas omittere visum est, quia nihil magnopere ad Anacreontem pertinent. Add. epigrammata incerti auctoris in nouem poëtas lyricos, quae extant Anthol. 1, 7. 10. et 11. p. 92. Steph. p. 193. Lubin. et apud Bruncquium Anall. To. 3. p. 260. Conf. Valquenarius animaduerss. Ammonn. p. 56. Synesius hymn. 1, 1. ss. p. 6. Steph. Ἄγε μοι λίγεια φόρμιγξ, Μετὰ Τηΐαν ἀοιδὰν, Μετὰ Λεσβίαν τε μολπὰν, Γεραρωτέροις ἐφ᾽ ὕμνοις Κελάδει Δώριον ᾠδάν.

50. *Anacreontis quidem tota poësis est amatoria.* Cic. Tusc. 4, 33.
Vrsin. d. l. p. 146.

51. *Hic in reducta valle caniculae Vitabis aestus, et fide Teïa Dices laborantes in vno Penelopen, vitreamque Circen.* Horat. 1. od. 17, 18. ss.
Vrsin. d. l. p. 128.

52. *Nec, si quid olim lusit Anacreon, Deleuit aetas.* Horat. 4. od. 9, 9. s.
Vrsin. d. l. p. 129.

53. *Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teïum: Qui persaepe caua testudine fleuit amorem, Non elaboratum ad pedem.* Horat. Epodd. 14, 9. ss.
Vrsin. d. l. p. 129.

54. *Quid, nisi cum multo Venerem confundere vino, Praecepit lyrici Teia Musa senis?* Ouid. Tristt. 2, 363. s.
Vrsin. d. l. p. 129.

Sit tibi Callimachi, sit Coi nota poëtae, Sit quoque vinosi Teïa Musa senis. Idem A. A. 3, 329. s.

Me certe Sappho meliorem fecit amicae, Nec rigidos mores Teïa Musa dedit. Idem Remedd. amorr. v. 759. s.

55. *Aut etiam vt Anacreon poëta acino vuae paſſae — ſtrangulatus.* Plin. H. N. 7, 7. Gron. c. 5. Hard. add. Alexander Neapolit. DD. GG. 6, 5. p. 475. To. 2.

Vrſin. d. l. p. 152.

56. *Sicut Anacreonti quoque, quamuis ſtatum humanae vitae modum ſupergreſſo: quem vuae paſſae ſucco tenues, et exiles, virium reliquias fouentem vnius grani pertinacior in aridis faucibus humor abſumſit.* Valerius Max. 9, 12. ext. 8.

Vrſin. d. l. p. 152.

57. *Ingenia Aſiatica inclyta per gentes fuere. Poëtae, Anacreon.* — Solinus Polyh. c. 40. add. Alexander Neapolit. d. l. p. 472. To. 2.

Vrſin. d. l. p. 152.

58. *Verum haec quidem ſtatua eſt cuiuſpiam puberum, quem Polycrati tyranno dilectus,* Anacreon Teius, amicitiae gratia, cantillat.* Apuleius Floridor. p. 351. Elmenh.

Vrſin. d. l. p. 149.

* Copierſius obſeruatt. philologg. c. 11. p. 141. coni. *dilectum.* bene.

59. *At enim ludicros, et amatorios, fecit* [verſus Apuleius]. *Num ergo ſunt haec crimina mea? et nomine erratis, qui me magiae detuliſtis? Fecere tamen et alii talia, et, ſi vos ignoratis, apud Graecos Teius* quidam, et Lacedaemonius, et Ceus, cum aliis innumeris; etiam mulier Leſbia.* Apuleius Apolog. p. 278. Elmenh.

Vrſin. d. l. p. 149.

* Sic correxit Pe. Pithoeus Aduerſſ. 2, 11. p. 791. To. 2. theſ. Gruter. Antea legebatur *Teuis.*

60. *In*

60. '*In his libris* [Didymi grammatici] *de patria Homeri quaeritur, in his de Aeneae matre vera, in his, libidinoſior Anacreon, an ebrioſior, vixerit.* Seneca ep. 88. p. 392. To. 2. Gron.

61. *Oblectati autem ſumus, praeter multa alia, verſiculis lepidiſſimis Anacreontis ſenis. — Saepeque percontabantur, quid de Anacreonte, caeteriſque id genus poëtis, ſentiret? et ecquis noſtrorum poëtarum tam fluentes carminum delicias feciſſet?* Gellius NN. AA. 19, 9.

62. *Anacreon autem Satyram ſcripſit, amicus Lyſandri. Alii dicunt, quod ſcripſit Circen, et Penelopen, in vno laborantes. vnde in* 1. *lib. in ode* Velox amoenum, *Dices laborantes in vno Penelopen, vitreamque Circen.* Acro ad Horat. 4. od. 9, 9.

Vrſin. d. l. p. 144. Sed pro *Anacreon* dubitari non poteſt, quin alius poëtae nomen reponi debeat: fortaſſe *Timocreon.*

63. *Anacreon, lyricus poëta, Teius fuit, id eſt, ab vrbe Teia, quam in Paphlagonia eſſe, Salluſtius indicat, quum de ſitu Pontico loquitur.* Porphyrio in Horat. 1. od. 17, 18.

Vrſin. d. l. p. 152.

64. *Ode προτρεπτικὴ eſt ad hilaritatem, cuius ſenſus ſumtus eſt ab Anacreonte in libro tertio.* Idem ad Horat. 1. od. 27, 1.

Caeterum de metris carminum Anacreontis in primis Hephaeſtion Alexandrinus in Enchiridio de metris, eiuſque ſcholiaſtes, conſuli debent: qui liber A. C. 1726. 4. exiit Traiecti ad Rhen. cum luculentis animaduerſionibus Ioh. Corn. Paui.

II. *SCRIPTORVM QVORVNDAM RECENTT IVDICIA DE ANACREONTE EIVSQVE CARMINIBVS*

1. Festiuissimus poëtarum Anacreon. *Ciofanius ad Ouid. Metamm.* 10, 446.

2. Quidquid Anacreonti damus, optime a nobis collocari putamus, praesertim in carmine illo [*odar.* 29.], quod, et Graecorum omnium, et Latinorum, ingenia prouocat. *Dan. Heinsius ad Sil. Ital.* 6, 297.: *ad quem ipsum locum Anacreon a Dracquenborchio vocatur* elegantissimus poëta.

3. Festiuissimus Anacreon. *Nic. Heinsius ad Ouid. A. A.* 2, 659.

4. Dulcissimus Anacreon. *Brucusius ad Tibul.* 4, 1. 198. Lepidissimus Anacreon. *Salmasius ad scriptt. hist. Aug. p.* 385. *B Paris.*

5. Mellitissimus Anacreon. *Hemsterhusius ad Polluc.* 10, 42. *n.* 9. *p.* 1192.

6. Nihil castigatius Anacreonte. *Valquenarius Animaduerss. ad Ammon.* 2, 14. *p.* 133.

7. Anacreon inter veteres, et elegantissimos quidem, auctores haud dubie ponendus. *Trillerus ad Tho. Mag. p.* 171. *Add. Scaliger A. P. multis in locis, maximeque* 1, 44. *et Ioh. Frider. Christius Noctt. Academicc.* 2, 11. *p.* 138. *f.*

8. Cum nouem lyricorum carminum apud Graecos scriptores fuerint: vni Anacreonti cultissimo pariter, et festiuis-

festiuissimo, poëtae, maiores carminum deliciae concessae sunt: nimirum quem omnes Musae, Veneres, et Charites, suo nectare vsque adeo imbuerunt, vt, qui eius lectione non magnopere delectetur, ille, velut Timon aliquis, nimis ἄμουσος, et tetricus, cum Heracleto perpetuo plorare ex merito iubeatur. *Eilh. Lubinus praefat. ad Anacreontis carmina p. 4. Caeterum Hagedornii, Sulzeri, Ramleri, aliorumque eiusmodi hominum, quos aetas vocare nostra aestheticos scilicet solet, de Anacreonte, eiusque poëmatis, sententias nec nunc attingere placuit. Fuerunt enim illi fere Latinarum non minus, quam Graecarum, literarum ita imperiti, atque expertes, vt Francogallorum maxime, aliorumque barbarorum, voces sequuti sint. Horum vero leuitas hoc in primis in genere quanta reperta sit semper, quis nescit?*

III. *VITA ANACREONTIS*
E SVIDA
P. CLXVII. TO. I. NEOC

Ἀνακρέων Τήϊος, Λυρικὸς, Σκυθίνου υἱός· οἱ δὲ, Εὐμήλου· οἱ δὲ, Παρθενίου· οἱ δὲ, Ἀριστοκρίτου, ἐδόξασαν. Ἔγραψεν Ἐλεγεῖα, καὶ Ἰάμβους, Ἰάδι πάντα διαλέκτῳ. Γέγονε κατὰ Πολυκράτην, τὸν Σάμου τύραννον, Ὀλυμπιάδι νβ΄· οἱ δὲ ἐπὶ Κύρου, καὶ Καμβύσου, τάττουσιν αὐτὸν, κατὰ τὴν κέ 1 Ὀλυμπιάδα. Ἐκπεσὼν δὲ Τέω διὰ τὴν Ἱστιαίου ἐπανάστασιν, ᾤκησεν Ἄβδηρα ἐν Θρᾴκῃ. Βίος δὲ ἦν αὐτῷ πρὸς ἔρωτας παίδων, καὶ γυναικῶν, καὶ ᾠδάς· καὶ συνέγραψε παροίνιά τε μέλη, καὶ Ἰάμβους, καὶ τὰ καλούμενα Ἀνακρεόντεια.

Idem Suidas in v. Τέω· Ἀνακρέων Τήϊος, λυρικὸς ὁ μελοποιὸς, διὰ τὴν Ἱστιαίου ἐπανάστασιν ἐκπεσὼν Τέω, ᾤκησεν Ἄβδηρα ἐν Θρᾴκῃ.

1. Faber in notis ad Anacreontis odaria c. 1. reponi iuſſit ξβ΄: ſed Metarius in Vita poëtae p. 51. reſcribendum νέ eſſe cenſuit. Eudocia autem Ion. p. 60. verba iſta Suidae contraxit in haec, Ἀνακρέων Τήϊος, λυρικός· ἔγραψεν Ἐλεγεῖα, καὶ Ἰάμβους, Ἰάδι πάντα διαλέκτῳ· ἤτοι παροίνια μέλη, καὶ τὰ καλούμενα Ἀνακρεόντεια.

IIII. *VITA ANACREONTIS*

EX LILII GREG. GYRALDII LIB. VIIII *DE POETARVM HIST*

Post Pindarum erat Anacreontis imago; cuius pater Scythinus dictus, a quibusdam Eumelus, ab aliis Parthenius, seu Aristocritus, vocatus. Fuit vero Anacreon, auctore Strabone, Teius, ex vrbe Teo, quae in media Ionia fuisse dicitur: et idcirco ipse lingua Ionicâ in iis, quae scripsit, carminibus vsus est. Porphyrio in Horatium, *Teon*, inquit, *vrbem in Paphlagonia esse Sallustius indicat, quum de situ Pontico loquitur.* vnde est apud Ouidium *Teia Musa*, et apud Horatium *fides Teia.* et idem alibi, *Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium.* Pusionem enim Bathyllum Anacreon amasse traditur. Leonides, epigrammatum scriptor, Bathyllum, et Megistea, eius pueros nominat: Simonides, et ipse epigrammatographus, Megistea, et Smerdiei Thracium amorem, hoc est, vt quidam interpretantur, obscoenum, minusque pudicum, vtpote apud Thraces excogitatum, seu, quod verius videtur, vt etiam Antipater Sidonius innuit suo carmine, et aperte Max. Tyrius ostendit, quod puer ipse Smerdieus tantopere ab Anacreonte amatus, fuerit Thracius: quem Smerdin alio loco voca-

vocauit. Eurypylen quoque puellam amauit. quod idem ſcribit Antipater. Hinc, vt puto, Cicero, *Anacreontis quidem*, inquit, *tota poëſis eſt amatoria.* idem Ouidius: a quo et illud canitur, quod ſcilicet vini appetentior fuerit. quod et ipſe Anacreon indicat hoc, qui legitur, verſiculo, *οἰνοπότης δὲ πεποίημαι·* et hoc, qui a Demetrio Phalereo adducitur, *Φέρ᾽ ὕδωρ, φέρ᾽ οἶνον, ὦ παῖ·* atque eo etiamnum carmine iambico, dimetro, catalectico, quo Vulcanum alloquitur, vt ſibi vaſculum fabricet: quod inter Graeca epigrammata legitur, et in Noctibus Atticis Gellii. tametſi quidam id pernegent, vt in Automedonte pluribus dicemus. Sed et a Simonide iuniore *οἰνοβαρὴς* Anacreon, id eſt, *vino grauis*, vocatur. Antipater etiam Sidonius in tertio epigrammatum idem pluribus verſibus oſtendit. Quid igitur mirum, ſi pronior is in vtramque Venerem fuerit? vulgato enim apud Graecos carmine, vtriuſque amoris inſatiabilis ſenex fuit. Hinc et grammatici, qui in Pindarum commentaria ſcripſere, Anacreontem produnt amore percitum, non in deos, ſed in pueros, hymnos ſcripſiſſe: quos et deos ſuos appellare ſolitus erat. Dion hos Anacreontis verſus ad Cupidinem citat, *O domitor rerum, et dux, Amor, Quicum nymphae caeruleae, Et purpurea ludit Venus, En genua ſupplex amplector tua, Tu propitius teneras exaudi preces, Faue Cleobulo, ſuſcipe amorem meum.* De hoc vero puero Cleobulo hiſtoriam, ſi non fabulam potius, apud Max. Tyrium comperi: *Quum ebrius*, inquit, *ac parum pedibus inſiſtens, eſſet Anacreon, in Panio, Ionum foro,* * *nutricem*

* In Anacreontis vita, a Lilio Gyraldio Latine ſcripta, legitur *in Panio, Ionum foro.* Sed, niſi fallor, legendum potius *in Panionio foro.* Herod. lib. 2. 37. 39. docet, *Panionium* fuiſſe locum, in quem omnes Iones de rep. conſultaturi conueniebant, [Ἴωνες δὲ] *συνελέγοντο ἐς Πανιώνιον κ. τ. λ.* · et 38. 18. *Αἱ δὲ δυώδεκα* [τῶν Ἰώνων] *πόλιες αὗται τῷ τε* [τῶν Ἰώνων] *οὐνόματι ἠγάλλοντο, καὶ ἱρὸν ἱδρύσαντο, ἐπί τε σφέων αὐτέων τοὔνομα ἔθεν-*

cem quampiam Cleobulum infantem deferentem obuiam habuit: illosque prae temulentia impulit, simulque conuicio, et contumelia. Tum vero Anacreonti est nutrix facta irata, deumque rogauit, vt, quo maiore puerum conuicio affecerat, eo in posterum maiore laude celebraret. idque postea euenisse traditur. adoleuit enim infans, omniumque eius aetatis formosissimus euasit: quem Anacreon mox multis versibus celebrauit. Et haec quidem Maximus de Cleobulo, Pausanias etiam Anacreontis ebrii statuam describit, in quam, vt opinor, adhuc extat Leonidae poëtae carmen. Qua vero aetate vixerit Anacreon, varie a scriptoribus traditur. Eusebius quidem 61. Olympiade eum commemorat: alii, vt Suidas refert, 62.: quo tempore Sami felicem tyrannidem Polycrates exercuit, a quo et Anacreon ipse summopere amatus, ita, vt ei frequentissime assisteret. quod Herodotus scribit. Tradunt Graeci scriptores, quod et Arsenius in Graecis collectaneis retulit, Anacreontem, quum donatus quinque talentis ab ipso Polycrate fuisset, duabus noctibus ex cogitatione pene somno caruisse: qua ex re ea restituisse, dicentem, ὀ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς φροντίδος. Strabo quoque Anacreontis poësin Polycratis laudes continere ait. Sunt etiam, qui non quidem 25. Olympiade, vt perperam apud Suidam scribitur, sed 65., vixisse velint, quo scilicet tempore Cyrus, et Cambyses, regnarunt: quod Suidas refert. Nec desunt, qui huius poëtae aetate scribant Teios, relicta vrbe, in Abderam Thraciae demigrasse, quum haudquaquam Persarum contumelias, vel, vt Suidas ait, Histiaei inso-

ἔθεντο Πανιώνιον· et 39. 14. Τὸ δὲ Πανιώνιόν ἐστι τῆς Μυκάλης χῶρος ἱρὸς, πρὸς ἄρκτον τετραμμένος, κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ· ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς ἠπείρου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ· ἐς τὴν συλλεγόμενοι ἀπὸ τῶν πολίων, ἄγεσκον ὁρτὴν, τῇ ἔθεντο οὔνομα Πανιώνια. Consule et Eustath. *Aemil. Portus in edit. Comelin. carmm. poëtt. lyricc. nouem* p. 187. *s.*

inſolentiam, ferre poſſent. vnde illud prouerbii loco vſurpatum, *Abdera pulchra Teiorum colonia:* cuius mentio eſt apud Strabonem. Scripſit vero, praeter *hymnos*, Anacreon *elegias*, et *iambos*, lingua Ionica: item et *mela*, quae *Anacreontia* dicta ſunt, quae ſuauia, et iucunda, fuiſſe innuit Gellius. meminit Hephaeſtion, et Dion Pruſieus. Scripſit et *Rhizotomica*, quae in commentariis Nicandri citantur: niſi forte haec ſint alterius Anacreontis. Acron, Horatianus interpres, ſuper ea Horatii verba, *Nec ſi quid olim luſit Anacreon Deleuit aetas: bene luſit*, inquit, *quia iocis, et conuiuiis, digna cantauit.* Anacreon autem *Satyram* ſcripſit amicus Lyſandri. Alii dicunt, quod ſcripſit *Circen*, et *Penelopen*, in vno Vlyſſe laborantes. vnde in primo libro, *Dices laborantes in vno Penelopen, vitreamque Circen.* Neanthes Cyzicenus *barbiton* ait Anacreontis poëtae inuentum fuiſſe, vt trigonon Ibyci: id quod et in coenis Athenaei ab Vlpiano refertur. Inter longaeuos vero connumeratur a Luciano, quod quinque, et octoginta, annos natus obierit. Plinius, et Valerius Maximus, acino vuae paſſae Anacreontem ſuffocatum tradunt: qua de re hoc eſt noſtri Caelii carmen,* *At te, ſancte ſenex, acinus ſub Tartara miſit, Cygneae clauſit qui tibi vocis iter. Vos hederae tumulum, tumulum vos cingite lauri: Hoc roſa perpetuo vernet odora loco. At vitis procul hinc odioſa faceſſat: Quae cauſſam dirae protulit vna necis. Creditur ipſe minus vitem nunc Bacchus amare, In vatem tantum quae fuit auſa nefas.* Plato non ſemel ipſius meminit, vt in Theage, et in Hipparcho: a quo et ei nauem quinquaginta remorum obuiam miſſam ſcribit.

* Hoc epigramma auctorem habet *Ludou. Caelium Rhodiginum*, popularem, et amicum, Gyraldii, non Caelium Sedulium, preſbyterum, cui illud temere tribuit Valius in verſione carminum Anacreontis theotiſca p. 44.

V. *OLAVS BORRICHIVS*

Differtatt. Acadd. de Poëtis 2, 59. *p.* 24. *f. Francof. a.* 1683. 4.

Anacreon Teius, lepidiffimus omnium lyricorum, fed amorum, et vini, appetentior, varia fcripfit, in quibus hymni, elegiae, iambi, *μέλη* Anacreontica; antiquis ob dulcedinem metrorum fuorum iam *ἡδὺς* vocatus, iam *γλυκύς*, iam *χαρίεις*. * Dictio eius florida, et perfpicua: dialectus Ionica. Qui Sapphus amore irretitum credunt, confutantur diuerfitate aetatis vtriufque, et interuallo temporum; quippe Sappho Olymp. 44. amores mereri potuit, Anacreon nonnifi Olymp. 62. eofdem prouocare. vixit nempe demum Polycratis, Samiorum tyranni, aetate, eique familiaris, vt ex Paufania conftat. Acino vuae paffae imprudentius deglutito fuffocatum Anacreonta referunt Plinius, et Val. Maximus. Ita qui in vino fuauiffimam vitam inuenerat, in offibus eius acerbam invenit mortem. Quam autem fuaue eidem vinum, vel ipfe his teftabitur, *Τί με τὰς νόμους διδάσκεις, Καὶ ῥητόρων*

* *Περὶ χαριεντισμοῦ Ἀνακρέοντος*, feu de eo, quod in Anacreonte venuftum, et delicatum, eft, *feparatim fcribere inftituit Lipfiae A. C.* 1706. 4. *Ludou. Chrifti. Crellius, popularis meus, fcholae Nicolaitanae Lipfienfis Rector: et nuper A. C.* 1791. de Charientifmo Anacreontis ad Demetrii Phalerei difciplinam expenfo *fingulari libello, Leucoreae quaternis edito, expofuit Ioh. Chrifti. Henricius.* F.

ρων ἀνάγκας; Τί δέ μοι λόγων τοσϑτων τῶν μηδὲν ὠφελϑντων; Μᾶλλον δίδασκε πίνειν Ἁπαλὸν πόμα Λυαίϑ. Plura eius Libitinam euaſerunt, quae curis P. et H. Stephani, aliorumque, iam in publica luce verſantur. Ab illo excogitatum eſt genus carminis iambicum dimetrum catalecticum, Anacreonticum vocant, quod noſtro ſaeculo imitati Scaliger, Barthius, Reuſnerus, et praeſertim Taubmanus in epithalamio Meliſſi, dulcedinem inuenti luculenter confirmarunt. *

* De Anacreonte, cuius de vitâ, et moribus, et poëmatis, eorumque metris, omnium diligentiſſime expoſuerunt Barneſius [p. 1. — 75.], et Metarius in editione ſua carminum poëtae prima [p. 51. — 65.], legi poſſunt, praeter complures alios, Cunr. Geſnerus, Ioſias Simlerus, et Ioh. Iac. Friſius, in Bibliotheca p. 38. Turic.: Tho. Pinedus in Indice ſcriptorum a Stephano Byzantio laudatorum v. *Anacreon* p. 754. Gronou.: Taneg. Faber in Vitis poëtarum Graecorum, quae inſertae extant To. 10. theſ. AA. GRR. Gronou. ii. 18.

VI

VI. *PRAEFATIO IN ANACREONTEM*

AD MVSARVM STVDIOSOS

EX GRAECO HENRICI STEPHANI SERMONE IN LATINVM VERSA *

Sapienter profecto, ſi quicquam aliud, diuinus Archilochus hoc dicit, de nulla re eſſe deſperandum, nullamque eſſe, quam fieri non poſſe, iureiurando ſit contendendum. Ecce enim Teium Anacreontem,

* Hanc Stephani epiſtolam deſcribendam ab operis curauimus ex editione fragmentorum carminum poëtarum lyricorum nouem Stephaniana tertia, p. 73. — 76. Graece ſcripta legitur in exemplo odariorum Anacreontis principe: ex quo eam repetiit Metarius in editione ſua carminum eiuſdem poëtae prima, poſt indicem verborum Graecorum, p. 68. ſ. Nos igitur, quo Latina cum Graecis commode comparari a lectoribus doctrinae antiquae ſtudioſis poſſent, nec ipſi dubitauimus hoc eruditionis, et grauitatis, Stephanianae inſigne monumentum grati ſeruare. ΕΡΡΙΚΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΣ τοῖς φιλομούσοις εὖ πράττειν. Σοφῶς ἄρα τοῦτο, εἴτι καὶ ἄλλο, ὁ δαιμόνιος Ἀρχίλοχος ἀπεφήνατο, ὅτι χρημάτων ἄελπτον ἐστιν οὐδὲν, οὐδ᾽ ἀπώμοτον. Ἰδοὺ γὰρ ὁ Τήιος Ἀνακρέων παρὰ πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐλπίδα εἰς φῶς ἦλθέν ποτε, ἀποῤῥήξας μὲν τὰς ἀδαμαντίνας πέδας, αἷς κατείχετο, ἀποσφάξας δὲ τοὺς μυριωποὺς φύλακας, ὑφ᾽ ὧν καθείργετο. Ἡγοῦμαι δὲ, ὅτι, ὅσῳ ἀνελπιστοτέρα ἡ παρουσία αὐτοῦ γενήσεται, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτὸν, ὥσπερ διοπετῆ τινα, οἱ τοιούτοις τῶν ποιημάτων χαίροντες φιλοφρονήσονται. Τοῦτο δέ φημι, εἰδὼς, ὅτι, καθάπερ τῶν ποιητῶν πολὺ διαφέρουσιν αἱ φύσεις, οὕτως ἄρα καὶ τῶν ἀκροατῶν διάφοροί εἰσιν αἱ ἐπιθυμίαι. Ἄλλος γὰρ ἄλλῳ καρδίην ἰαίνεται, φασίν. Αὐτίκα γοῦν τοῦ Πινδάρου ἄλλοι μὲν τὸ ἀξιωματικὸν, καὶ μεγαλοπρεπὲς, τῶν μελῶν ἄγανται, ἄλλοι δὲ τὸ αὐστηρὸν, καὶ ἀκόμψευτον, τῆς συνθέσεως αὐτοῦ, καὶ τὸ τῶν ἐννοιῶν δυσπαρακολούθητον, ἀποτρέπονται. Τίνες

qui, praeter ſpem omnium mortalium, in lucem prodiit tandem, abruptis adamantinis, quibus adſtrictus tene-

Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι; οἱ φιλόμουσοι μὲν, οὐ φιλόπονοι δέ. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι, ἢ Σαπφοῖ τῇ καλῇ, ἢ Ἀνακρέοντι τῷ σοφῷ, ἥδιον ἂν ἐντύχοιεν, ὧν τοῖς μέλεσι πᾶσαι χάριτες ἐπανθοῦσι, καὶ ὧν ἡ γλαφυρὰ, καὶ ἀνθηρὰ, σύνθεσις τὰς εὐφώνους μόνον, καὶ λείας, καὶ μαλακὰς, τῶν λέξεων ἀποδέχεται, καὶ παρ' οἷς σαφῆ, καὶ στρογγύλα, καὶ ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται. Τούτοις δὲ, καὶ τοῖς ὁμοίοις, ἐκεῖνοι δελεάζονται, καὶ τούτοις τὸν νοῦν προσέχειν μόνοις εἰώθασιν, ἅτε δὴ τῶν ποιημάτων οὐδὲν, πλὴν τῆς ἡδονῆς, ἀπολαῦσαι βουλόμενοι. Ὥσπερ γὰρ, οἶμαι, ἐνίοις τῶν βρωμάτων οἱ μὲν, ὅταν ἀσθενῶσιν, ἀντὶ φαρμάκων χρῶνται, λίχνοι δέ τινες, καίπερ εὔρωστοι, τὰ αὐτὰ καθηδυπαθοῦσι· τὸν αὐτὸν ἄρα τρόπον καὶ τοῖς ποιηταῖς, οἱ μὲν, οἱονεὶ διδασκάλοις, προσέρχονται, οἱ δὲ, ὡς συμπαισταῖς μόνον, συγγίνεσθαι βούλονται. Δῆλον δὲ, ὅτι οἱ τὰ τερπνὰ μόνον ἐκ τούτων θηρεύειν βουλόμενοι ἔργον ποιοῦνται τὸ πάρεργον· οἱ δὲ νοῦν ἔχοντες, ἐν πολλῇ διαφόρων ποιημάτων ἀφθονίᾳ, ὥσπερ ἐν μεγάλῃ συμποσίου παρασκευῇ, τοῖς ὠφελιμωτάτοις τῶν ποιημάτων, ὡσπερεὶ σιτίων τοῖς ὑγιεινοτάτοις, πρῶτον χρώμενοι, ἔπειτα τῷ δείπνῳ τὰ τερπνὰ ἐπιτραγηματίζονται. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἴπερ οἱ τὸ αὐτὸ σφετεριζόμενοι ὄνομα, τοσοῦτον ἀλλήλοις διαφέρουσι. Καὶ γὰρ καὶ τῶν ζωγράφων, καὶ τῶν ἀνδριαντοποιῶν, τῶν τὴν αὐτὴν μετερχομένων τέχνην, πολὺ διεστῶτα ὁρῶμεν τὰ φιλοτεχνήματα· ὅπου γε ὁ μὲν αὐτῶν παρὰ τοῖς Ῥοδίοις κολοσσόν τινα, ὃν εἴποι ἂν Ὅμηρος οὐρανομήκη, κατασκευάσαι λέγεται· ἄλλος δέ τις ἐξ ἐλέφαντος οὕτω σμικρὰν ἐδημιούργησε ναῦν, ὥστε μελίττης πτέρυξι πάντοθεν καλύπτεσθαι. Καθάπερ δὲ τὸν μὲν κολοσσὸν ἐκεῖνον πᾶσι καθορᾶν ἦν ῥᾴδιον, μονονουχὶ καὶ τοῖς λημῶσι, ταύτην δὲ τὴν ναῦν οὐκέτι πάντες, μόνοι δὲ οἱ ὀξυδερκέστατοι, βλέπειν ἠδύναντο· οὕτως ἄρα καὶ τῶν ποιημάτων τὰ μὲν ὑπέρογκα, καὶ ὑψηλὰ, τὰς ἑαυτῶν ἀρετὰς καὶ τῷ τυχόντι φανερὰς καθιστᾶσιν· ἃ δὲ ταπεινὰ, καὶ οἱονεὶ χαμαιπετῆ, ἐστι, λανθάνοντά τινα ἔχει καλλωπισμὸν, οὗπερ, οὐ πάντες, μόνοι δὲ οἱ ἀγχινούστατοι, αἴσθησιν λαμβάνουσι. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις. Δεῖ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι, ἐννέα ὄντων τῶν μελοποιῶν, πλέον ἁπάντων ὁ Ἀνακρέων τρυφᾶν ἔλαχεν ἐκ Μουσῶν· ὅθεν καὶ παρὰ τῶν παλαιῶν, ποτὲ μὲν ὁ γλυκὺς, ἢ ὁ ἡδὺς, καλεῖται, ποτὲ δὲ ὁ χαρίεις προσαγορεύεται, ὑπὸ δὲ τοῦ Πλάτωνος καὶ τῆς τοῦ σοφοῦ προσηγορίας ἀξιοῦται· ὃς καὶ τοσαύτης τιμῆς παρὰ τοῦ Ἱππάρχου τυχεῖν τοῦτον τὸν ποιητήν φησι, ὥστε καὶ πεντηκόντορον στείλαντα εἰς τὴν πόλιν αὐτὸν κομίσαι. Πολλάκις δὲ ἐθαύμασα, οἶμαι δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ, τὸ περὶ αὐτοῦ μνημονευόμενον, ὅτι δωρεὰν παρὰ Πολυκράτους λαβὼν πέντε τάλαντα, ὡς ἐφρόντισε δύο νύκτας περὶ αὐτῶν, ἀπέδωκεν, εἰπὼν, οὐ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς φροντίδος. Οὕτω μεγαλόφρων τις ἦν καὶ μεγαλοπρεπὴς ὁ ποιητὴς, ὥστε οὐδὲ χρημάτων ἥττων εἶναι βούλεσθαι. Καὶ μή τις ἐμοὶ πρὸς θεῶν τὴν αὐτοῦ τρυφὴν διαβαλλέτω. Ἔστι γὰρ, ὥς φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, τὸ μὲν ἥδεσθαι, καὶ τρυφᾶν, ἐλευθέρων· ἀνίησι γὰρ τὰς ψυχὰς, καὶ αὔξει· τὸ δὲ πονεῖν, δούλων, καὶ ταπεινῶν· διότι καὶ συστέλλονται οὗτοι καὶ τὰς φύσεις. Εἰ δέ τῳ ἄπιστον δοκεῖ, ὅτι εἰς οὕτω μακρὸν γῆρας ἐληλακὼς ὁ ποιητὴς, τῶν ἐρωτικῶν ἔτι ἀπρὶξ εἴχετο· σκοπείτω τὸ ὑπὸ τοῦ Σοφοκλέους λεγόμενον, ὅτι ἵππος εὐγενὴς, κἂν ᾖ γέρων, ἐν

τοῖ-

tenebatur, compedibus, iugulatiſque cuſtodibus multifariam oculatis, a quibus detinebatur. Exiſtimo autem fore, vt, quo magis inſperatus fuerit eius adventus, eo maiori cum beneuolentia, et comitate, illum excipiant, tanquam e coelo delapſum, quicunque hoc poëmatum genere delectantur. Atque iſtud eo dico, quod ſciam, ſicut poëtarum multum inter ſe diſcrepant ingenia, ſic et varia auditorum eſſe ſtudia. Vt enim vulgo aiunt, *Trahit ſua quemque voluptas.* Exemplo ſit Pindarus, cuius carminum alii quidem maieſtatem, et magnificentiam, admirantur, alii vero ſtructuram eius, velut aſperam quandam, et incultam, obſcuraſque ſententias, auerſantur. Quinam autem ſunt illi? Nimirum Muſarum quidem, at non item laboris, amantes. Tales enim, aut Sapphus venuſtae, aut docti Anacreontis, carmina lubentius legerint, in quibus gratiae omnes effloreſcunt, et quorum ſcita, floridaque, ſtructura canoras duntaxat, laeueſque, et molles, voces admittit: in quibus denique perſpicua ſunt vocabula, et eiuſmodi, quae rotundo pronuntiari ore poſſint, velutique torno quodam affabrefacta. Nimirum illi his, aliiſque, huiuſmodi illecebris deliniuntur, animumque ad hos appellere conſueuerunt, vtpote qui nullum alium, quam voluptatis, fructum ex poëmatis percipere velint. Quemadmodum enim nonnulli ſunt cibi, quibus alii, quum aegrotant, tanquam medicamentis, vtuntur, alii vero, cupediis dediti, etiam quum valent, illis

f 3 ad

τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσε. Φησὶν οὖν ὁ Τήιος, Γέρων δ᾽ ὅταν χορεύῃ, Τρίχας γέρων μέν ἐστι, Τὰς δὲ φρένας νεάζει. Ἀλλὰ καὶ Ὅμηρος τί φησιν; Ἧ δ᾽ ἐπιτερπέσθω πολιοκροτάφοισι γέρουσιν, Ὧν ὥρη μὲν ἀπαμβλύνθη, θυμὸς δὲ μενοινᾷ. Καὶ ταῦτα μὲν ἴσως ἐν τῇ τοῦ χαριεστάτου, καὶ κομψοτάτου, τῶν ποιητῶν μνήμῃ οὐκ ἀπρεπῶς παρ᾽ ἐμοῦ πέπαικται· ὑμεῖς δὲ τέρψιν τινὰ, καὶ ψυχαγωγίαν, τούτων τῶν μελῶν ἀπολαύσαντες, εἰ μὴ παντάπασιν ἀχάριστοί ἐστε, ἐμοὶ χάριν τινὰ εἴσεσθε, τῷ διὰ πολλῶν κινδύνων, καὶ μόχθων, ἡδονὴν ὑμῖν ταύτην προξενήσαντι. Ἔῤῥωσθε.

ad voluptatem abutuntur: eodem ſane modo ad poëtas quoque alii, tanquam ad praeceptores, ſe conferunt, alii eorum conſortio, tanquam congerronum duntaxat, delectantur. Sed enim ii, qui delectabilia duntaxat ex illis venantur, quin ei, quod poſtremum eſt, primum, praecipuumque, dent locum, quod Graeci ἔργον facere τὸ πάρεργον dicunt, minime dubium eſt. At vero quicunque ſapiunt, non aliter in multa variorum ſcriptorum copia, quam in magno conuiuii apparatu, vtiliſſimis poëmatibus, tanquam ſaluberrimis cibis, primum vtentes, poſtea iis, quae voluptatem afferunt, velut bellariis, ſuam claudunt coenam. Porro minime cuiquam debet mirum videri, quod, qui idem ſibi nomen vendicant, adeo inter ſe differre comperiantur. Siquidem, et inter pictores, et inter ſtatuarios, eandem artem profitentium longe diuerſa videre eſt artificia. Quid enim? nonne quidam eorum apud Rhodios coloſſum, quem Homerus οὐρανομήκη appellaret, Virgilius autem *coelum aequare* diceret, fabricatus dicitur: alius autem ex ebore adeo exiguam nauem, vt apis alae eam vndique contegerent? Quemadmodum autem illum quidem coloſſum omnibus conſpicari facile erat, atque adeo iis, qui lippitudine laborarent: at nauem non item omnes, ſed illi demum, qui acutiſſima oculorum acie praediti eſſent, intueri valebant: ſic profecto et ex poëmatibus ea, quae grandia ſunt, et elata, ſuas virtutes cuilibet conſpicuas exhibent: at vero, quae humilia ſunt, ac veluti ſerpunt humi, occultum quendam ornatum habent, cuius ſenſu non omnes, ſed ſagaciſſimi quique ſolum, afficiuntur. Sed de his hactenus. Illud praeterea noſſe operae pretium eſt: quum nouem fuerint μελῶν, id eſt, *lyricorum carminum*, ſcriptores, Anacreonti maiores, quam aliis, conceſſas fuiſſe a Muſis

car-

carminum delicias. vnde ab antiquis modo γλυκὺς, aut ἡδὺς, id eſt, *dulcis*, ſeu *iucundus*, modo χαρίεις, id eſt, *feſtiuus*, vocatur. at vero Plato eum σοφοῦ etiam appellatione dignatus eſt. Qui et tanto in honore ab Hipparcho ſcribit habitum hunc poëtam, vt miſſa quinquaginta remorum naue eum in vrbem euocaret. Saepe autem miratus ſum, et alios multos mecum admiratos puto, quod de eo memoriae proditum eſt, eum quinque talentis a Polycrate donatum, quum iam per duas noctes de iis ſollicitus fuiſſet, reddidiſſe, ſe minime ſollicitudine digna ea iudicare dicentem. adeo magnos ſpiritus gerebat, et magnifice de ſe ſentiebat, poëta, vt ne pecuniis quidem ſuccumbere vellet. Nec vero mihi quiſquam luxum eius criminetur, quaeſo. Sunt enim, vt ait Heraclides Ponticus, gaudia, et deliciae, ingenuorum: ſiquidem relaxant animos, et incrementum illis praebent: at labores, ſeruorum, et abiectae conditionis hominum. Vnde fit, vt tales ingenia ſua, velut in anguſtum contracta, habeant. Quod ſi cui incredibile videtur, poëtam, ad tantam prouectum ſenectutem, amatoria mordicus adhuc retinuiſſe, quod a Sophocle dicitur, conſideret, equum generoſum, quamuis ſenex ſit, in periculis animoſitate non deſtitui. Quin etiam ipſe Teius canit, *Senex at in choreis Senex quidem eſt capillis, Iuuenis ſed vſque mente eſt.* Iam vero et Homerus ait, *Gaudeat haec ſenibus, quorum iam tempora canent, Robore quos languente, animi non deficit ardor.* Atque haec fortaſſis, in mentione feſtiuiſſimi, et cultiſſimi, omnium poëtarum, non praeter decorum iocatus fuerim. Vos autem, vbi lyrica iſta cum aliqua oblectatione legeritis, niſi omnino ingrati eſtis, mihi gratiam habebitis, qui per multos labores, multaque pericula, vobis eam voluptatem procuraui.

VII. *IOH. ALB. FABRICIVS*

BIBL. GR. LIB. II. CAP. XV. S. XII. VOL. I

A*nacreon* ex Ioniae ciuitate Teius,[1] nobili familia; Solonis enim cognatam innuit Plato in Charmide; ingenio nobilior, ſub Cyro maxime floruit, notante Zenobio 5, 80. prouerbb., et quo tempore Polycrates Sami, Hipparchus, Piſiſtrati filius, qui naui quinquaginta remorum Anacreontem Athenas arceſſiuit, teſte Platone in Hipparcho, tyrannidem tenuit Athenis, vt ex Herodoto, Platone, Aeliano, Pauſania, aliis, conſtat. Croeſi meminit carmine 26, 3. Interfectus eſt Cyrus Olymp. 62. a. 4: Anacreon autem aetatem produxit, teſte in Macrobiis Luciano, vſque ad annum aetatis 85., vuae paſſae acino tandem ſuffocatus, ſi credimus Suidae in *οἰνοπότης*· alii enim hoc mortis genere periiſſe tradunt Sophoclem. Neque adeo incredibile mihi videtur, Sapphonem, et Anacreontem, aliquo tempore eodem vixiſſe, licet amorem, quo Sappho Anacreontem arſiſſe fertur, commentis, et luſibus, poëticis cum Athenaeo lubens adſcribam. De vita huius poëtae, praeter editores, Dacieriam maxime, ac Barneſium, et qui de poëtis ſcripſerunt, conſulendum Lexicon clariſſimi Baelii, editione altera.

Poëſin

1. De Teo, Anacreontis patria, vide, praeter geographos, A. Morellium in ſpecimine rei numariae veteris p. 202.

Poësin Anacreontis totam amatoriam esse, iam olim affirmauit Cicero 4. Tusc.: neque aliud fere praecipit Teia Musa lyrici senis, nisi, quod ait Ouidius, *cum multo Venerem confundere vino.* Scripsit dialecto Ionica, nisi quod interdum, Homerico more, aliis etiam dialectis natiuam temperauit, vt notatum Barnesio est p. 32. Minima pars eius poëmatum tulit aetatem. nam, Suida teste, scripserat dialecto Ionica Ἐλεγεῖα, καὶ Ἰάμβους, παροίνιά τε [2] μέλη, Athenaeo hinc inde laudata, καὶ τὰ καλούμενα Ἀνακρεόντεια, siue *proprio carminis genere,* [3] *quod Anacreonticum ab auctore appellatur, composita;* qualia sunt pleraque eius, quae hodie supersunt, et quod seruauit Gellius 19, 9. *Hymni in Dianam* fragmentum affert Hephaestio in Enchiridio p. 69.: Glyconium carmen, cuius initium ὦ ναξ, ὦ Δαμάλης ἔρως, Dio Chrysost. 2. de regno p. 31. Videntur et hymni esse, quae hodie extant 9. 62. et 64. *Epigrammata* quaedam Anacreontis nomine leguntur in Anthologia. Anacreontis *Odas,* quarum vndecimam in antiqui libri tegmine reperit, teste Pe. Victorio 20, 17. Varr. Lectt., reliquas e duobus MSS. Codicibus,[4] quorum vnum a Ioh. Clemente, Anglo, Tho. Mori contubernali, alterum ex Italia, acceperat, collegit, primus in lucem protulit, ediditque Graece typis nitidissimis, et Latine, *H. Stephanus,* addita *Eliae Andreae,* et sua ipsius, ver-

 sione

2. Iulian. Misopogone: Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη σεμνὰ, καὶ χαρίεντα. Τρυφᾷν γὰρ ἔλαχεν ἐκ Μουσῶν. Elegias eius laudat Hephaestio p. 4. Δεύτερον τῶν μελῶν Athenaeus 15. p. 671: quo in loco Aristarchum in Anacreontis carmina commentarium scripsisse innuit, et alios eorum ἐξηγητὰς olim exstitisse, docet. Hephaestionis liber περὶ τοῦ παρ' Ἀνακρέοντι λυγίνου memoratur eidem p. 673. Anacreontis icon laureata exstat in tabula 41. Tomi secundi Thesaur. Antiquitatt. Graecc. Gronouiani, et in fronte praeclarae Barnesianae editionis.

3. Sunt et alia genera carminum, quae ab Anacreonte *Anacreontia* vocantur. Vid. Marium Plotium p. 2638. et 2655.

4. Vide Baelii Lex. edit. 2. p. 214.: qui idem auctor est, vtrumque codicem paulo ante mortem Stephani manibus ipsius esse discissum, et sublatum.

ſione Latina, vtraque carmine Anacreontico, Pariſ. 1554. 4. Verſionem ſub H. Stephani editam nomine Ioſephus Scaliger in codice ſuo notauerat auctorem agnoſcere *Iohannem Auratum*, vt ex Iſ. Voſſii fide refert Colomeſius p. 109. Opuſcc. Anacreon porro Graece, et Latine, frequenter recuſus eſt inter Lyricos primum a Guil. Morello Pariſ. A. 1556. 8. collectos, tum ex H. Stephani officina plus ſimplici vice, tum apud Plantinum, Commelinumque, tum in corpore poëtarum Graecorum, denique Geneuae, vulgatos, vt ſupra in Pindaro dicere me memini. Praeterea recuſus eſt Anacreon cum verſione proſaria *Frid. Hermanni Flayderi*, Prof. Tubing., et H. Stephani, atque Eliae Andreae, iam dictis metaphraſibus, et Flayderi notis, Tubing. 1622. 12.: cum fragmentis *Sapphonis*, notisque eruditis *Tan. Fabri*, Salmur. 1660. et 1680. 12. Anacreon Graece et Latine cura *Guil. Baxteri*, Lond. 1695. 8.

2. Denique Anacreon prodiit e recenſione Graecantiſſimi viri, *Ioſuae Barneſii*, qui MS. Vaticani[5] lectionibus vſus, notiſque *Io. Cottoni*,[6] Baronetti, et *Tho. Stanleii*,[7] hunc poëtam ingenio, ac doctrina ſua, mire expoliuit, caſtigauitque, et numeris ſuis; qua in re aliquid indulgere ſibi videtur vir doctiſſimus; reſtituit, praeterea verſione proſaria, notiſque perpetuis, et fragmentis plurimis vndique conquiſitis, a v. 903. ad v. 1385., et iuſtis aliquot poëmatis, auxit, praemiſſa Anacreontis vita, et diſſertatione de lyrica poëſi, ſubiectoque, quem ipſe clariſſimus editor, felici vena

5. Barneſius p. 40.: *Hoc MS. Vaticanum toties laudatum peruetuſtum eſt, et a Domino Iſaaco Voſſio in praedicti D. Iohannis Cottoni gratiam olim delibatum, a Scaligero, Salmaſio, aliiſque magnis viris, viſum, vt ex eorundem nominibus, propria ſingulorum manu ad eundem MS. codicem adſcriptis, conſtat. Voſſii exemplar mihi communicauit Baronettus praedictus.*

6. id. p. 36. 40. etc.

7. id. p. 6. 54. etc.

vena poëtam imitatus, composuit, ac separatim quoque edidit, Anacreonte Christiano. Dicata est haec egregia Anacreontis editio duci inclyto, ac belli praesentis fulmini, Marlboraeo, lucemque vidit Cantabrigiae 1705. 12.

3. Anacreon, et Sappho, cum versione *Gallica* prosaria, et notis perelegantibus, *Annae Dacieriae*, Taneg. Fabri filiae, Paris. 1682. 12. et Amstel. 1693. 12.: cui editioni Latinae Taneg. Fabri notae sunt adiectae.

4. Anacreon, et Sappho, cum versione metrica Gallica, et notis haud minus eruditis, *Longapetraei* [de Longepierre de Reicquelaine], Nobilis Burgundi, Paris. 1684. Amstel. 1692. 12.

5. Prodierat etiam Anacreon A. 1556. et 1585. 12. apud Patissonium e Gallica metaphrasi *Remi Belleau*, siue *Remigii Bellaquae*, quam e Latina versione H. Stephani composuit, et *Richardus* quidam *Renuoisius* circa A. 1557. modulis animauit musicis, licet ab hoc Richardo et ipso Anacreontem Gallice redditum tradat Antonius Verderius. Vide Baelii Lexicon ed. 2. p. 214. Sed et *Henr. Stephanus* in praefatione ad editionem suam Graecolatinam A. 1554. testatur, se Odas Anacreontis prius iam tum Gallicas fecisse: et *Petrus Ronsardus*, nobilis poëta Gallus, plerasque illarum patrio carmine induit. De versione Gallica, prosa, an versu, edita, an inedita, *Armandi Iohannis Bouthillerii Rancei*, postea notissimi sub nomine *Abbatis de la Trappe*,[8] mentio extat apud Adr. Bailletum libro de infantibus doctrina claris p. 359. et Malpeolum [*Mr. de Maupeou*] in Rancei vita, vbi testatur, ab eodem Armando vix tredecim annos nato illustratum prae-

8. Obiit die 26. Sept. 1700. natus 9. Ian. 1626. De vita eius consule Ephemeridas Paris. 1702. mense Nou. p. 87., et Memorias litterarias Treuultinas A. 1704. mense Martio p. 174.

praeterea Anacreontem *ſcholiis Graecis*, vulgatumque Pariſiis 1639. 8. et recuſum A. 1647. Extat et metaphraſis Gallica *Gaconi*, et altera poëtae inſignis *Foſſei* Pariſ. 1704. 12. Gallico carmine cum notis.

6. Hetruſco carmine Anacreontem reddidit *Bartholomaeus Corſini* Pariſ. 1672. 12.: et nouiſſime *Franciſcus Seraphinus Regnerius Mareſius*, Secretarius Academiae Gallicae, ibid. 1693. 12., additis notis. Idem Regnerius Gallicam ſuam metaphraſin poëticam plerumque Odarum Anacreontis exhibet ad calcem libri 1. Iliados Gallico verſu a ſe tranſlatae Pariſ. 1700. 8. *Antonii* praeterea *Mariae Saluini* verſio Hetruſca Anacreontis celebratur, quemadmodum *Alexandrum Marchettum*, itemque *Petrum Franciſcum Toccium*, nouas eiuſdem poëtae metaphraſes moliri, didici e Io. Marii Creſcimbeni commentar. 1. in hiſtoriam poëſeos Italicae lib. 3. c. 18.

7. Carmine Anglico Anacreontem maximam partem expreſſit *Abrahamus Covleius*, et cum Bione, Moſcho, aliiſque, *Thomas Stanleius* Lond. 1651.

8. Nobiliſſimum virum, *Lucam Langermannum*, Anacreontis editionem molitum conſtat ex Reineſii ad Daumium epiſtolis p. 148. Specimen nouarum emendationum, neſcio cuius auctoris, in Anacreontem, audacium nimis, ſi quid iudico, occurrit in Memoriis Treuultianis A. 1702. menſe Ianuario p. 96. ſ. Fragmenta quaedam Anacreontis ab H. Stephano omiſſa perſequitur A. Schottus II. 61. Obſſ. humann. Alius Anacreon fuit, quem ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῆς laudat ſcholiaſtes Nicandri ad Theriaca. *

* Conf. Catal. biblioth. Bunau. To. 1. P. 1. p. 81. ſ.: Hambergeri Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern p. 112. ſſ. To. 1.: Harleſii Iſagogen in hiſtor. linguae Graecae, P. 1, 2. 19. p. 226. — 236.: biblioth. Gr. Fabric. p. 91. — 104. To. 2. edit. nouiſſ.

VIII

VIII. *IOH. IAC. REISQVIVS*

NOTIT. POETT. ANTHOLOGICORVM

P. CLXXXIII. S.

ΑΝΑΚΡΕΩΝ. ANACREO. Viſus aliquando mihi fuit hic Anacreo, non ille Teius, celeberrimus a poëſi lyrica, cuius princeps habetur, ſed recentior aliquis epigrammatarius, eſſe; idque in notis ad C. 428. ſignificaui; niſus eo potiſſimum fundamento, quod Anacreontem maxime lyrica ſcripſiſſe noſſem, elegos condidiſſe non noſſem. Verum retracto nunc, et muto, ſententiam, ob auctoritatem Meleagri, qui praefationis ſuae verſu 35. 36. omnino celebrem illum Anacreontem lyricum, non alium ignobiliorem, ſignificare videtur. Ait enim, Ἐν δ' ἄρ' Ἀνακρείοντείου γλυκὺ κεῖνο μέλισμα Νέκταρος, εἰς δ' ἐλέγους εὔσπορον ἀνθέμιον. Sane illud *κεῖνο* nobilem, celebrem, poëtam ſignificat; ipſoque illo diſticho Anacreonti eidem tribuit, et *μέλη cantica*, et *ἐλέγους elegias*, pangendi dexteritatem. Coniecturam Fabricii perquam ſpecioſam, ἀνθέμιον, in fine citati diſtichi, non eſſe floris, ſed poëtae, nomen, hoc non admittere videtur, quod Meleager ſingulis, quos laudat, poëtis flores ſingulos tribuit, quorum ſuo carendum eſſet Anacreonti, ſi Fabricii coniecturam optares. Sunt quidem characteres temporis, illis carminibus, quae ſub Anacreontis nomine in noſtra Anthologia exſtant, impreſſi, ſubobſcuri. Sunt tamen vel in illis quidam ſatis luculenti, vt auctorem veterem illum Teium prodant. E. c. epigramma in equum Phidolae, nobis 424., in quo interpretando paſſus aliquid humani fui, ſignificat, auctorem aequalem fuiſſe

fuiſſe Phidolae, et celebri eius equo. Vixit autem Phidolas circa Olympiadem 64. Nam eius filium Lycum celete Iſthmia viciſſe circa Olympiad. 68. ait cl. Corſini in diſſertt. Agoniſticis pag. 225. ed. Lipſ. Floruiſſe Anacreontem Teium ſub Cyro ſeniore, conſtat. Cyrus Olymp. 62. obiit. Ergo tempora bene congruunt. Admodum diu vixit Anacreon, et nonageſimum aetatis annum prope attigit. Quare fieri potuit, vt bellum Perſicum viuendo attingeret, aut ſuperaret. Quod vt credam, facit nomen Anaxagorae ſtatuarii, quem C. 428. laudat, et quem eundem exiſtimo eſſe cum illo ſtatuario, cuius eſſe ſignum Iouis a Graecis vrbibus, poſt profligatos cum Mardonio Perſas apud Plataeas, dedicatum in Olympia perhibet Pauſanias p. 437. Echecratides quoque, quem C. 431. laudat, videtur idem cum illo eſſe, quem memorat Pauſanias p. 836.: e cuius verbis apparet, hominem perantiquum fuiſſe. Ait enim, Ἐχεκρατίδης ἀνὴρ Λαρισσαῖος τὸν Ἀπόλλωνα ἀνέθηκε [nempe Delphis] τὸν μικρὸν, καὶ ἁπάντων πρῶτον τεθῆναι τῶν ἀναθημάτων τοῦτό φασιν οἱ Δελφοί. Ergo Croeſum aetate nonnihil anteceſſerit Echecratides neceſſe eſt. poteſt tamen nihilominus hunc ipſum Anacreon Teius attigiſſe, idemque Xerxen quoque, et Mardonium.

ADDEN

ADDENDA ET EMENDANDA

In prolegomenis.

P. 4. v. 11. *leg.* exempli. P. 27. not. * v. 3. *leg.* bibliotheca. P. 30. not. 63. v. 13. *post* Langermannus *tolle* notam incisi. P. 47. not. 7. *leg.* ita, vt nesciremus. P. 71. v. 4. *leg.* 1, 67. P. 80. v. 11. *lege* Anacreon: et v. 26. *leg.* procul hinc, procul hinc.

In contextu verborum Graecorum.

P. 47. v. 8. *leg.* *ἐκμάθῃς.* P. 104. v. 17. *leg.* *κελαινήν.* P. 484. v. 2. *leg.* *νίκης.* P. 507. v. 2. *leg.* ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.

In varietate lectionis.

P. 24. ad v. 1. *leg.* *τὸ ῥόδων.* P. 63. ad v. 3. *post* Arg. 2. *deleri oportet* *ἐἐθ'*.

In annotationibus.

P. 9. v. 8. *leg.* Il. *κ'*, 174.: et v. 9. *del. verba* et *θανεῖν.* P. 10. v. 3. *leg.* Idyl. 22, 184. P. 13. v. 14. *post verba* Metamm. 10, 446. *adde*, et Scaliger ad Manil. 5. p. 467., qui legit *Μεσονυκτίοις ἐν ὥραις — τὴν Βοώτεω.* Ibid. v. 32. *post verba* ad 2, 1100. *adde*, et Scalig. ad Manil. 5. p. 433. P. 18. v. 7. *leg.* *γελῷ.* P. 27. v. 3. *leg.* simplicem. P. 32. v. 16. *leg.* *εὐπρεποῦς.* P. 43. v. 13. *post* p. 691. E *insere*, Conf. Scaliger ad Manil. 5. p. 509., qui v. 15. legit *ὁρᾷς.* P. 46. v. 1. *leg.* verum. P. 74. v. 18. *leg.* sacra. P. 80. v. 6. *post* humidi *insere*, vid. Pseudaristoteles in de mundo c. 4. p. 852. C To. 1. Duual., et Aristoteles problemm. 23, 6. p. 186. C To. 4. P. 83. v. 50. *leg.* *ὡς.* P. 93. v. 29. *post τὸ κρίνασθαι adde τὸ ζῆν.* P. 109. v. 11. *post verba* sed etiam *insere* Antipater Sidonius: et v. 12. *pro* 52. *leg.* 51. P. 152. v. 28. *post* vitae *adde*, Sic ap. Demetrium Cydon. in de contemn. morte c. 22, 5. eleganter scriptum legitur, *θαυμαστὴ δέ τις γαλήνη ταῖς ψυχαῖς ἀντὶ τοῦ πρὶν χειμῶνος ἀντεισαχθήσεται.* P. 153. v. 17. *post verba* fruar hoc bono *adde verba haec*, quoad, dum, viuam. Et ead. p. v. 21. *post verba* ad Marc. 10, 30. *insere ista*, Sed, vt, quod sentio, dicam, lectio *μετὰ πάντα* mihi ab ipsius poëtae mente plane aliena esse videtur. Nam sensus versiculi est, *mors enim mihi cum omnibus communis est*: ad quam sententiam eleganter refertur sententia, quae v. 25. continetur, haec, *hoc bonum mihi soli*, vni, *proprium est*, *atque praecipuum*, *et peculiare*: qua declarare animus poëtae commotus vult nouam plane, incredibilemque, potandi voluptatem, ad quam ipse omnia ita referat, vt nemo alius. Itaque nec scriptura *μόνῳ* attingi a Baxtero debebat. Nam, ea mutata, perit, atque exstinguitur, orationis venustas, et gratia, omnis, quae vt in eo posita est, quod vocabulum *μόνῳ* refertur ad verba *μετὰ πάντων*, ita maxime in ipsa sententiae inopinata nouitate cernitur. Conf. Praefat. nostra edit. sec. p. 36. not. *. P. 180. v. 18. *leg.* A. C. 1749. P. 184. v. 35. *leg.* A. C. 1767. P. 198. v. 10. *leg.* *γάμων.* P. 219. v. 22. *leg.* quae. P. 237. v. 21. *leg.* Strabone. P. 318. v. 21. *leg.* *βομβεῦσιν δὲ, καδδὲ*· et v. 31. *leg.* A. 1665. P 319. v. 5. *leg.* dolos. P. 329. v. 21. *leg.* Theodotionem: et v. vlt. *post* Conf. fragm. 83. *adde*, et Vorstius in de Hebraismis N. T. c. 9. p. 263. Lips. P. 354. v. 19. *leg.* et *θέλει.* P. 378. v. 7. f. *leg.* Holst., *et* Sylburgius. P. 383. v. 29. *leg.* ponderare. P. 384. v. 4. *leg.* *Μείλιχος.* P. 398. v. 4. *leg.* *ἀσπιδιώτης.* P. 419. v. 3. *leg.* *λυροπ.* P. 496. v. 10. *leg.* *οἱ.* P. 501. v. 17. *leg.* *τό.*

In

In indice primo Odariorum

leg. στεφανοῦσθαι ἀνήτῳ —.

In indice ſecundo verborum Graecorum

ante nomen *ἄνθος inſere verba*, ἀνήτῳ στεφανοῦσθαι F. 115.: v. εὐθὺς *lege* Εὐθυδίκου· v. μέτωπον *lege* ὁ Ἔρως· v. οἱ *adde* O. 65, 3.: v. ὀξέων *lege* ἀναύρων· v. πέντε *lege* τρεῖς· v. ποιέω *lege* μεταμάζιον· v. ῥόδον *lege* ῥοδίνην· v. στέφασι *dele verba* στεφανοῦσθαι τῇ λύγῳ F. 12, 3.: *pro* σρατὸς *lege* στρατός· v. τὸ Σῶμα *poſt* ἐλέγχον *adde* O. 28, 31. ſ.: v. τόξον *lege* πειρατῶμεν, et v. τορεύσας *lege* ἄργυρον· *pro* φέθάνω *lege* φθάνω· v. φθόνον *lege* φθονῶ, et v. ὁ Φίλος *lege* φιλοῖεν *pro* ψιλοῖεν.

Reliquas ſcripturae mendas minores lector humanus ipſe obſeruabit, atque corriget.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΤΗΙΟΥ

ΜΕΛΗ *

Α΄ ΕΙΣ ΛΥΡΑΝ **

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας·
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·
Ἁ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μȢνον ἠχεῖ.
Ἤμειψα νεῦρα πρώην,
Καὶ τὴν λύρην ἅπασαν·
Κἀγὼ μὲν ᾖδον ἄθλȢς
ἩρακλέȢς· λύρη δὲ
Ἔρωτας ἀντεφώνει.
Χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν,
Ἥρωες· ἡ λύρη γὰρ
ΜόνȢς Ἔρωτας ᾄδει.

VARIETAS LECTIONIS

* *Hic titulus seruatus est, vt ab omnibus, qui exemplum H. Stephani reddidere, atque adeo a Bodonio, ita etiam a Baxtero: nisi quod simpliciter habent* Τηΐȣ, *omisso articulo, quem nos, legum linguae iussu, addidimus cum Vrsino p. 123., et Holstio.* Ἀνακρέοντος Ὠιδαὶ *Argent.* 1. 2. *Brig. Born.: certe Anacreon a Theocrito epigr.* 16, 4. *vocatur* τῶν πρόσθ᾽ ἄ τι περισσὸν ᾠδοποιῶν, *vt carmina eius a Critia ap. Athen.* 13, 8. *p.* 600, *D* μελέων ᾠδαί. *Sed* Ἀνακρ. Τηΐȣ Μέλη Συμ-

ποσιακὰ ἡμιΐαμβα habet Barn., qui verba συμποσιακὰ ἡμιΐαμβα e cod. Vatic. a se addita esse ait. At hoc in codice p. 676. legitur, Ἀνακρέοντος Τηΐου συμποσιακὰ ἡμιάμβια: *quem indicem Quietus in exemplari suo verbis auxerat his,* καὶ Ἀνακρεόντεια, καὶ τρίμετρα, *ex eodem illo codice. At verba ista pertinent ad reliqua odaria, quae Constantinus Cephalas capite quinto decimo Anthologiae suae complexus est. Vid. Bruncquius in praefat. ad Analectt. To. 1. p. 10. et in notis ad Anacreontis carmina p. 98. Argent. 2.*

Ad Εἰς κιθάραν τοῦ αὐτοῦ *cod. Vatic.: quo in cod. hoc odarium est odarium tertium, et vicesimum, p. 682. Sed Bruncquius in Anall. To. 1. hoc, et reliqua, odaria suis carere titulis iussit: qui sane grammaticos habere auctores videntur.*

3. Ἡ βάρβιτος *Barn. Lam. Argent. 1. Deg. 1. 2.*

7. ἦδον *cod. Vatic.*

11. ἔρωτες *cod. Vatic.*

ANNOTATIONES

Verba Συμποσιακὰ ἡμιάμβια, quae in cod. Vaticano addita sunt, ab Constantino Cephala profecta esse videntur, qui declarare iis voluerit, quem ad vsum apta essent haec carmina, et quo genere versuum composita essent. Nam μέλος significat proprie quidem *modum*, h. e. *legem quandam, et ordinem, vocalium intervallorum, et differentiam*, atque adeo continetur certa quadam, et apta, mensura, et iunctura, et mistura, sonorum longorum, et breuium, altorum, et depressorum. Vid. Aristoxenus στοιχ. ἁρμον. lib. 1. Deinde hoc nomine appellatur *carmen* quodvis *modis temperatum*, quod canitur, cani potest: vid. Eurip. Alcest. 454. Aristoph. Rann. 1286. 1410.: vt βουκολικὰ μέλη Aelian. V. H. 10, 18.: λυρικὰ μέλη Plutarch. Lycurg. p. 142. C To. 1. Vechel.: σκολιὰ μέλη idem de music. p. 1140. F To. 2.: ita, vt *poëtae*, modulatores cantus, *quiuis* dicantur μελοποιοὶ, et μελέων ἀοιδοί. vid. Sextus Empir. c. mathematt. 6, 16. p. 359. Fabric. et Eurip. Alcest. 454.: vt a Latinis *melici poëtae*: vid. Gellius 2, 22. coll. Cic. de opt. gen. oratt. c. 1.: sed maxime tamen *carmen lyricum: poëma aptum lyrae* [Apul. Florr. p. 347. Elmenh.]: quod ad fides canitur: vt Σιμωνίδου μέλος ap. Aristoph. Nubb. 1359. add. Plato Ion. p. 533. f. To. 1. Stephan. et Anthol. 1, 67. 14. p. 195. Lubin. Vid. Maius ad Lucian. Macrobb. 26. p. 227. To. 3. Perizonius ad Aelian. V. H. 4, 26. Lennepius ad Phalar. epp. p. 99. f. Quapropter *poëtae, qui carmina ad lyram composuerunt*, quos Cicero Orat. 55. λυρικοὺς nominat, dicti sunt simpliciter μελοποιοί, vt Alcaeus, Alcman, Melanippides, Pindarus, Simonides. vid. Athen. 7, 17. p. 311. A, 10, 7. 8. p. 429. A F: schol. min. Homeri ad Il. γ', 250. coll. ad v. 242. et schol. Ven. ad Il. ν', 588.: Clemens Alex. Strom. 5. p. 602. D Colon.: Diod. Sic. 11. p. 10. et p. 22. To. 2. Rhodom. Sic ipse Anacreon vocatur odar. 65, 2. ὁ Τήϊος μελῳδός· fragm. 1, 31. ὁ ἀοίδιμος μελιστής· fragm. 2, 31. ὁ λυρῳδός· a Strabone 14. p. 638. Casaub. ὁ μελοποιός· a Luciano d. l. ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, vt Sappho a Strab. 17. p. 808. ἡ τῶν μελῶν ποιήτρια· conf. ad od. 65, 2.: et carmina eius dicuntur τὰ μέλη etiam ab Aeliano V. H. 9, 4., ab Athenaeo 14, 3. p. 617. E, et ab auctore Etymol. M. v.

μῦθος. Athenaeus 10, 8. p. 429. B eadem nominat ποιήματα. Sed nomini μέλη Conſtantinus Cephalas vocabulum συμποσιακὰ addidit, vt Suidas v. Ἀνακρέων nomen παροίνια, quo oſtenderet, haec carmina fuiſſe carmina conuiualia, quae inter pocula canerentur. vid. odar. 48, 8. Atque huiuſmodi carmina, quorum inuentor, Pindaro auctore, Terpander fuit: vid. Plutarch. de muſic. p. 1140. To. 2.: peculiari vocabulo dicta ſunt σκολιά, ſcilicet μέλη, vel ᾄσματα· vid. Plut. d. l. Athen. 10, 7. p. 427. D, Clemens Alex. Paedag. 2. p. 165. D, Proclus ap. Phot. cod. 239. p. 524. Hoeſch., et ſchol. Ariſtoph. ad Rann. 1337., cuius verba deſcripſit Suidas v. σκολιόν. Erant autem tria eorum genera. Alia enim canebantur ſimul ab vniuerſis compotoribus; alia ab ſingulis deinceps; alia denique ab humanioribus tantum, et eruditioribus, eo loco, quem quiſque teneret: quae quidem κατ᾽ ἐξοχὴν appellata ſunt σκολιά. vid. Heſychius h. v., ſchol. Luciani p. 27. To. 1. Graeu., in primiſque Artemo, Caſſandreus, ap. Athen. 15, 14. p. 694. et Dicaearchus ap. ſchol. Ariſtoph. ad Rann. d. l. E recentioribus accurate de ſcoliis, variiſque eorum generibus, expoſuere Iunius Animaduerſſ. 3, 7.: Noſius Commentarr. Acad. Pariſ. inſcriptt. To. 9. p. 323. — 346.: Cludius, et Santenius, biblioth. literat. antiquae Goetting. part. 1. et 5. add. Politus ad Euſtath. in Il. p. 699. To. 2. Denique nomen ἡμιάμβια ſ. ἡμιίαμβια adiectum eſt, vt intellegeretur, haec odaria, maximam certe partem, conſtare *Anacreontiis colis* [Quinctil. 9, 4. 78.], h. e. *verſibus iambicis dimetris catalecticis:* vid. Hephaeſt. enchir. p. 16. Pau.: quod metrum, et Ἀνακρεόντειον vocatur, et ἑφθημιμερές. vid. ſchol. Ariſtoph. ad Auu. 1313. et ad Plut. 302. Sed quam ſententiam de metro Pindarico tulit Heinius, V. C., ad Pind. Nemeonn. 3, 27., eandem nos quoque de metro horum odariorum ferendam eſſe arbitramur: de quo, praeter Barneſii, et Metarii in editione horum poëmatum prima, diſputationes, v. Stephanus ad calcem notarum in has Anacreontias odas. Sic enim facillime obſiſti poſſe videmus multorum interpretum libidini vertendi in iis, et mutandi omnia. Nam, *Satis, puto, habuit poëta,* inquit vir ſummus, *tempora animo tenere, et numeros, modoſque, ad aurium ſenſum exigere, idque, quod mente ſemel conceperat, ſchema per totum carmen ante oculos habere.* Conf. Quinctil. 9, 4. 53. Geſn. et Horatius epod. 14, 11. ſ. Caeterum deſcripta fuere Anacreontis carmina in *libros quinque,* auctore Crinagora in epigrammate, quod cum aliorum poëtarum in Anacreonta epigrammatis edidimus n. 19., poſt ipſa poëtae epigrammata. Et *ſecundus* quidem eorum liber memoratur ab Ammonio v. διαβόητος, ab Etymol. M. v. μῦθος, et v. σινάμωροι, indeque a Phauorino v. σινάμωροι, et ab Athen. 15, 3. p. 671. E: ſed *tertius* ab Porphyrione, ſcholiaſta Horatii, ad 1. od. 27, 1., a Photio in Lex. MS. v Ταντάλου τάλαντα· vid. Albertius ad calcem Gloſſar. N. T. p. 324.: a Suida v. τὰ Ταντάλου ταντελίζεται· et ab Apoſtolio Paroemm. 18, 14.

ODE I.

1. Materiam epicam. Vid. od. 16. B. Scilicet per Ἀτρείδας ſignificatur *bellum Troianum:* cuius belli ſumma data erat *Menelao,* et *Agamemnoni,* Atrei, regis Mycenenſium, filiis: vid. Herodo. V. Hom. 38.: qui etiam a Pindaro Olympionn. 9, 107., a Sophocle Aiac. 97., et Theocrito Idyl. 17, 118., dicuntur Ἀτρεῖδαι ab Aeſchylo Agam. 60. Ἀτρέως παῖδες· coll. v. 42. 44.: a Sophocle Aiac. 57. διςςοὶ Ἀτρεῖδαι v. 253. δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι v. 979. ſ. διπλοῖ βασιλέες Ἀτρεῖδαι Philoctet. 264. coll. v. 313. 320. οἱ διςςοὶ ςρατηγοί v. 1019. ſ. οἱ Ἀτρέως διπλοῖ ςρα-

στρατηγοὶ v. 1347. οἱ Ἀτρέως παῖδες. Horatius 2. od. 4, 7. Agamemnonem vocat ſimpliciter *Atriden*, vt Ouidius Menelaum herr. ep. 5, 101. *minorem Atriden*. Conſtat autem, etiam Homeri carmina ad fides eſſe cantata: vid., praeter odar. 48, 1. ſ., Sextus Empir. c. mathematt. 6. p. 360. et Timomachus ap. Athen. 14, 10. p. 638. A: omninoque heroum facta, et laudes. vid. Homer. Il. ι, 189. Horat. 1. od. 12, 1. ſ. Sed per Κάδμον, Cadmeae, Boeotiae vrbis, conditorem, ſignificatur *bellum Thebanum*, quod geſtum eſt ab Polynice, Oedipi, regis Thebanorum, filio, contra Eteoclen fratrem, fere annis 37. ante bellum Troianum. vid. Euſeb. chronn. 2. p. 90. 92. Scal. Quo quidem reſpexere etiam Iſocrates Euag. p. 448. Volf. et Ouid. Amorr. 3, 12. 15.: vbi v. Burmanus. add. Heſiod. Ἔργ. 162. ſſ. Caeterum λέγειν idem eſt, quod ᾄδειν, vt odar. 16, 1. 53, 29.: quemadmodum Latini poëtae *dicere* ponunt pro *canere*: v. Brucuſius ad Tibul. 2, 1. 54. et Vrſinus Virgil. illuſtr. p. 47. Valqu. Sic εἰπεῖν legitur odar. 54, 12.: atque λόγοι odar. 62, 4. et fragm. 1, 33. ſunt *carmina*. Nam ᾄδειν, quod verbum ab interprete Graeco Dionyſii Perieg. ad v. 1. explicatur verbis ποιητικῶς λέγειν, καὶ διηγεῖσθαι, poëtis ita proprium eſt, vt ipſi dicantur ἀοιδοὶ, vel ἀοιδοπόλοι, vel στιχαοιδοὶ, atque adeo carmina eorum ἀοιδαὶ, a Theocrito Idyl. 17, 2. 6. 115. 22, 218. 223. Anthol. 1, 67. 19. 3, 25. 38. 65. 73. 74. 4, 4. 19. 4, 31. 4. Vid. Strabo 1. p. 18. Caſ. et Euſtathius ad Il. α p. 9. Rom. Et δὲ vim particulae καὶ, vel τὲ, habet, vt odar. 4, 14. ſ. 19, 2. ſſ. 22, 3. 26, 6. 54, 14., aliiſque in locis. vid. Boſius Animaduerſſ. p. 75. Sic Pindarus Olympionn. 1, 114. dixit ἄγχι δ' ἐλθὼν vbi ſcholiaſtes notauit haec, ἀντὶ τῷ τε τὸ δὲ παρέλαβεν. Caeterum contulit cum hoc loco verba Galli Vibii, *Amorem deſcribere volo*, ap. Senecam controuu. 2, 9. p. 160. To. 3. Gron. Schottus in notis ad iſtum locum p. 592.: Vrſinus Virg. illuſtr. p. 54. locum Virgilii ecl. 6, 3.: et Lambinus verba Horatii 1. od. 6, 13. ſſ. in notis ad hunc poëtae Venuſini locum.

3. Anacreon εὐφημίας χάριν vtitur Doriſmo, quo ſaepius recurrat idem ſonus. Theocritus nonnunquam Doricam vitat vocalem, κακοφωνίας fuga, vt in iſto [1, 129.]: Ἐκ κηρῶ σύριγγα καλὰν περὶ χεῖλος ἑλικτάν. [At Valquenarius ibi e cod. Florent. reſcripſit ἐκ καρῶ]. Quin et Anacreon πλατειασμῷ gaudet in Ioniſmo ad fines verſuum, quo hilaris, et ſonorus, videatur. Barneſius igitur minus litauit Muſis repoſito Ionico articulo. Erat autem *barbitos*, auctore Horatii interprete, *lyra maior ſeptichordis eburnea*. B. Ad. 1. od. 1, 34. Euphorio ap. Athen. 4, 25. p. 182. F, Τὸν γὰρ βάρμον [14, 9. p. 636. C legitur βάρμον], καὶ βάρβιτον, ὧν Σαπφὼ, καὶ Ἀνακρέων, μνημονεύουσι, καὶ τὴν μάγαδιν, καὶ τὰ τρίγωνα, καὶ τὰς σαμβύκας, ἀρχαῖα εἶναι. Auctor eius, et inuentor, dicitur ab aliis ipſe Anacreon: v. Neanthes Cyzicenus ap. Athen. 4, 23. p. 175. F: ab aliis Melpomene Muſa: v. Anthol. 1, 67. 22.: ab aliis Polyhymnia: v. Horat. 1. od. 1. extr. et ſchol. Apol. Rhod. ad 3, 1.: a Pindaro Terpander. v. Athen. 14, 9. p. 635. D. Conf. Begerus theſ. Brandeb. p. 577. To. 2. Primum autem ad barbiton carmen compoſuiſſe fertur Alcaeus. vid. Horat. 1. od. 32, 4. ſ. A Theocrito Idyl. 16, 45. vocatur βάρβιτον πολύχορδον. Sed a Dionyſ. Halic. Archaeol. R. 7. p. 476. Lipſ. λύραι ἑπτάχορδοι ἐλεφαντίναι ab τοῖς λεγομένοις βαρβίτοις diſtinguuntur. Nam putatur vocabulum eſſe barbarum, non Graecum, vt auctor Etymol. M. praecipit, h. e. Phrygium, aut Perſicum. vid. Strabo 10. p. 471. Caſ.: Relandus diſſert. de reliquiis vet. ling. Perſ. h. v. p. 145. ſ. To. 2.: et Valius ad

h. l.

h. l. p. 225. ff. Dicitur autem, non tantum ἡ βάρβιτος, ſed etiam ὁ βάρβιτος, et τὸ βάρβιτον vid. odar. 9, 34.: quo in genere poëtae Latini Graecos imitati inueniuntur. vid. Horat. 1. od. 1, 34. 1. od. 32, 4. ſ. Ouid. herr. ep. 15, 8. Et vt nomen βάρβιτος legitur v. 6. 8. 11., vt odar. 48, 1. 7., nomine λύρα commutatum: ita etiam in epigrammatis Antipatri, aliorumque poëtarum, in Anacreontem nominibus βάρβιτος, λύρα, χέλυς, vnum, idemque, organon ſignificatur. vid. epigr. 1, 7. 3, 10. 5, 2. 11, 8. 12, 5. 13, 6. Caeterum nomine χορδαὶ, quo proprie *inteſtina tenuia quadrupedum*, maximeque *ouicularum*, indicantur: vid. ſchol. Ariſtoph. ad Equitt. 214., cuius verba in Lexicon ſuum tranſtulit Phauorinus v. χορδαί· hoc loco *fides* declarantur, fila, quae etiam tum ex inteſtinis ouicularum ſiccatis, contortiſque, fieri ſolebant. vid. Hom. Odyſ. φ΄, 407. ſ., h. in Merc. 51. et Anthol. 1, 46. 9. 11. ſ. Conf. Antigonus Caryſt. hiſt. mirabb. c. 7. Gloſſ. vett. Χορδὴ, τὸ ἔντερον, *Chorda, tendicula.* Χορδὴ, ἡ νευρὰ, *Fides, chorda.* Χορδαὶ λύρας *Fides.* add. Pollux 4, 62. Paulo poſt v. 5. vocantur νεῦρα, vt ab Horatio 3. od. 11, 4. *nerui.* Gloſſ. vett. Νεῦρα, τὰ τῆς κιθάρας, *Fides.* Proprie enim νεῦρα, *nerui*, ſunt vincula, et firmamenta, membrorum. vid. Gellius NN. AA. 13, 22.

4. H. e. *carmina erotica, amatoria, canit: modos reddit carminibus eroticis, amatoriis, aptos,* vt v. 9. Ἔρωτας ἀντεφώνει, et v. 12. Ἔρωτας ᾄδει· quod fragm. 2, 11. ſ. dicitur ἀείδειν ἐρωτικὰς ἀοιδάς. Nam carmina erotica, fieri non poteſt, quin Cupidinis laudes attingant: et ᾄδειν v. 12. ipſi lyrae tribuitur, quia hoc verbum, vt Lat. *canere*, ſignificat omnino *ſonos dare modulatos.* Sic Horat. 3. od. 11, 7. dixit, *Dic modos* [teſtudo]: ſed 1. od. 32, 3. ſ. *age, dic Latinum, Barbite, carmen:* quem Horatii locum contulit cum iſtis Anacreontis locis Tollius animaduerſſ. ad Longin. p. 364.

5. Aduertendum, veteres, pro diuerſa materia carminis, immutaſſe ſibi fidiculas. Hinc et inferius [odar. 48.], Δότε μοι λύρην Ὁμήρου Φονίης ἄνευθε χορδῆς. Hoc equidem adnotaueram ante Barneſium. B. Heſychius, et ex eo Phauorinus: Ἤμειψα· ἤλλαξα. Gloſſ. vett. Πρώην *Nuper, olim, ante.* – cf. Bion. II, 11. H. ξ. 235. Heſych.

6. H. e. *reliquum apparatum, et ornatum, lyrae,* qui quidem moueri, et mutari, poterat, *omnino omnem*, velut verticillos, pectinem, ponticulum.

7. Eadem forma dicitur ἄεθλος de verbo ἄω *balo*, qua et γενέθλη et ſimilia alia. Certantium enim anhelare eſt. B. Etiam *Herculis labores* laudantur, vt argumentum carminis heroici, et epici. Canuntur a Lucretio 5, 24. ff., et Anthol. 4, 8. 5. 6. 7., et a Sophocle Trachinn. 109[illegible]. ff.: quem eius locum Latine vertit Cicero Tuſc. 2, 9.: et Anthol. Lat. Burman. 1. 42. et 43. To. 1. Dicuntur ab antiquis ſcriptoribus ſere ἆθλοι, vt ab Heſiodo Θεογ. 951. Ἀσπ. 94. 127. vid. Dio Chryſ. orat. 8. p. 136. A Morel. Sed Sophocles hoc in genere vſus eſt nominibus ἀγῶνες, et πόνοι, Trachinn. 162. 174., atque Clemens Alex. Protr. p. 40. D C[illegible], vt Pauſanias 5, 10. p. 400., nomine ἔργα. Conf. index Palaeph. v. Ἡρακλῆς. Claud. Rapt. 1

10. Χαίροιτε *valeatis, valete:* vt Anthol. 2, 10. 11. 1. 2, 47. 15. 5. Heſychius: Χαίρειν — ἐστὶ δὲ καὶ τῶν ἀπαλλασσομένων προσαγόρευσις. vid. Hom. Odyſ. ο΄, 151. Triclinius ad Sophocl. Electr. 1498. εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ ἔσθ᾽ ὅτε τὰ προστακτικὰ εὐκτικῶς φέρειν· vt ἔλθοις Theocr. 10, 27, 15.

Philoct. 828.: ὄλοισθε ibid. 1278.: σώζοισθε Anthol. 3, 22. 7.: χαίροις Anthol. 3, 12. 47. Sic Ouid. Amorr. 2, 1. 35. ſ. *Heroum clara valete Nomina.* Λοιπὸν eſt *iam, poſthac, deinceps.* Phauorinus, neſciebam vnde: Λοιπὸν, — ἀντὶ τοῦ διὰ τοῦτο, καὶ ἀντὶ ἀπὸ τοῦ νῦν. Gloſſ. vett. Λοιπὸν, ἐπίῤῥημα, *Poſtſecus, iam.* Ἐκ τοῦ λοιποῦ *Deinceps.* Atque ſic τὸ λοιπὸν extat odar. 28, 29.: Matth. 26, 45. et Marc. 14, 41. καθεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε. add. Xen. Cyrop. 2, 3. 11. 7, 2. 8. 8, 3. 10. 8, 5. 12. Sophocl. Philoct. 460. Eurip. Alceſt. 1148. Ariſtoph. Plut. 321. Theocrit Idyl. 21, 59. Sophocles autem coniunxit fere particulas τὸ λοιπὸν ἤδη· vid. Trachinn. 171. 931. Philoct. 454.: et grammatici veteres, non ſolum adu. τὸ λοιπὸν explicarunt verbis εἰς τὸ ἑξῆς, vt ſchol. Doruil. ad Ariſt. Plut. 780., ſed etiam particulas ἤδη, νῦν, οὐκοῦν, interpretati ſunt particula λοιπὸν, vt Suidas v. ἤδη, et ſchol. Doruil. Ariſt. ad Plut. 919. 976. Anacreontis igitur verba Latine verti poſſe videntur, *valete iam, valete igitur, nobis heroës.*

12. Suauiter Anacreon vſus eſt παρομοίῳ in vocibus Ἥρωες, atque Ἔρωτας. nam heroum genus, prodente Heſiodo [Ἔργ. 156. ſſ.], in bello Troiano, atque Thebano, conſumtum eſt. Bene igitur poëta ſubiecit Ἥρωες, cum ante meminiſſet Atridarum, Cadmi, atque Herculis. B. Heſychius: Ἥρωες· οἱ διαφέροντες ἀρετῇ, ἡμίθεοι, ἄνδρες γενναῖοι. Gloſſ. vett. Ἥρως *Vir fortis.* Scilicet ἥρωες dicti ſunt, primum *ſemidei:* v. Heſiod. Ἔργ. 159. ſ. Plato Cratyl. 16.: deinde *viri, vt nobilitate generis, ita ſapientiae, fortitudiniſque, magnitudine, et copia, excellentes.* Sic Homerus vocatur ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτωρ, et ἡρώων κάρυξ ἀρετῆς, Anthol. 3, 25. 3. 6. Caeterum per Ἔρωτας intell. Venus cum comitibus ſuis, h. e. Cupidine, Ἔρωτι, et Ioco, Ἱμέρῳ v. Heſiod. Θεογ. 195. ſſ.: quorum deorum laudes complectuntur fere carmina amatoria. Hinc *lyra* vocatur, et *iocoſa*, et *imbellis.* v. Horat. 3. od. 3, 69. et 1, 6. 10. Ait igitur poëta, ſe, abiecto ſtudio pangendi carmina heroica, cui ſe natura ineptum eſſe videat, operam omnem ponere in componendis carminibus eroticis velle. Tribuit enim lyrae id, quod ſibi, ſuorumque carminum modis, tribuere debebat. Quapropter Ouid. Amorr. 2, 1. 36. ſſ. expreſſit v. 12. ſic, *non apta eſt gratia veſtra mihi. Ad mea formoſae vultus adhibete puellae Carmina, purpureus quae mihi dictat Amor.* Caeterum metrum huius odarii eſt metrum iambicum dimetrum catalecticum.

Β΄ ΕΙΣ

Β′ ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ *

Φύσις κέρατα ταύροις,
Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις·
Ποδωκίην λαγωοῖς·
Λέουσι χάσμ' ὀδόντων·
Τοῖς ἰχθύσι τὸ νηκτόν·
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι·
Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα.
Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν.
Τί οὖν δίδωσι; κάλλος·
Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,
Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.
Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον,
Καὶ πῦρ, καλή τις οὖσα.

VARIETAS LECTIONIS

* *ἄλλο ἐρωτικὸν cod. Vatic.: in quo codice hoc odarium eſt quartum, et viceſimum, p. 682.* 3. *ποδοκίην cod. Vat.* 5. *ἰχθοῖσι cod. Vat. ἰχθύσιν Stephan.* 1. *Barn. Lam. Met.* 1. 2. *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Stroth. Deg.* 1. 2. *Holſt. Parm. Brig. Born. recte. τὸ νηκτὸν cod. Vat.* 7. *ἀνδράσιν cod. Vat. Barn. Lam. Arg.* 1. 2. *Brig. Born.* 8. *οὐκέτ' cod. Vat. οὐκ ἔτ' ἄχεν; Val. p.* 121. *Deg.* 2. *e coni. Heſqu. ad Bion. fragm.* 7, 1. *οὐκ ἐπεῖχεν; Barn. a.* 1721. *e coni. Dauiſ. ad Cic. N. DD.* 2, 47., *probante Zeun. p.* 3. *ſ. οὐκέτ' εἶχεν, τί ἂν δίδωσι coni. Lennep. ad Coluth. p.* 107. *ἄχε. Flaid.* 10. *ἀπασίων Barn.*

ANNOTATIONES

ODE II

1. Penultima vocis *κέρατα* producitur etiam ab Orpheo apud Proclum [fragm. 6, 24.], hoc verſu, Ταύρεια δ' ἀμφοτέρωθε δύο χρύσεια κέρατα. Nihil habet, quod hic dicat Barneſius, et tamen quatit cymbalum.

balum. *Baxter*, inquit ille, *in sua Anacreontis editione testatur, penultimam vocis κέρατα ab Orpheo apud Proclum produci. Notandum vero, quod recte producatur, quandoquidem per contractum ex κεράατα fiat.* Fugit illum vera ratio; communes scilicet vocales α, ι, υ, vetustis fuisse in plerisque vocabulis communi tempore. Neque enim absurde Homerus [Il. έ, 31.] posuit Ἆρες, Ἄρες, sicuti neque Theocritus [Idyl. 6, 19.] τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Quis vnquam legit κεράας, κεράατος, vel altero numero κεράατα; B. At v. Arnaldus lectt. Grr. p. 216. Caeterum certum est, α in secunda syllaba vocabuli κέρατα per se longum esse. id quod apparet, cum ex Eurip. Bacch. 909. et Oppian. Cynegg. 2, 95. 489.: tum ex iis locis, quibus κεράατα legitur. nam in iis medium α breue est. v. Oppian. Cynegg. 2, 494. Sic vero apparet, Brunequium sine caussa iussisse scribi κερᾶτα. Illustrauit hoc odarium, quod Franc. Robortellio, et Pauo, alium quemuis, quam Anacreonta, auctorem habere videbatur, peculiari libello Henr. Adolph. Grimius, edito Duisburgi A. C. 1778. 4., post Barnesium praelectt. Homerr. 10. p. 69.: et partem eius alteram contulit cum locis Galeni de partt. corp. hum. 1. p. 367. To. 1. Bas., et Lactantii de opif. dei c. 2, 3. ff., Iac. Nicol. Loënsis miscell. epiphyll. 9, 14. p. 663. f. thes. Grut. supplem. To. 5., atque post eum Flaiderus p. 214. f.: sed recte poterant locis illis adiungere etiam hos, Lactant. institutt. 3, 23. 9., Minuc. Felicis Octau. 17., Cic. N. DD. 2, 50., et Xen. Cyrop. 2, 3. 5. - φυσις cf. Phocyl. 117 sq. Opp. Hal. V, 94.

2. Apollonius Lex. Hom. p. 560. Μώνυχας· μονώνυχας· ἐπεὶ ἡ ὁπλὴ τοῦ ἵππου ὥσπερ ὄνυξ ἐστίν· οἱ γὰρ βόες χηλὰς ἔχουσιν. Suidas: Ὁπλή· ὁ κυκλοειδὴς ποὺς τῶν κτηνῶν, οἷον βοῶν, προβάτων, καὶ τῶν λοιπῶν, τῶν ἐχόντων μικροὺς ὄνυχας ἐν τοῖς τῶν ποδῶν ὀπισθίοις· κυρίως δὲ ἐπὶ ἵππων. Ἀριστοφάνης δὲ ἐπὶ τῶν χοίρων ὁπλὴν εἴρηκε [Acharnn. 740.]. καὶ Σιμωνίδης, Ὁπλὰς ἐκίνει δὴ ὀπισθίων ποδῶν [v. Vrsinus fragmm. lyricc. p. 176.]. καὶ Ἡσίοδος ἐπὶ βοῶν ὁπλὰς [Ἔργ. 489.], καὶ τὸ ἐναντίον ἐπὶ ἵππου, Νύσσοντες χηλῇσιν [Ἀσπ. 62.]. Sunt verba schol. Aristophanis ad Acharnn. d. l. Hesychius: Ὁπλαί· αἱ — ὄνυχες ἵππων, καὶ ἑτέρων κτηνῶν. Sic ὁπλὰ de tauro legitur ap. Theocrit. Idyl. 4, 36., et ὁπλαὶ de bubus h. in Merc. 77., sed χηλαὶ de equis ap. Eurip. Phoenn. 42.

3. Hesychius: Ποδωκείῃ· τῇ τῶν ποδῶν ταχυτῆτι. Videtur glossa sumta esse ex Hom. Il. β', 792., ita, vt grammaticus pro ποδωκείῃσι perperam, et repugnante metro, legerit ποδωκείῃ.

4. Χάσμ' ὀδόντων est *hiatus* Sil. Ital. 3, 34. Lucan. 1, 209. Lucret. 5, 24.: quoniam munitus est dentibus. vnde leo Nemeaeus dicitur χανὼν ὑποδεῖξαι ὀδόντας ap. Theocr. Idyl. 25, 234. Ab Apollod. biblioth. 2, 4. 10. vocatur simpliciter τὸ χάσμα· sed ab Alcaeo Anthol. 1, 33. 29. 4. χάσμα φάρυγος, vt *lupi hiatus* ap. Long. Pastorall. 1, 9. p. 58. τοῦ στόματος τὸ χάσμα. v. Bochartius hieroz. 1, 3. 2. p. 732. f. To. 1. et Salmasius ad Tertul. Pallium p. 298.

5. Τὸ νηκτὸν est *facultas natandi.* vnde etiam *aquatilia* dicuntur νηκτά. Hesychius: Νηκτά· τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, τὰ ἔνυδρα, παρὰ τὸ νήχεσθαι, ὅ ἐστι κολυμβᾶν, πλέειν. Suidas: Νηκτά· ἔνυδρα, κολυμβητά. Phauorinus: Νηκτά· κολυμβητά, ἔνυδρα. v. Sap. 19, 19. Sed hac natandi facultate pisces se ita tuentur, vt capi temere ne possint.

6. Πέ-

6. Πέτασθαι [vid. ad odar. 9, 2.] est *facultas volandi.* nam infinitiui ſimpliciter, omiſſo articulo, ita ponuntur, vt vim nominum habeant: vt 23, 4. 10. θανεῖν. add. Eurip. Phoenn. 613.: vbi v. ſchol. Baroc. Euſtath. ad Il. α´, 259. p. 99. 34. Rom. Ὅρα δὲ καί, ὅτι ἐν τῷ, πέρι δ᾽ ἐστὲ μάχεσθαι, συγκροτεῖν ὁ ποιητὴς δοκεῖ τοὺς λέγοντας, τὰ ἀπαρέμφατα ῥημάτων εἶναι ὀνόματα. Τὸ γὰρ μάχεσθαι δίχα ἄρθρου ληφθὲν ταὐτόν ἐστι τῇ μάχῃ· λέγει γάρ, ὅτι περίεστε βουλῇ, καὶ μάχεσθαι, ἤγουν τῇ μάχῃ. Sic βιῶναι Il. ν´, 174. eſt *vita*, quum referatur ad ὄλεθρον, et θανεῖν. v. Boſius Animaduerſſ. p. 79. ſ. et Hemſterhuſius ad Ariſtoph. Plut. 1151. p. 442. Hebraei enim infinitiuos verborum ſimpliciter ponunt ita, vt vim nominum habeant. vid. Numerr. 6, 6. Hoſ. 4, 2. Sed hos quin Graeci hoc quoque in genere, tanquam duces, ſequuti ſint, quis dubitet?

7. Vox φρόνημα de *animis*, ſeu *virtute bellica*, prorſus accipienda videtur, ſecus, ac putauit Henr. Stephanus, qui *prudentiam* vertit. [Haec enim φρόνησις dicitur, non φρόνημα. v. Cic. Off. 1, 43.]. *Hic recte Baxter*, inquit Barneſius perquam humaniter, cum nullum ſuppeteret effugium, vel anſa rixandi. B. Scilicet φρόνημα accipi, vt opinor, debet de *animo* [τόλμη, *Muth*: v. Xen. Cyrop. 2, 1. 5. 7. 5, 2. 15. coll. 2, 1. 6. et Aeſchyl. Choëphph. 494. et ibi Abreſchius p. 448. To. 1.] *coniuncto cum facultate*, *et ſolertia*, *tractandi arma*, *et iis vtendi commode*, ad ſe defendendum. Nam, et verba ἀντ᾽ ἀσπίδων, atque ἀντ᾽ ἐγχέων, mentem lectoris eo ducunt, et ipſius odarii argumentum. Enumerat enim poëta bona, et dotes, quibus animantes inſtructae extrinſecus ſuum quaeque corpus tueatur, et defendat ab impetibus externis.

8. Senſus eſt, *natura non habuit*, *quod mulierculis daret*, *munimentum ſimile*, quo a ſe, a corporibus ſuis, defenderent impetus externos. Strothius in Chreſtom. p. 240. arbitrabatur, intellegi debere verba διδόναι τι· immo ego puto, omiſſa eſſe verba τοιοῦτό τι, quum ἔχειν τινί τι per ſe ſignificare poſſit *habere aliquid*, *quod alicui des*. Qui vero cum Heſquinio notam interrogationis poni poſt verbum εἶχεν iubent, vt Metarius, aliique, ii putant deeſſe ante verba τί οὖν δίδωσι; quae, vt verba γυν. οὐκ ἔτ᾽ εἶχεν; interrogationem amici poëtae contineant, reſponſionem, quam poëta nutu expreſſerit. Haec tamen ratio haud ſcio, an ab ingenio talis odarii abhorreat. Certe non neceſſe eſt, vt legatur οὐκ ἐπεῖχεν; cum Dauiſio ad Cic. N.DD. 2, 47., qui ipſe quidem locum ita interpretatus eſt, *Nullamne curam geſſit mulierum? Quid igitur iis impertit? Formam:* ſed Zeunius, approbator ſententiae Dauiſii, iſta tum per occupationem dicta eſſe putabat p. 3. ſ., explicandaque ſic, *Quid? annon potius* φρόνημα, h.e. *dolum*, *fraudem*, *calliditatem*, *tribuit mulieribus*, *quarum aſtutiam homines tantopere celebrant? Scire igitur aueo*, *quid illius loco dederit?* At vterque ille verbi ἐπέχειν vſus nouus eſſe, atque inſolens, videtur, omninoque vereor, ne talis orationis conformatio aliena ſit a natiuo, neque quaeſito, lepore horum odariorum. Quae quidem ipſa reprehenſio cadit in coniecturam Lennepii, qui animaduerſſ. ad Coluth. p. 107. ſ. poëtam ſcripſiſſe putabat, οὐκέτ᾽ αἶχεν, Τί ἂν δίδωσι, vt κάλλος, ἀντ᾽ ἀσπ. eſſent verba Naturae, atque adeo κάλλος penderet a verbo δώσω, vel δίδωμι, et εἶχεν valeret idem, quod ᾔδει. At haec emendatio ſcilicet etiam leges linguae violat, quae ſcribi vetant τί ἂν δίδωσι, immo dici iubent τί διδῷη, vel potius διδοίη, quum imperf. praecedat. Conf. Hindenburgii animaduerſſ. ad Muſae. p. 17.

10. Barnesius edidit de suo, affectato Ionismo, *ἀπκαίων*, cum sciret, veteribus misceri dialectos. B. Ἔγχος *hasta*, et ἀσπὶς *clypeus*, coniunguntur etiam a Theocrito Idyl. 22, 4. Hesychius: Ἔγχος· ἐγχειρίδιον, δόρυ.

12. Quippe vim habet expugnandi maiorem. B. Sensus est, *pulchritudo a mulierculis defendit adeo* [καὶ] *ferrum hostile, et ignem: pulchritudo mulierculas tutas praestat etiam a telis hostium saeuissimis, maximeque exitiabilibus.* Ostendit enim poëta, pulchritudinem esse munimentum muliercularum proprium ad propulsandos impetus externos, idque maximum, et certissimum: neque dubitandum videtur, quin respexerit ad tela ignita, et feruefacta, *βέλη πυρφόρα* s. *πεπυρωμένα*· de quibus vid. index Palaephat. v. *πυρπολεῖν.* Sed hostium etiam immanissimorum animi amore feminarum formosularum ita incenduntur, atque adeo inflammantur, vt saluti earum, vitaeque, parcant. Conf. Barthius ad Claudian. p. 779. et Villoison. ad Longi Pastorr. p. 93. Caeterum versus huius quoque odarii sunt iambei dimetri catalectici.

Γ' ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις,
Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου·
Μερόπων δὲ φῦλα πάντα
Κέαται, κόπῳ δαμέντα·
Τότ' Ἔρως ἐπισταθείς μευ
Θυρέων ἔκοπτ' ὀχῆας.
Τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
Κατά μευ σχίσεις ὀνείρους;
Ὁ δ' Ἔρως, ἄνοιγε, φησί·
Βρέφος εἰμὶ, μὴ φόβησαι·
Βρέχομαι δὲ, κἀσέληνον
Κατὰ νύκτα πεπλάνημαι.
Ἐλέησα ταῦτ' ἀκούσας,
Ἀνὰ δ' εὐθὺ λύχνον ἅψας
Ἀνέῳξα· καὶ βρέφος μὲν
Ἐσορῶ, φέροντα τόξον,
Πτέρυγάς τε, καὶ φαρέτρην.
Παρὰ δ' ἱστίην καθίξας
Παλάμαισι χεῖρας αὐτοῦ
Ἀνέθαλπον, ἐκ δὲ χαίτης
Ἀπέθλιβον ὑγρὸν ὕδωρ.
Ὁ δ', ἐπεὶ κρύος μεθῆκε,
Φέρε, φησὶ, πειράσωμεν
Τόδε τόξον, ἔς τί μοι νῦν
Βλάβεται βραχεῖσα νευρή.
Τανύει δὲ, καί με τύπτει
Μέσον ἧπαρ, ὥσπερ οἶστρος·
Ἀνὰ δ' ἅλλεται καχάζων·
Ξένε δ', εἶπε, συγχάρηθι·
Κέρας ἀβλαβὲς μέν ἐστι·
Σὺ δὲ καρδίην πονήσεις.

VARIETAS LECTIONIS

* *ἄλλο m. cod. Vat. p. 684.: in quo cod. hoc odarium eſt odar. primum, et triceſimum.* 1. *πότ᾽ cod. Vat. ποτ᾽ ἐν ὥραις Vrſin. Virg. illuſtr. p. 341., repugnante metro.* 2. *στρεφέτην ὅτ᾽ ἄρκτοι cod. Vatic., auctore Barneſio: cui non debebat fidem habere Brunequ. Argent. 1. p. 98. Nam Doruillius iam ad Charit. p. 101. inde recte laudauit ἄρκτος, pro quo ait praeſtare legi ἄρκτω, ſi quid mutandum ſit: ſed praeſens στρέφεται retinendum cenſet, quod ſequatur idem tempus κέαται. Scilicet articulus τὴν v. 3. peperiſſe videtur ſcripturam στρεφέτην, ad quem oculi librarii, ſcriptis ſyllabis στρεφέ, aberrarint.* 3. *Βοώτεω Barn. Lam. Eadem varietas eſt odar. 17, 11. in libris antiquis.* 5. *κόπωι cod. Vatic.* 6. *ἐπιστάθεὶς μεῦ cod. Vat. Pro μευ hic, et v. 9., Pau. reſcribi iubebat μευ.* 7. *θυράων cod. Vatic., repugnante etiam metro, non tantum forma caſus Dorica, quum ſyllaba ρα longa ſit.* 9. *κατα μεῦ σχίζεις cod. Vatic., repugnante metro. σχίσας coni Barn., probante Zeunio p. 4. ἀράσσει κατά μευ σχίσας ὀνείρους; Trap. e coni. Barn. ὀνείρους. Steph., aliique omnes.* 10. *φησὶν cod. Vat.* 11. *φοβῆσαι cod. Vat. male.* 17. *φέρον δὲ coni. Steph., probante Zeunio p. 5., quod praecedat μὲν, non item Valperga p. 83.* 19. *ἐστίην καθί[σ]ας cod. Vat. ἐστίην Brunequ. ἐστίην καθίσσας Barn. ἐστίην καθίσας Steph. Mor. Lubin. Met. 1. 2. Parm. Lam. ἐστίην καθίσσας Steph. 2. Chreſtom. Steph. Comel. ἐστίην καθίσας Fab. Macrop.* 20. *παλάμαις τε/καὶ cod. Vatic.* 24. *πειράσωμεν/αι cod. Vatic.* 25. *ἔτι μοι cod. Vat. ἐστί μοι Steph. 1. 2. Chreſtom. Steph. Mor. Comel. Lub. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Parm.: quod probauit Addiſonius, ita, vt poſt νευρὴ poneretur nota interrogationis. εἴ τι Flaid. Barn. Lam. Holſt. Val. Deg. 2., e coni. Steph., prob. Pauo. Valperga ἐς τί, et εἴ τι, aeque rectum eſſe putabat: ſed ἐς τί praeferunt, praeter alios, Ioh. Gerh. Meierus in ep. ad Ioh. Alb. Fabricium, in huius Vita p. 298. et Furmont. Commentarr. Acad. inſcriptt. Par. p. 106. To. 3. et Villoiſon. ad Apollon. Lex. Hom. p. 243. Faber ait, ſe malle legere, εἰ τοῦδε τόξου μοι νῦν, ſi quidem ita legere, per metri leges, liceat.* 30. *συ .... χάρηθι cod. Vat.* 31. *μὲν ἐμοὶ cod. Vat.* 32. *καρδίαν cod. Vatic. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2.*

ANNOTATIONES

ODE III

1. Si hoc odarium ab Anacreonte profectum eſt: ὥραις accipi debet pro ὥρᾳ· vt apud Himerium orat. 1, 19. p. 360. Vernſd. ἠρειναῖς ὥραις, et orat. 5, 8. p. 484. ἐν ἠρειναῖς ὥραις, dictum eſt pro ἠρινῇ ὥρᾳ· quum ſcriptores horum temporum nomine ὥρα non reperiantur vſi eſſe de parte noctis, et diei, duodecima: vid. Proluſ. de vitiis Lexx. N. T. 4,

2,

2. p. 102. f.: frustra dissentiente Menagio ad Laërt. 2, 1. p. 71. Meib.: ita, vt μεσονυκτίοις ὥραις idem sit, quod ἐν μέσῳ νυκτῶν ap. Xen. Cyrop. 5, 3. 19.: περὶ μέσας νύκτας ibid. 4, 5. 7.: μέσης νυκτὸς Matth. 25, 6.: κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς Act. 27, 27.: κατὰ τὸ μεσονύκτιον ap. Theocrit. Idyll. 13, 69. Nam μεσονύκτιος est vocabulum ποιητικὸν, non πολιτικὸν, auctore Phrynicho Eclogg. p. 16. Pau., cuius verbis Phauorinus Lexicon suum auxit; neque dissentiente Thoma Magistro h. v. p. 609. Caeterum contulit cum hoc loco locum Virgilii Aen. 4, 522. f. *Nox erat, et placidum carpebant fessa soporem Corpora per terras*, Vrsinus Virg. illustr. p. 341.

2. Theocritus Idyl. 24, 11. Ἆμος δὲ στρέφεται μεσονύκτιον ἐς δύσιν Ἄρκτος. Verbum στρέφεται legitur de eodem sidere ap. Hom. Il. σ', 488. et Odyss. ε', 274.: vt *verti ab axe suo* ap. Ouid. Tristt. 1, 3. 48.: et *vertere axes* ap. Lucan. 2, 237. Conf. Ciofanius ad Ouid. Metamm. 10, 446. Nam Ἄρκτος, *vrsa maior*, quae etiam a Latinis *vrsa* simpliciter vocatur: v. Sueton. Octau. 80.: vertit se, media nocte, ad occasum. Aliis vocabulis appellatur Ἅμαξα· vid. odar. 17, 8. Hom. Il. σ', 487. et Odyss. ε', 273.: qui posterior locus laudatur a Pausan. 8, 3. extr.: et Ἑλίκη· vid. Aratus Phaenomm. 91. et Cic. N. DD. 2, 41. Eratosthenes Καταστερ. c. 1. hoc sidus constare ait stellis quatuor, et viginti: Hyginus poët. astronom. 3, 1. p. 419. Muncqu. stellis viginti, et vna: sed alii tribuunt eidem stellas septem, quippe quae sint omnium clarissimae: vid. Cic. N. DD. 1, 41.: ita, vt Latini veteres illud dixerint *septentriones*. vid. Gellius 2, 21. Et quia vrsa minor, a Graecis Cynosura dicta [Cic. N. DD. 2, 41.], quam Thales Milesius fertur omnium primus obseruasse: vid. schol. ad Il. σ', 487.: ipsa quoque septem continetur stellis: vid. Eratosth. Καταστερ. c. 2.: propterea vtrumque sidus a Clem. Alex. Strom. 6. p. 685. B Colon. vocatur ἑπτάστεροι ἄρκτοι. Βοώτης est sidus pone vrsam maiorem: v. Plinius H. N. 2, 41. et Varro L. L. 6, 4.: quod alio vocabulo appellatur Ἀρκτοφύλαξ, etiam Ἀρκτοῦρος. vid. Euseb. P. E. 11, 7. p. 522. Colon., schol. ad Hom. Odyss. ε', 272., et Harpocratio v. Ἀρκτοῦρος, coll. schol. Apollon. Rhod. ad 2, 1100. Aratus Phaenomm. 91. f. Ἐξόπιθεν δ' Ἑλίκης φέρεται ἐλάοντι ἐοικὼς Ἀρκτοφύλαξ, τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι Βοώτην. vid. ad odar. 17, 11.

3. Barnesius Ionicae linguae studiosus de suo reposuit Βοώτεω, parum memor, Atticos casus etiam Homero esse familiares, atque ipsum Anacreontem conuixisse Hipparcho Athenis. B.

4. De mira vultuum diuersitate homines dici videntur Graecis μέροπες. Erat et auis nomine μέροψ, ex melissophagorum genere, *parra* Latinis appellata, et nobis *beckwald*, quae a dispertita voce, vel repetito sono, nomen habet. B. Homines dicuntur μέροπες, quia vtuntur voce articulata. v. Xen. Memorr. 1, 4. 12. Hesychius: Μέροπες· ἄνθρωποι διὰ τὸ μεμερισμένην ἔχειν τὴν ὄπα, ἤγουν τὴν φωνήν. add. schol. min. et Eustathius ad Il. α', 250. p. 97. Rom., Hesychius v. λαοί, et Franc. Floridus Sabinus syllog. 5. lectt. subsicc. c. 3. To. 1. thes. Gruter. p. 1181. ff. Aliae eius rei caussae, sed minus probabiles, afferuntur ab Epiphanio de mensf. et ponderr. p. 542. Heruag. et Ioh. Malela chronogr. p. 66. et Anon. exce. chronologg. p. 13. Oxon. Sed μερόπων φῦλα dictum est pro μέροπες· vt φῦλ' ἀνθρώπων ap. Hesiod. Ἔργ. 90.: ἀθανάτων φῦλα ib. 199., h. e. *dii*: φῦλα γυναικῶν Theogon. 591., h. e. *mulieres*: qui idem poëta homines vocat μέροπας ἀνθρώπους Ἔργ. 109. 143. 180., vt Homerus μέροπας βροτοὺς Il. β', 285.

5. He-

5. Hesychius: Κέαται· κεῖνται. Sic legi debet, non κεῖται, vt Aldus edidit. v. Etymol. M. v. ἕαται p. 308. Sylb. Glossa sumta est ex Il. λ', 658. 825. π', 24. τ', 203. Κέαται κόπῳ ἀδημένοι est quietem carpunt fessi: aegri mortales vocantur a Virgil. Aen. 2, 298. Vnde nox a Colutho v. 309. eleganter vocatur πόνων ἄμπαυμα· et a Socrate ap. Xen. Memorr. 4, 3. 3. κάλλιστον ἀναπαυστήριον.

6. Cum scilicet nihil tale cogitarem. B. Vt ἐπιστὰς Act. 23, 27. et ἐπέστη Luc. 2, 9. et ἐπέστησαν Luc. 10, 1. Nam ἐπισταθεὶς idem est, quod ἐπιστάς· vt σταθεὶς ap. Sophocl. Aiac. 1790. et Luc. 18, 40. idem est, quod στὰς Matth. 20, 32. Marc. 10, 49.: itemque ἐστάθη Apoc. 8, 3., et περιστάθη ap. Hom. Odys. λ', 242., idem, quod ἔστη, et περιέστη. Caeterum in Cupidinem fugitiuum extat Moschi epigramma, quod ab aliis Luciano tribuitur, Anthol. 1, 27. 9.: quo continentur multa, quae illustrent ea, quae hoc in odario dicuntur de illo deo. add. Phurnutus N. DD. c. 25.

7. Θυρέων κόπτειν ὀχῆας idem est, quod v. 8. θύρας ἀράσσειν, fores pultare: qua formula vsus est Theocrit. Idyl. 2, 6. Nam ἀράσσειν valet, Hesychio v. ἀράττειν, et scholiasta Theocriti ad Idyl. 2. 6., auctoribus, idem, quod κρούειν. Gloss. vett. Ἀράσσω Pulso. Plato Protag. p. 320. A To. 1. Steph. τὴν θύραν τῇ βακτηρίᾳ πάνυ σφόδρα ἔκρουε· sed p. 314. D ἐκρούομεν τὴν θύραν — ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν τὴν θύραν — ἐπήραξε, καὶ ἡμεῖς πάλιν ἐκρούομεν. Aristoph. Eccles. 968. s. Οὗτος τί κόπτεις; — καὶ τὴν θύραν γ' ἤραττες. Sed vtrumque verbum, et κρούειν, et κόπτειν, dicitur de iis, qui introire aedes cupiunt, ita, vt fores pultent. vid. schol. Doruil. et Leid. Aristoph. ad Plut. 1098. Sed quomodo hi pultare potuerint ὀχῆας θυρέων, h. e. obicem, vectem, quo claudi fores, et coërceri intus, solebant: Hesychius: Ὀχῆες — οἱ μοχλοὶ, ἀπὸ τοῦ συνέχειν schol. Hom. ad Il. μ', 455. addit τὰς θύρας· quomodo adeo ὀχῆας θυρέων dici pro θύρας possit, ego quidem non video. Scilicet hic quoque locus declarare videtur, auctorem odarii esse poëtam alium quemuis, qui inepte imitatus sit locum Homeri Odys. φ', 47.: quem tamen scienter imitando expressit Theocritus Idyl. 24, 19. Nam facile apparet, auctorem odarii nomen ὀχῆες ita accepisse, vt significaret claustra [Catul. 59, 76. Virgil. Aen. 7, 185.]. Conf. Gesnerus ind. Orph. h. v. Sed Salmasius exercitatt. Solinn. p. 656. D ὀχῆας accepit h. l. de ῥόπτρῳ ianuae, quo foris percutitur. At quum haec quoque vocabuli notio noua sit, et inusitata: nec sic poëtam ab inertiae culpa defendi posse, quis non videt?

9. Barnesius σχίσας reposuit pro eo, quod in omnibus libris est σχίσεις, cum repetita ἐρώτησις videatur efficacior. B. Certe leges linguae, et natura rei, futurum postulare videntur, quum indicetur continuatio actionis: vt ap. Aristoph. Plut. 1161. coll. v. 1155. Nam Cupido videri poterat, non tam praesens poëtae somnium rupisse, quam somnia futura abrupturus esse hac importunitate sua. Poëtam enim facile apparet veritum esse, vt excussus somno eum recuperaret, et ne adeo carere cogeretur suauitate somniorum, quae menti ipsius obiicerent species puerorum suorum, puellarumque, gratas, et iucundas: id quod cum eo grauius tulisse in promtu est, quo magis sciret, somnia, quae extremis noctibus viderentur, esse, non modo certiora: v. Tertul. de anima c. 48. p. 313. To. 4. Seml.: sed etiam clariora, et euidentiora, v. Plato Criton. 2. Etiam repetitio interrogationis animo hominis expostulantis, atque increpantis, accommodatior est: neque parum miror, con-

coniecturam Barnesii Zeunio elegantiorem visam esse lectione librorum communi, quae minus probari posset propterea, quod copulam aliquam, vt καὶ, τὲ, δὲ, ἀλλά, addi necesse esset. At quis nescit, linguam hominis commoti sese eiusmodi vinculis impediri non sinere? Caeterum κατασχίζειν ὀνείρας dictum est, vt *abrumpere somnos* ap. Sil. Ital. 15, 48.: vbi v. Dracquenb.: et *rumpere somnum* ap. Sen. de breu. vit. c. 14. et ap. Macrob. Saturnn. 2, 4. Neque enim rara sunt apud poëtas omnes, etiam Atticos in versibus senariis, diremtionis praepositionum, et verborum, exempla. vid. v. 15. odar. 43, 9. et Valquen. ad Eurip. Hippol. 934. Cur autem poëta scripserit ὀνείρας, neque ἐνύπνια, cognosci potest e verbis Artemidori 1, 1. p. 6. Ald. his, ταύτῃ γὰρ ὄνειρος ἐνυπνίου διαφέρει, ᾗ συμβέβηκε τῷ μὲν εἶναι σημαντικῷ μελλόντων, τῷ δὲ τῶν ὄντων. Catul. 2, 1, 6.

10. Aristoph. Nubb. 183. et Acharnn. 1188. ἄνοιγε τὴν θύραν· Matth. 25, 11. ἄνοιξον ἡμῖν· Aristoph. Pac. 178. οὐκ ἀνοίξετε; et Ecclesf. 964. ἄνοιξον, sed v. 955. τὴν θύραν ἄνοιξον.

11. Βρέφος est *puer*: v. Ouid. Remedd. amorr. 11. et ex Pont. 3, 3. 65. Aristoph. Plut. 1092. θάῤῥει, μὴ φοβοῦ. Sed aor. continuationem timoris declarat. Bion III, 2.

12. Gloss. vett. Βρέχομαι *Madeo*: et ἀσέληνος νὺξ dicitur a Plinio 6. ep. 20, 14. *nox illunis*: cui tenebras *illunae caliginis* tribuit Apuleius metamm. 9. p. 232. Elmenh. Sed κατὰ νύκτα dictum est, vt κατὰ φῶς ap. Xen. Cyrop. 3, 3. 13. coll. 4, 2. 5. Denique praeter. pass. πεπλάνημαι habet vim praeter. medii, *erro*: de quo verbo v. Dresigius VV. MM. 1, 110. Orph. Id. 3 12, 18. Brouckh. ad Tibull. 2, 1, 29.

15. Hesychius: Εὐθύ· παραχρῆμα· vt odar. 14, 5. Verbum ἀνάπτειν, quod legitur Act. 28, 2. Iac. 3, 5., idem valet, quod simplex verbum ἅπτειν· atque adeo formula ἀνάπτειν λύχνον idem declarat, quod formula ἅπτειν λύχνον *accendere lucernam* ap. Aristoph. Nubb. 18. Rann. 1376. et Theocrit. Idyl. 14, 23., ap. Laert. 4, 66. et Luc. 8, 16. coll. Matth. 5, 15. Λύχνος enim est *lucerna*, *lampas*. vid. Villoison. ad Apollonii Lex. Homer. p. 532.

17. Vox φέροντα congrua sensu est, eaque figura grammaticis dicitur σολοικοφανές. Neque opus est, vt reponatur φέρον δὲ, quod a Stephano factum video. B. Nam μὲν saepenumero ponitur absolute: sed h. l. dubitari non potest, id quod Faber iam, aliique, animaduerterunt, quin particula δὲ v. 19. ad particulam μὲν referri debeat, praesertim quum haec, non tam ad nomen βρέφος, quam potius ad verbum ἐσορῶ, non discrepans a verbo βλέπω· Suidas: Εἰσορόων· βλέπων· cuius vsu Theocritus maxime delectatus est: pertinere videatur: et βρέφος φέροντα dictum est, vt ap. Aristoph. Plut. 292. τέκνα ἐπαναβοῶντες. v. Philemon ap. Villoison. ad Apollon. Lex. Hom. p. 875. f. Gregorius de dialectis p. 29. Dracquenb. ad Sil. Ital. 10, 307. Vnde etiam v. 23. est ὁ δὲ, et v. 29. καχάζων. Cupidini autem eadem arma etiam ab aliis scriptoribus tribuuntur. Theocrit. Idyl. 23, 4. f. Κοὐκ ᾔδει τὸν Ἔρωτα, τίς ἦν θεὸς, ἡλίκα τόξα Χερσὶ κρατεῖ, πῶς πικρὰ βέλη ποτὶ παιδία βάλλει. Longus Pastorr. 1, 3. p. 36. Boden. παιδίῳ μάλα σοβαρῷ, καὶ καλῷ, πτερὰ ἐκ τῶν ὤμων φέροντι· βέλη σμικρὰ ἅμα τοξαρίῳ φέροντι. add. Eubulus, vel Araros, ap. Athen. 13, 2. p. 562. C, et Achil. Tat. 2. p. 73. Salm. Hinc Ἔρως vocatur τοξευτὴς a Colutho v. 29., eique tribuitur φαρέτρα, ita, vt v. 256. Helena dicatur tandem animaduertisse, Paridem non esse Cupidinem, quod βελέων οὐκ ἔχε φαρέτρην,

φαρέτρην, quae *πικρὴ πυρφόρος ἰοδόκη* dicitur Anthol. 4, 12. 45. Ab Ouidio idem deus dicitur *deus praepes* herr. ep. 8, 38., et *puer volucer* ex Pont. 3, 3. 65.: vt Anthol. 7, 16. *πτερόεις, νῶτα φαρετροφόρος.* Hesychius: *Φαρέτρα· βελοθήκη.* Ouid. Metamm. 1, 468. *sagittifera pharetra*, vt *ἰοδόκος φαρέτρη* Anthol. 4, 12. 59. *Πτέρυγας φορεῖν* dixit etiam Aristophanes Auu. 573., vt Theocritus p. 294. Reisqu. *πτέρυγας ἐπωμαδίας φορεῖν*, et Anacreon ipse odar. 44, 2. *πτέρυγας φέρων ἐπ' ὤμων*, quum ap. Herodotum 1, 209. legatur *ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὤμων πτέρυγας*, vt ap. Callistrat. statuarr. p. 893. Olear. *ὁ Ἔρως πτέρυγας ἔχων, καὶ τόξα.* Caeterum quis primus Cupidinem alatum finxerit, veteres ipsi ignorasse videntur: vid. Valquenar. ad Eurip. Hippol. 1268.: et quum poëtae nec naturae legibus adstricti teneantur: sane non est mirandum, auctorem odarii arcum disiunxisse a pharetra. vid. Saluinius ad Eustathium in Il. p. 1078. not. 5. To. 3.

19. Barnesius in gratiam Ionum de suo fecit *ἱστίην*, et *καθίσσας*, etsi Vaticanus codex veram repraesentet lectionem *καθίξας*. Subit mirari, non displicuisse ei, et *φαλίζω*, et *ἐκθερίζω*, in oda [12.] in hirundinem, imo et verbum *τανύει* paulo inferius [v. 27.], quod de medio Dorismo est. B. Gloss. vett. *Ἑστία Focus.* Hesychius: *Ἱστία· ἐσχάρα.* Et verbum *καθίζειν* actiue, quae est propria eius vis, legitur iam ap. Homer. Il. *ι*, 484., aliisque in locis.

20. Hom. Il. *ε*, 558. *Ἀνδρῶν παλάμῃσι κατέκταθεν·* schol. *ἀντὶ τοῦ ἐν ταῖς χερσί.* Gloss. vett. *Παλάμη Palma.*

21. *Χαίτη* proprie est *iuba*, *seta* Gloss. vett. Hesychius: *Χαίτη· ἡ ἐπὶ τοῦ τραχήλου θρίξ.* vid. Aelian. V. H. 12, 46. Vnde equus dicitur *χαιτήεις ἵππος* ap. Apollon. Rhod. 2, 1241. Sed transfertur, vt ad *iubam leonis*: v. Aelian. N. AA. 5, 26.: et ad *setas apri*: vid. Anthol. 4, 7. 30.: ita etiam ad *capillos*, *κόμας·* v. odar. 28, 11. coll. v. 6. Hom. Il. *ξ*, 175. Eurip. Alcest. 470.: add. Pollux 2, 22. et Philemon Lex. ap. Villoison. ad Apollonii Lex. Homer. p. 846. f.: atque adeo ad *folia arborum.* vid. odar. 22, 3. Vnde *εὐχαίτης κισσὸς* legitur Anthol. 4, 30. 4. vid. Keuchenius ad Ser. Sammonicum de medic. p. 108.

22. Ouid. herr. ep. 18, 104. *Et madidam siccas aequoris imbre comam:* et A. A. 3, 224. *madidas exprimit imbre comas.* Nam *ὑγρὴν* referri proprie ad *χαίτην* debebat, non ad *ὕδωρ·* etsi non nescio, etiam mare, et fluctus, a poëtis dici *ἅλα ὑγρὰν, ὑγρὸν πέλαγος*, et *ὑγρὸν κῦμα.* vid. Pindar. Olympionn. 7, 127 Pythionn. 4, 70. Anacreon epigr. 3, 3. Anthol. 1, 55. 13. 3, 22. 66. Caeterum *ἐκπιέζειν ἅλα* sic legitur Anthol. 4, 12. 28.: et *ἐκθλίβειν ἀφρὸν ἀπὸ πλοκάμων* Anthol. 4, 12. 26.: sed *ἐκθλίβειν κόμαν* est Anthol. 4, 12. 30.

23. Verbum *μεθῆκε* absolute accipiendum, quo sit *κρύος* in nominatiuo. Quod ait Professor Graecus, *τὸ κρύος* fore in nominatiuo, etsi actiuum sit, cauillam sapit. B. Nimirum *μεθῆκε* ita positum est, vt vim aoristi medii habeat. Sic Latini *remittere* saepe dicunt pro *se remittere.* Tibul. 3, 5. 4. *Quum se purpureo vere remittit hiems.* Hesychius: *Κρύος· ῥίγος, ψύχος.* Gloss. vett. *Κρύος Frigus, gelu.* Opponitur ei *θάλπος* ap. Aeschin. Socr. 3, 11., et *καῦμα* ap. Antonin. Liber. c. 23. extr.

24. *Πειράσωμεν* est *tendamus*, *lunemus*, *sinuemus.* Cui quidem lectioni ne praeferatur altera, *πειράσωμαι*, impedit, credo, praeter alia, vox cohortantis *φέρε*, vt odar. 53, 29. Neque tamen ignoro, etiam ap. Aristoph. Plut. 768. Chremyli vxorem ad Carionem seruum dicere,

Φέρε

φέρε νυν, ἴσϑ᾽ ἄνω κομίσω καταχύσματα. Et formula τόξε πειρᾶσϑαι legitur ap. Hom. Odyſſ. φ΄, 159. Itaque lectio cod. Vatic. πειράσωμαι temere reiicienda non eſt: dummodo πειράσωμεν, et πειράσωμαι, ducta putentur a praeſentibus πειράζειν, et πειράζεσϑαι. vid. ad odar. 45, 14.

25. Pro ἐστὶ, quod in textu fuerat, nos, leui mutatione, repoſuimus ἐς τί, cum Stephanus feciſſet εἴτι. *Rectius Scaliger, Henr. Stephanus, et Fabri filia, εἴτι,* inquit de cathedra Profeſſor Barneſius, numeratis tantum ſuffragiis: neque nouit Homericum [Il. ε΄, 465.] eſſe, Ἐς τί ἔτι κτείνεσϑαι ἐάσετε λαὸν Ἀχαιοῖς; etſi paulatim deflexo ſenſu. Theocritus [Idyl. 5, 37.] etiam poſuit, ἴδ᾽ ἁ χάρις ἐς τί ποϑέρπει! eadem pene loquela. Quis ambigeret, laedi pluuia neruum? Puer Cupido dicit, ſe velle ſcire, in quantum: quod magis morale eſt, et comicum. Nos etiam literarum ductum ſecuti ſumus, quod caeteri non fecere. Huiuſmodi locutio eſt et apud Iuuenalem [ſat. 14, 318.], *In quantum ſitis, atque fames, et frigora, poſcunt.* B. Recte. Attamen nobis quoque magis placebat Stephani coniectura, maxime ob v. 31. Nam vox Cupidinis, κέρας ἀβλαβὲς μέν ἐστι *arcus ſaluus, integer, eſt*, eo pertinet, quod neruus ſit illaeſus.

26. Heſychius: Βλάβεται· βλάπτεται· quae gloſſa ſumta eſt ex Odyſſ. ν΄, 34. Conf. Villoiſon. ad Apollon. Lex. Hom. p. 242. An vero hic poſitum ſit ſuo loco hoc tempus, dubito. Pollux 1, 137. καὶ τὰ τόξε μέρη, κέρας, καὶ νεῦρα, καὶ οἰστός. vid. Theocrit. Idyl. 25, 212. ſ. 235. Ouid. Met. 1, 455. *Viderat adducto flectentem cornua neruo.*

27. Τανύσσαι τόξον dixit Hom. Odyſſ. φ΄, 254., et ἐκτανύειν τόξον ibid. 315. 326., vt Xen. Cyrop. 4, 1. 2. τόξα ἐντείνασϑαι sed Herodotus 3, 35. habet διατεῖναι τὸ τόξον, et 2, 173. τὰ τόξα ἐντανύειν. Has formulas omnes Horatius 2. od. 10, 19. ſ. reddidit verbis *tendere arcum.* Heſychius: Τανύει· ἐκτείνει, ἕλκει, τείνει. Crudelitatis nomine Cupidinem alii quoque notant ſcriptores. Bion. VI, 1. Moſch. I, Theocr. XIX, 7. Pro II, 18, 21.

28. Gloſſ. vett. Οἶστρος, ὁ μύωψ, *Tabanus, aſilio* [*Bremſe*]. At v. index Palaephat. v. οἰστρεῖν. Iecur ſedes putatur, domiciliumque, vt omnino cupiditatis: v. Timaeus Locr. p. 557. Gal. et Laërt. 3, 67.: ita maxime amoris, et libidinis. vid. Lactant. Inſtitutt. 6, 15. 4. et de opif. dei c. 14, 5.: Meurſius ad Theocrit. p. 54. ſ., et Stephanus diſſert. de critt. vett. Grr. et Latt. p. 93. ſ. Vnde Cupido dicitur telis ſuis, et ſagittis, ferire iecur eius, qui amore capitur, vt Venus. v. Bion. I. 41. Theocrit. Idyl. 11, 16. 13, 71. Eiuſmodi iecur vocatur *vlceroſum* ab Horatio 1. od. 25, 15.: v. Albertius Peric. crit. p. 6.: qui totum hoc odarium comparari iubet cum Cant. 5, 2. ſſ.: et morbus amatorius ipſe a Plauto Curcul. 2, 1. 24. dicitur *morbus hepatarius.* vid. Tupius ad Longin. p. 303. Caeterum accuſat. μέσον ἧπαρ pendet a praepoſit. εἰς, vel κατά et ſcribendum eſſe ἧπαρ, non ἦπαρ, docet Athen. 3, 25. p. 107. C. Coniecturam autem eius, qui pro οἶστρος legendum eſſe cenſebat ὀϊστὸς, neque verbum τύπτει admittit: vid. odar. 40, 10.: pro quo tum verbum βάλλει potius poni debebat; neque ipſa rei natura. Quomodo enim Cupido conferri cum ſagitta poſſit? etſi non ignoro, poëtam odar. 14, 15. iocantem dicere, Cupidinem ſe pro telo in cor ipſius immiſiſſe.

29. Xen. Cyrop. 1, 3. 8. coniunxit ſic verba ἐγγελάσαντα ἀναπηδῆσαι. Nam καχάζειν, pro quo etiam καγχάζειν [Sophocl. Aiac. 199.], et

et *καγχάζειν*, dicitur, eſt *effuſe*, *immoderate*, *vehementer*, *ridere.* Gloſſ. vett. Καχάζει *Cachinnat.* Καγχάζω *Cachinnor.* Theocrit. Idyl. 5, 142. *Κἠγὼ γὰρ ἴδ᾽ ὡς μέγα τοῦτο καχαξῶ·* vbi ſchol. *τὸ δὲ καχαξῶ ἐκβολῇ τοῦ γ εἴρηται διὰ τὸ μέτρον.* Phauorinus, neſciebam vnde: Καγχάζων· *ἀσέμνως γελῶν.* Lex. biblioth. Coiſlin. p. 272. *Κακχάζει* [*καγχάζει* legit Suidas]· *ἀθρόως γελᾷ.* Heſychius: Κακχάζει· *ἀτάκτως γελῶ, ἀσμένως* [l. *ἀσέμνως*], *ἀθρόως, ἀπαιδεύτως·* vbi v. Hemſterhuſius. Conf. Clemens Alex. Paedag. 2. p. 167. B. Ἐκκαγχάζειν ſic legitur ap. Heliodor. 6. p. 265. Comel., et *κατακαγχάζειν* Anthol. 7, 28. Vid. Albertius ad Heſych. p. 212. To. 2., et Salierius, atque Pierſonius, ad Moer. p. 214. ſ., et Valquenar. ad Eurip. Hippol. 1210.

30. Συγχάρηθι eſt *gratulare mihi.* v. Ammonius in v. *ἐπιχαίρειν.* Gloſſ. vett. Συγχαίρω *Congaudeo*, *gratulor.* Sic legitur *συγχάρητέ μοι* Luc. 15, 6. 9., h. e. *congratulamini mihi*, vt vertit interpres vetus. Ξένος autem eſt *hoſpes* [Gell. 5, 14. extr.], *ὁ ὑποδεχόμενος.* v. index Palaephat. h. v.

31. Κέρας eſt *arcus:* vt ap. Theocrit. Idyl. 25, 206. coll. v. 212.: et *cornu* ap. Ouid. herr. ep. 4, 39.: vbi v. Heinſius. Gloſſ. vett. Ἀβλαβὲς — *integrum.*

32. Παροιμιακὸν eſt, et de medio acceptum. B. Intell. *κατὰ*, vt 1. Regg. 15, 23.. *ἐπόνεσε τοὺς πόδας αὐτοῦ*, *tibi dolebit cor.* Conf. odar. 40, 14. ſ. Nam ſagittae Cupidinis feruntur eſſe duplicis generis: aliae dicuntur fugare amorem, aliae amorem facere. v. Ouid. Metamm. 1, 468. ſſ. Atque hae quidem dicuntur *βέλη, βέλεμνα, βαρέα.* vid. odar. 45, 10. 12. 16. Caeterum metrum huius odarii non diſcrepat a metro ſuperiorum odariorum, niſi quod primam ſedem anapaeſtus habet, non iambus, ou dictum eſt δεικτικῶς.

Δ' ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις,
Ἐπὶ λωτίναις τε ποίαις,
Στορέσας θέλω προπίνειν·
Ὁ δ' Ἔρως, χιτῶνα δήσας
Ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ,
Μέθυ μοι διακονείτω.
Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
Βίοτος τρέχει κυλισθείς.
Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα
Κόνις, ὀστέων λυθέντων.
Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν;
Τί δὲ γῇ χέειν μάταια;
Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
Μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
Πύκασον, κάλει δ' ἑταίρην.
Πρὶν, ἐρῶ σε, δεῖ μ' ἀπελθεῖν
Ὑπὸ νερτέρων χορείας,
Σκεδάσαι θέλω μερίμνας.

VARIETAS LECTIONIS

* *ἄλλο ἐρωτικὸν τοῦ αὐτοῦ cod. Vatic. p. 684., in quo hoc odarium est odar. tricesimum: • in m. ἄλλο ἐρωτικὸν τοῦ αὐτοῦ ᾠδάριον. Sed εἰς ἔρωτα δουλεύοντα Borb., auctore Zeunio p. 6. At pro δουλεύοντα scribi debebat διακονοῦντα.* 1. *μυρσίναις τερινοῖς cod. Vatic.* 2. *δὲ Baxt. Deg. 1. 2. non omnino male. v. ad odar. 1, 1. Sed τε Steph., aliique omnes. bene. τε πόαις cod. Vatic., inuito metro.* 5. *παπύρωι cod. Vat.* 6. *διακονεῖτο cod. Vat. male. διηκονείτω Barn.* 7. *τροχὸς γὰρ ἅρματος οἷα cod. Vatic. βίοτος τρέχει γὰρ οἷα Τροχὸς ἅρματος κυλισθεὶς coni. Medenbach. amoenitt. literr. p. 46. sine caussa.* 11. *τί δὲ δεῖ Met. 2. male. vid. v. 14.* 12. *κνίειν cod. Vat. mendose.* 14. *κράτα cod. Vatic.* 16. *πρίν, Ἔρως, ἐκεῖ μ' cod. Vatic. Steph., reliquique fere omnes, etiam*

Parm. bene. Sed ἐςῶ σε *seruarunt Brunequ. Analectt. p.* 81. *et Deg.* 1., *etiam Triller. in notis ad Christ. patient. p.* 453. πρὶν ἐκεῖσε δεῖ μ᾽ ἀπ. *Argent.* 1. 2. *Deg.* 2. *Brig. Born.* πρὶν, Ἔρως, ἐκεῖσ᾽ ἀπελθεῖν *Borb. e coni Val. p.* 121. *et Zeunii p.* 7. *male.* πρὶν, ἐρῶ σε, δεῖν μ᾽ ἀπ., *vel* πρὶν ἔραζε δεῖν μ᾽ ἀπ., *coni. Barn.* πρὶν, ἐρῶ σ᾽, ἐκεῖ μ᾽ ἀπ.; *vel* πρὶν, ἐρῶ, μ᾽ ἐκεῖσ᾽ ἀπ., *coni. Metar.* πρὶν, ἐρῶ σ᾽, ἐκεῖ μ᾽ ἀπ., *vel* πρὶν ἐκεῖ δέῃ μ᾽ ἀπ., *coni. Brunequ.* 17. ὑπὸ νερτέρους, χορεύσας Σκ. *coni. Seuinius Commentarr. acad. inscriptt. Paris. p.* 131. *To.* 3.: *v. Clotius miscell. critt. c.* 1.: *ab qua coniectura non differt coniectura V. D. ad calcem exempli Addisonii,* ὑπὸ νερτέρους, χορείαις Σκ., *quae tamen se nec ipsi Addisonio probauit.*

ANNOTATIONES

ODE IIII

1. Hoc est, *Fronde super viridi*, vt apud Virgilium [ecl. 1, 81.] est: quod tempore aestiuo a veteribus factitatum est. B. Scilicet μυρσίναι sunt *frondes myrtaceae.* Moeris: Μυῤῥίνη, Ἀττικῶς· μυρσίνη, Ἑλληνικῶς. Gloss. vett. Μυρσίνη *Myrtus, murta*: l. *myrta.* Veteres enim myrto in primis Aegyptiaca admodum delectati sunt, propter suauem eius, et iucundum, odorem. Theophrastus hist. plantt. 7. extr. p. 68. Bas. αἱ δὲ μυῤῥίναι [Aegyptiae] θαυμασταὶ τῇ εὐοσμίᾳ. add. Athen. 15, 6. p. 676. D. Constat autem, myrtum, non tantum Veneri fuisse sacram: v. Plin. N. H. 12, 1. Pausan. 6, 24. p. 514. f. Kuhn.: sed etiam Bacchi delicias. v. Aristoph. Rann. 326. — 333. Gloss. vett. Τέρην *Tenellus, er*: vt τέρενα φύλλα ap. Hom. Il. ν', 180., h. e. ἁπαλὰ, χλωρὰ schol. Sed de forma feminini generis huius vocabuli v. Etymol. M. v. τέρεινα. Λωτίναι autem ποίαι dictum est pro λωτὸς· v. Hom Il. ξ', 347. f.: quam ipsam herbam, quae in paludibus Aegyptiis nascebatur, suauitas odoris naribus veterum ita commendasse legitur, vt coronas inde nexuerint, vt e myrto. v Athen. 15, 6. p. 677. D, et fragm. Anacr. 18. Caeterum de myrto, et loto, earumque natura, et generibus variis, multiplicique vsu, accurate disputarunt Salmasius, et Bodaeus, hic in commentario in Theophrasti libros de historia plantarum, ille in exercitationibus Plinianis, loco non vno.

3. Στορέσας passiuum in actiuo est, more Attico. Et mecum conuenit Barnesio. B. Nimirum actiuum vim medii habet, intell. ἐμαυτόν. Latini sic dicunt, vel *fusus* [Virgil. Georgg. 2, 527. Ouid. Metamm. 3, 438.], vt odar. 52, 16. ἁπαλὸν δέμας χυθεῖσαν· vel *stratus membra* [Horat. 1. od. 1, 22.], etiam *prostratus* [Lucret. 2, 29.]: vel *reclinatus* [Horat. 2. od. 3, 7.]. Caeterum contulit hoc odarium cum loco carminis, quod Copa inscribitur, v. 31. — 38., Vrsinus Virgil. illustr. p. 55.

7. Προπίνειν, non solum *propinare* est, siue *praebibere*, verum etiam *vino se proluere*, pro diuersa significatione praepositionis πρό. B. Προπίνειν, *propinare*, proprie dicitur is, qui *vinum*, quod in poculo est, *summis labris delibat, idque alii ebibendum tradit, ita, vt eum nominet, cui poculum traditurus sit* [Cic. Tusc. 1, 40.]: v. Eudocia Ion. p. 348.

et

et Athen. 5, 4. p. 193. A: quod quidem ſignum erat honoris. v. Xen. Cyrop. 8, 3. 15. et Dan. Heinſius ad Sil. Ital. 11, 301. Hac vero ex re intellegitur, et cur Heſychius gloſſam προπίωμεν interpretatus ſit verbis διὰ τȣ̃ οἴνȣ τιμήσωμεν, et quo ſpectet interpretatio verbi προπίνειν, quae ap. Athen. 11, 14. p. 498. D legitur, τὸ ἑτέρῳ πρὸ ἑαυτȣ̃ δȣ̃ναι πιεῖν. Sed hoc loco eſt, vt odar. 9, 29. et 57, 3., idem, quod verbum ſimplex πίνειν. Nam odar. 39, 1. 4. 8. 12. 16. 20. 24. eſt, Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον.

5. Ex papyro Aegyptiaca olim conficiebantur nauigiola, ſtragula, et ſeruorum veſtimenta. de qua re vide ſis Plin. H. N. 13, 11. Huc ſpectat etiam, quod occurrit apud Iuuenalem ſat. 4, 24. *Succinctus patria quondam, Criſpine, papyro.* Erant autem eiuſmodi ſeruorum tunicae nodo quodam humeris alligatae, loco fibulae, tempore miniſterii, vt vel ex iſto loco patet. Barneſius modo nihil queritur. B. Vid. Spanhem. ad Callim. h. in Apol. 32. et Doruillius Van. crit. p. 243. Senſus eſt, *tunica in humeris colligata fibulis, nodis, papyraceis.* nam tunica Cupidinis miniſtratoris intellegitur fuiſſe vtrinque aperta. Moeris: Πάπυρος, μακρῶς, Ἀττικῶς· βραχέως, Ἑλληνικῶς. Caeterum de papyro, praeter Guiilandinum, contra quem Ioſ. Scaliger diſputauit, diligenter ſcripſere Bodaeus ad Theophraſti hiſt. plantt. 4, 9. p. 428. ſſ.: Seb. Kirchmeierus Viteb. a. 1666. 4.: Caylus Commentarr. Acad. inſcriptt. Pariſ. To. 26. p. 267. — 320.: qui nec hunc poëtae locum praetermiſere.

6. Barneſius Ioniſmi amore de ſuo repoſuit διηκονείτω· ſatis audacter; cum ſciret, in plurimis efferri vocalem α communi tempore. B. Verte, *Cupido — mihi pocula ſ. bibere miniſtret:* vt Ganymedes ap. Cic. Tuſc. 1, 26. dicitur *Ioui bibere miniſtrare.* Μέθυ proprie eſt *merum*, ὁ ἄκρατος. v. Plutarch. ſympoſſ. 3, 2. p. 648. E To. 2. Διακονεῖν autem prorſus reſpondet verbo Lat. *miniſtrare*, vt διάκονοι ſunt Lat. *miniſtri*, et *miniſtratores.* v. index Theophraſt. h. v.

7. Οἶα eſt *vt, velut*: vt odar. 28, 24. et ap. Theocrit. Idyl. 23, 10.: ſed odar. 29, 18. ſic legitur ὁποῖα. Heſychius: Οἶα· ὥσπερ, καθάπερ· et ab interprete Dionyſ. Perieg. explicatur ad v. 317. 328. particulis ὥσπερ, et καθά. Conf. Reitius ad Lucian. p. 59. To. 2. De re ipſa, quae attingitur hoc loco a poëta, v. Gataquerus ad Antonin. 2, 6., et Albertius ad Iac. 3, 6. Gloſſ. vett. Τροχὸς *Rota.* Heſychius: Τροχός· — κύκλος. Silius Ital. 6, 121. *Per varios praeceps caſus rota voluitur acui:* quae verba expreſſa eſſe ex hoc poëtae Graeci loco, Barthius animaduertit Aduerſſ. 1, 13. p. 29. Sic Horatius 2. od. 5, 13. ſ. *currit enim ferox Aetas.* Nam κυλισθεὶς, vt τρέχει, pertinet ad nomen βίοτος, non ad nomen τροχός.

9. H. e. *exiguus iacebimus*, h. e. *erimus, cinis ſ. puluis.* Ouid. Metamm. 8, 496. *Vos cinis exiguus, gelidaeque iacebitis vmbrae?* et ex Pont. 3, 2. 28. *Cum cinis, abſumto corpore, factus ero.* Perſius ſat. 5, 152. — *cinis, et manes, et fabula, fies.* Nam Graeci poëtae vſi ſunt hoc in genere etiam nominibus σποδὸς· vid. Clem. Alex. Strom. 2. p. 411. D Colon. et Theodoret. Θ. IIII. EE. 12. p. 179. Sylb.: et σποδιή· vid. Anthol. 7, 204.: non ſolum nomine κόνις, vt Menand. fragm. 258. v. 688. p. 276. Cler.: pro quo Anthol. 3, 22. 7. eſt χθονὸς κόνις. Vnde Horatius 4. od. 7, 16. et Propertius 2, 10. 35. ita dixere *puluis.* v. Heinſius ad Ouid. A. A. 3, 21. Κεῖσθαι autem eſt verbum proprium de mortuis, quod fere verbi ſubſtantiui partes, vt h. l., agat, vt Lat. *iacere.*

iacere. v. odar. 26, 9. f. Eurip. Phoenn. 1298. Aefchines Socr. 3, 5. Conf. Euftathius ad Il. ό p. 1002.: Elfnerus ad Luc. 23, 53.: et Abrefchius dilucc. Thucydd. p. 236.

11. Tangit antiquum morem inungendi lapides fepulcrales, fiue στήλας, pretiofis vnguentis [v. Anthol. 2, 47. 1. et 3. et 7.], atque etiam libationum diis manibus identidem factarum. B. Vid. Kirchmanus de funn. Romm. 4, 2. Scilicet vt σὲ pertinet ad amicum, quem compellat poëta, adeo, vt non neceffe fit ftatuere cum Pauo, a v. 11. initium capere nouum odarium, quod infcribendum fit εἰς Ἔρωτα ὀχλεῦντα· contra quam viri rationem etiam Zeunius p. 6. difputauit: ita δεῖ eft, vel omnino *opus, neceffe, eft*, vel *decet, conuenit*, ita, vt σὲ cohaereat cum μυρίζειν. Hefychius: Δεῖ· πρέπει. Phauorinus, nefciebam vnde: Δεῖ ἀντὶ τοῦ πρέπει, μετὰ ἀπαρεμφάτου. Gloff. vett. Δεῖ *Conuenit.* v. Obferuatt. mifcell. p. 245. Vol 3. Λίθος eft *cippus, columella fepulcralis*, quae fere στήλη vocatur: v. Anthol. 1, 50. 1.: etiam λιθίνη στήλη v. Anthol. 2, 47. 3.: et γῆ eft ipfe *tumulus*, τύμβος. Iam quum inferiae, quae, vt aqua, lacte, melle, fanguine, ita etiam vino, conftabant, dicantur χοαί· vid. Aefchylus Perff. 611. 621. 628. 687.: facile apparet, cur poëta vfus fit verbo χέειν potiffimum. Homerus Odyf. λ, 26. dixit χοὰς χέειν, vt Sophocles Electr. 407. τυμβεῦσαι χοάς, h. e., interprete fcholiafta, σπεῖσαι τῷ τύμβῳ· qui ipfe Antigon. 1018. f. χοὰς dixit ἐπιτυμβίους. Gloff. vett. Χοαὶ, αἱ ἐπὶ τῶν νεκρῶν σπονδαὶ, *Inferiae.* Conf. Meurfius ad Theocrit. p. 83. Μάταια vim aduerbii habet, vt ἁβρὰ odar. 5, 5. 6, 3. Horat. 2. od. 20, 23. f. *Compefce clamorem, ac fepulcri Mitte fuperuacuos honores.* Auctor Copae v. 35. f. *Quid cineri ingrato feruas bene olentia ferta? Anne coronato vis lapide ifta tegi?* Hos verfus imitatione expreffos effe e v. 11. 12. huius odarii, putabat Burmanus in notis ad Anthol. Lat. p. 718. To. 1.

13. Gloff. vett. Μᾶλλον — *potius:* vt odar. 36, 5. 7. Matth. 25, 9.

14. Κρᾶτα dici in mafculino genere ab Homero, et Sophocle, oftendit Barnefius. B. Locus Homeri extat Odyf. θ', 92.: ex quo fumta eft ap. Hefychium gloffa, Κρᾶτα· κεφαλήν. Anthol. 2, 47. 2. Καὶ στεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα, καὶ μυρίσωμεν Αὐτοὺς, πρὶν τύμβοις ταῦτα φέρειν ἑτέρους. Etiam Euripides Alceft. 1015. dixit κατέστεψα κρᾶτα. Nam κρᾶτα πυκάζειν ῥόδοις eft *cingere tempora rofis:* vt odar. 5, 15. f. ῥοδίνοισι στεφανίσκοις πεπυκασμένος. Hefychius: Πυκάζουσι· καλύπτουσι, στεφανοῦσι· et, Πεπυκασμένα· ἐσκεπασμένα, περικεκαλυμμένα· et, Πύκαζε· κάλυπτε, στέφανε. Vid. Arnaldus animaduerff. p. 14. Veteres enim folebant fe vngere in conuiuiis, et compotationibus [v. odar. 13, 10.], capitaque cingere coronis maxime rofeis: quod Cicero Finn. 2, 20. dixit *potare in rofa.* Iuftin. 9, 4. 1. de Philippo epulante, *non coronas, aut vnguenta, fumfit.* add. Cic. Tufc. 5, 21. v. Plutarch. fympoff. 3, 1. Nam florum, et vnguentorum, vis credebatur vini calorem temperare, atque capitis aeftum refrigerare. vid. Athen. 15, 5. p. 675. 15, 13. p. 692. et fchol. Ariftoph. ad Auu. 462. De vnguentorum, et florum coronariorum, generibus variis v. Athen 15, 4 ff., et Clemens Alex. Paedag. 2, p 177. — 183. Colon. Reliquerat opufculum περὶ μύρων, καὶ στεφάνων, Myronides, et librum περὶ στεφάνων Aelius Afclepiades: quae opera laudantur ab Athenaeo 15, 6. p. 676. F, et 15, 13. p. 691. F: et anno quinto decimo huius feculi de coronis, et vnguentis, in antiquorum conuiuiis exercitationem fingularem Ferrariae edidit Iofeph. Lanzonius, qua Thefauri antiquitt. Romm. To. 3. Salengrius auxit. Conf. Iunius de coma c. 7.

15. He-

15. Hesychius: Ἑταίρα· φίλη πόρνη, καὶ ἑταιρεύουσα. Thomas Magister, et ex eo Phauorinus: Ἑταίρα Ἀττικοὶ, οὐχ ἑταιρίς. Appellatur etiam a Latinis leni, et honesto, vocabulo *amica*.

16. Ita immutata vna litterula κ, leui coniectura, hunc locum sanauimus, cum antehac nullo plane sensu conceptum esset, Ἔρως ἐκεῖ μ᾽ ἀπελθεῖν, ac si poëta elegantissimus Amorem inutiliter, atque inaniter, compellasset. Ad quod ita noster Professor, *Non iam autor elegantissimus Amorem inutiliter, atque inaniter, compellat, sed satis memor, quod Amor ipse ministri nunc officium agat, iubet illum suas partes sedulo agere.* Verum ipse parum memor esse videtur, Anacreontem dudum meminisse Amoris sub tertia persona, adeoque illum, quem modo allocutus est, incerti nominis esse amicum. Putatne, ministrorum fuisse *lapides inungere, et defunctorum manibus libare?* Nostra igitur emendatione nihil certius. Atqui *mallet*, me fecisse δεῖν. nam δεῖ, si tanto Professori fides, *certe non sufficiet*, nisi ἢ praecesserit. Cedo manum ferulae, Professor. Vin' tu audire Theocriti scholiasten Graecum [ad Idyl. 1, 48.], hominem suae linguae peritissimum? Τὸ δὲ πρὶν, inquit ille, ἐνίοτε μὲν μετὰ Ἀπαρεμφάτου λέγεται, οἷον, πρὶν γενέσθαι τόδε, ἐγένετο τόδε· ἐνίοτε δὲ μετὰ Ὁριστικοῦ, οἷον, πρὶν ποιήσω τόδε, ἐποίησα τόδε. Δοκεῖ δὲ μετὰ Ἀπαρεμφάτου λέγεσθαι ἐπὶ ποιουμένου πράγματος· μετὰ Ὁριστικοῦ δὲ ἐπὶ τοῦ ποιοῦντος αὐτό. Quid apertius? B. Recte docet Baxterus, poëtam, si orationem sibi constare voluisset, debuisse etiam hoc loco compellare amicum, non Cupidinem ministratorem. At primum animo canentis commoto ignosci recte talis inconstantia potest; deinde, seruata lectione Ἔρως, tota oratio grata reperietur, et lenis. Nam ἐκεῖ est, vt saepe [v. Elsnerus ad Matth. 2, 22. et Pfochen. de purit. L. Gr. N. T. f. 126.], *illuc*, et explicatur verbis ὑπὸ νερτέρων χορείας. Verba ἐρῶ σε asperam reddunt orationem: repugnant animo ardore amoris pleno: et abhorrent a consuetudine Graeca non minus, quam a mente loquentis. Nam ἐρῶ σε non potest significare *obsecrabo te*, vt ipse Baxterus vertit: et quemodo talis interpositio hic locum habere possit, aut quam vim habeat, non apparet.

17. Hoc est, *ad choreas in Elysio celebratas* [v. Tibul. 1, 3. 59. et Trillerus in notis ad Christ. patient. p. 453. f.]. Constat enim, praepositionem ὑπὸ modo in eo sensu esse, quo et apud Homerum [Il. β΄, 216.], Αἴσχιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. Vnde nouit Barnesius, hoc fuisse Anacreonti ironice prolatum, atque illum nullos credidisse manes, more sui saeculi? B. Ὑπὸ ita positum est, vt *sub* ap. Virg. Aen. 4, 660. *sic iuuat ire sub vmbras*. Νέρτεροι sunt *inferi*, qui, et ἔνεροι· vid. Aeschyl. Perss. 631. ibique Stanleius: et ἐνέρτεροι, dicuntur, etiam κατώτεροι. Hesychius: Νέρτεροι· χθόνιοι, νεκροί. Sed choreas apud inferos memorat etiam Virgilius Aen. 6, 644.

18. Ἀποσκεδάσαι μελεδώνας dixit poëta ap. Athen. 2, 1. p. 35. D, et Theognis v. 879.: nam μελεδῶναι, et μέριμναι, sunt vocabula idem valentia: v. Theocrit. Idyl. 21, 5. coll. v. 3.: et ἀποσκεδάσαι μερίμνας Palladas Anthol. 2, 47. 20.: qui idem ibid. epigr. 19. vsus est formula παύειν φροντίδας, vt Paulus Silentiarius ibid. epigr. 25. scripsit ὤσομεν φροντίδα. Apud Horatium est *pellere curas* 1. od. 7, 31.: *dissipare curas* 2. od. 11, 17. f.: *curas abigere* 1. ep. 15, 19.: et ap. Tibul. 1, 6. 1. *depellere curas*. Caeterum metrum huius odarii simile est metro superioris odarii.

Ε΄ ΕΙΣ

Έ ΕΙΣ ΡΟΔΟΝ *

Τὸ ῥόδον τὸ τῶν Ἐρώτων
Ἀναμίξωμεν Διονύσῳ·
Τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον
Κροτάφοισιν ἁρμόσαντες,
Πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες.
Ῥόδον, ὦ φέριστον ἄνθος·
Ῥόδον Εἴαρος μέλημα·
Ῥόδα καὶ θεοῖσι τερπνά·
Ῥόδα παῖς ὁ τῆς Κυθήρης
Στέφεται καλοῖς ἰȣ̃λοις,
Χαρίτεσσι συγχορεύων.
Στέψον ȣ̃ν με, καὶ λυρίζω·
Παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς,
Μετὰ κȣ́ρης βαθυκόλπȣ,
Ῥοδίνοισι στεφανίσκοις
Πεπυκασμένος χορεύσω.

VARIETAS LECTIONIS

* ἄλλο ὁμοίως ᾠδάριον *cod. Vatic. p. 687.: quo in libro hoc odarium est secundum, et quadragesimum: m. habet* εἰς τὸ ῥόδον· *qui tamen titulus Pauo ineptissimus videbatur, quum poëta hoc odarium propterea composuisset, vt se, et sodales, ad laetitiam hortaretur.* 1. τὸ ῥόδ° ν *cod. Vatic.* 2. μίξωμεν *Steph. et rell., in his Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Stroth. Holst. Brig. Born. Parm.* μίξωμεν τῶι Διονύσωι *cod. Vatic., prob. Bruncquio.* Διονύσσῳ *Morel. Flaid.* ἀναμίξομεν *scribi iubebat Zeun. p. 7.* 5. πίνομεν *Barn.* πίομεν *coni. Zeun. p. 8.* 6. τὸ ῥόδον φέριστον *coni. Lennep. animaduerss. ad Coluth. p. 7.: quod in ordinem receperunt Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born.* 7. ἔαρος *cod. Vatic. Steph. Comel. Fab. Lub. Macrop. Met.* 1. 2. *Bruncqu. Analectt. Parm. Sed Morel. iam dederat* ἔαρος. 9. ῥόδον ὁ παῖς ὁ K. *cod. Vatic.* ῥόδα, τοῖς ὁ παῖς K. *coni. Lennep. d. l.: quod est*

in

in Brunequ. Analectt. Arg. 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born.* 10. καλὰς ἰούλους *coni. Pau. et Lennep. d. l.: quod est in Brunequ. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born.* 11. συγχορεύων *cod. Vat.* 12. στέψω ἂν *coni Pau., non prob. Zeun. p.* 8. λυρίσω *Steph. et caeteri, in his Flaid. Lam. Parm., praeter Barn., qui dedit* λυρίσσω. Λυρίζω *debetur cod. Vatic.* Στεφώμεθ᾽ ἂν. Λυρίζων *coni. Lennep. d. l.: quod receperunt Brunequ. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born.* λυρίζων Παρὰ *coni. etiam Pau., prob. Zeun. p.* 8.: *quod recepit Stroth.*

ANNOTATIONES

ODE V

2. Ita restitui, cum antea claudicaret metrum: siquidem omnes impressi codices habebant Μίξωμεν. Quin et vox Διόνυσος paulo inferius [v. 13.] pro trisyllaba vsurpatur in Παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς. Explicatur etiam sensus huius versus in alio odario [34, 6. ff.], quod εἰς Λύρην inscribitur: Ὅρα, κἂν στεφάνοισιν Ὅπως πρέπει τὰ λευκὰ Ῥόδοις κρίνα πλακέντα. Verum *magnis autoribus fraudem facere veretur Barnesius. Baxter autem satis audacter legit* Ἀναμίξωμεν Διονύσῳ. *Non videmus id manticae, quod in tergo est.* Ipse criticorum omnium audacissimus meam improbat audaciam. Quae vero audacia censenda est, reponere praepositionem, quae exciderat? Quae ipse de commutatoriis pedibus scribit, alieno crepat loco. B. Sensus loci esse videtur, *bibamus vinum, potemus, rosa odorati capillos* [Horat. 2. od. 11, 14. f.]: ita, vt haec verba verbis sequentibus explicentur. Hilares enim, atque laeti, homines eandem rem solent repetere saepius. Caeterum rosa vocatur τὸ ῥόδον τὸ τῶν Ἐρώτων, et quia, vt Baccho, ita Veneri [v. Pausan. 6, 24. p. 613. Kuhn. et Philostratus ep. 32.], et Cupidini, sacra erat: vnde odar. 53, 15. dicitur Ἔρωτος ἄνθος, atque v. 43. φυτὸν Λυαίου· vt Philostratus ep. 34. rosas appellat Ἔρωτος φυτά· et quia corollae Veneris, et Cupidinis, eiusque comitum, fere e rosis nexae erant. vid. v. 9. f. odar. 53, 7. et Aelian. V. H. 12, 1. init. ibique Perizonius, et Bodaeus commentar. ad Theophrasti hist. plantt. 6, 6.

3. Τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον sunt *flores amoenae rosae.* Horat. 2. od. 3, 13. f. *Huc vina, et vnguenta, et nimium breues Flores amoenae ferre iube rosae.* Odar. 6, 1. f. est στεφάνους κροτάφοισι ῥοδίνους συναρμόσαντες, h. e. *praecincti roseis tempora vinculis: cincti*, vel *redimiti, tempora rosa.* Ἁβρὰ γελᾶν reddi potest *hilarem esse, et laetum: iocari libere: dulce ridere:* vt odar. 6, 3. Μεθύομεν ἁβρὰ γελῶντες.

4. Pollux 2, 39. τὸ δὲ ὑπὲρ τὸ μέτωπον, βρέγμα, καὶ βρεχμόν· τὸ δὲ ὑπ᾽ αὐτῷ πρόσχον, μέτωπον· τὰ δὲ ἑκατέρωθεν, κροτάφους.

5. Anacreon, quo bibendi assiduitatem significet, lepidissime orditur a spondeo: produxit etiam vltimam in voce ἁβρὰ causa accentus, et quod α communis vocalis sit. Vix sibi temperat Professor, quin insulse reponat Πιόμεσθ᾽ ἁβρὸν γελῶντες. Bene est, quod meminerit, veritum fuisse se fraudem facere magnis autoribus. B.

6. Verba ὦ φέριστον ἄνθος separanda sunt a ceteris verbis. nam interponere ea poëtam iussit animus commotus, et admiratione rosae plenus. Ἄνθος φέριστον est *flos amoenissimus*, *blandissimus*, *pulcherrimus*: qui vehementer laudatur ab Philostrato ep. 27. ss. Hesychius: Φέριστον· βέλτιστον· quae glossa sumta videtur ex Il. ί, 110. Nam φέριστον vocatur *quicquid in primis praestat*, *et excellit*, *in aliquo genere*. Suidas, et ex eo Phauorinus: Φέριστον· κράτιστον, ἐξοχώτατον· ἢ ἀγαθόν.

7. Metrum exigit, vt sit Εἴαρος, vel, vt nos ante fecimus, Ἤαρος, *nec visum ante*, *nec auditum*, *Barnesio*, qui vidit omnia. Quis nescit, commune βασιλέας Attice dici βασιλᾶς, et Ionice βασιλῆας, et indifferenter dici poëtis ἕαται, εἴαται, et ἥαται, pro ἧνται? Vtcunque fuerit, nos modo faciamus Εἴαρος, quod ipse ait alicubi, *ne offendantur imperitiores*, tum vt gratiam rependamus eximio Professori, quod, pro singulari, qua est, comitate, erratum censeat typographicum, non nostrum. Τὸ μέλημα autem hic dici pro *alumno*, quis praeter Barnesium affirmet? Rosam certe *Veris* poëta dicit *curam*, siue *delicias*, quod rosis coronari soleret huius dei imago. Atque hinc est, quod inferius, insigni oda in Ver [53, 1.], στεφανηφόρον ponat Anacreon epitheton eius perpetuum. B. Recte explicauit Baxterus vocabulum μέλημα. Hesychius: Μέλημα· ἧτινος ἄν τις φροντίζοι, ἀγάπημα. Nam corona Veris erat e rosis confecta. v. od. 53, 1. s. Itaque ῥόδον Εἴαρος μέλημα idem est, quod ῥόδον εἴαρος ἄνθος· vt rosa od. 53, 15. vocatur Ἔρωτος ἄνθος, non modo quia sacra erat Cupidini, sed quia corollae eius e floribus rosae nectebantur. Sed potest tamen rosa Εἴαρος μέλημα etiam propterea appellari, quia ver eam nasci, et florere, iubet, quum μέλημα, Hesychio, vt vidimus, auctore, vocetur *id*, *quod quis curat*, *amat*, *quo quis delectatur*, *et pascitur*, *omnibus modis*. Sic Pan nominatur σεμνᾶν Χαρίτων μέλημα a Pindaro ap. schol. ad Pythionn. 3, 139. Neque aliter vtuntur Latini nomine *cura*. Virgil. ecl. 1, 58. *Nec tamen interea raucae*, *tua cura*, *palumbes*, *Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo*: et ap. Horat. A. P. 85. *iuuenum curae* sunt puellae, amores. Vid. Solanus ad Lucian. p. 15. To. 3.: Koenius ad Gregor. de dialectis p. 78.: Lennepius ad Phalar. epp. p. 167.

8. Θεοῖσι· vt Baccho odar. 53, 43.: vbi rosa vocatur φυτὸν Λυαίου· et Musis, ibid. 10. Χαρίεν φυτὸν Μουσῶν· et Veneri: vid. ad v. 2. Conf. odar. 53, 4.

9. Ἡ Κυθήρη est *Venus*, quae odar. 30, 4. vocatur ἡ Κυθέρεια, nomen habens a Cythera insula in sinu Laconico, ad quam in mari nata delata fertur: v. Hesiod. Θεογ 196. 198: et cuius in vrbe postea religiosissime culta est. v. Phurnutus N. DD. c. 24. Pausan. 3, 23. Aristoph. Lysistr. 833. s. schol. min. Hom. ad Il. ό, 431. et schol. Ven. ad Il. κ', 268. Ab Horatio 1. od. 4, 5. dicitur *Cytherea Venus*. Commentarii Larcheri, et Cayli, de Venere, eiusque nominibus variis, et attributis, lingua Francogallica conscripti exierunt Paris. A. C. 1775. 8. et A. C. 1776. 4. ἐ. π. K. cf. Bion. I, 66. ibi intt. Tosph. III, 43.

10. Ἴουλοι proprie est *lanugo malarum*. Gloss. vett. Ἴουλος, ὁ χνοῦς τῶν γενείων, *Lanugo*. Hesychius: Ἴουλοι· αἱ πρῶται τῶν τριχῶν ἐκφύσεις. add. Pollux 2, 88.: Etymol. M., et Suidas, v. ἴουλος· schol. Apol. Rhod. ad. 1, 972. et schol. Hom. ad Odys. λ', 318. Conf. Valquenarius ad Theocrit. Adoniazz. p. 408. s. Hoc loco ita dicuntur

comae,

comae, *capilli*, Cupidinis, quia fingebantur esse teneri, molles, graciles, et lanuginis instar. Caeterum structura verborum ipsa non caret insolentia. Nam verbo στέφεσθαι notionem simplicicem *circumdandi*, et *cingendi*, subiectam esse, existimari debet, ita, vt ῥόδα στέφεται ἰέλοις dictum sit pro ῥόδοις στέφεται ἰέλυς· quae quidem constructio sane vsitatior est: vt Anthol. 2, 47. 7. στεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα. At tamen nec altera caret ratione. Nam qui caput corolla rosea redimit, is rosas cingere capillis dici quodammodo potest. Sic poëta supra v. 3. s. scripsit τὸ ῥόδον κροτάφοισιν ἁρμόσαντες, vt odar. 6, 1. s. Στεφάνυς μὲν κροτάφοισι Ῥοδίνυς συναρμόσαντες, ordinem verborum natiuum sequutus: sed exquisita illa ratione vti placuit Pindaro, qui Isthmionn. 7, 53. s. dixit, ἀείσομαι Χαίταν στεφάνοισιν ἁρμόζων. Neque vero Euripides dubitauit vtrumque adeo constructionis genus coniungere Phoenn. 114. ss. Ἆρα πύλαι κλείθροις, Χαλκόδετά τ' ἔμβολα Λαϊνέοις Ἀμφίονος ὀργάνοις Τείχεος ἥρμοσται; Atque sic iam ab Massieuio Commentarr. acad. inscriptt. Paris. To. 8. p. 541. hunc poëtae lyrici locum explicatum esse vidimus. Itaque quam superuacua sit, et temeraria, coniectura Lennepii, qui poëtam scripsisse putabat, Ῥόδα, τοῖς ὁ παῖς Κυθήρης Στέφεται καλὰς ἰέλυς, quis non intellegit? Et quis non miretur, inuentos esse alios viros doctos, qui lectionem istam in ordinem adeo recipere, eiecta genuina scriptura, auderent?

11. Charites enim, h. e. *Gratiae*, Iouis, et Eurynomes, filiae tres, Aglaia, Euphrosyne, et Thalia [v. Hesiod. Θεογ. 907. 909. Pseudorpheus hymn. 59.], Veneris, et Cupidinis, comites [v. Horat. 1. od. 30, 5. s. Phurnutus N. DD. c. 24. p. 197. Gal. et Eudocia Ion. p. 430.], vere ineunte, choreas ducere, et alternis quatere terram pedibus, putabantur. v. Horatius 1. od. 4. Verbum συγχορεύειν legitur etiam fragm. 1, 11. Χορεύειν autem proprie est *saltare in orbem manibus consertis*. vid. Neocorus ad Aristoph. Plut. 761.

12. Falsus est Barnesius, qui credat Στέψον ἔν esse amphimacrum, cum sit anapaestus. Veteribus enim vocales breues etiam pro breuibus fuerant ante geminas, duplicesque, consonantes: quod ostendunt et exempla, quae ipse adducit ex Homero. Sic et noster inferius [od. 53, 2.] Μέλπομαι ῥόδον θερινόν. Neque enim antiquissimi semper seruabant positionem. B. Verba στέψον ἔν με, aut ad ῥόδον referri possunt, vt rosam compellet poëta, et roget, velit ipsius tempora cingere, aut, quod magis placet, ad amicum, quocum potaturus erat. Dixerat enim supra v. 1. τὸ ῥόδον ἀναμίξωμεν Διονύσῳ· v. 5. πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες. Conf. odar. 4, 14. s.

qui quidem corruptus e

Etsi Barnesius repererit in Vaticano exemplari λυρίζω pro λυρίσω· ipse tamen de suo posuit λυρίσσω, mero Ionismi amore: neque habet Διόνυσε pro trisyllabo. Abhorret enim delicatulus noster a synecphonesi: quam tamen Dionysius in Periegesi secutus est in isto [v. 38.]: Ἄγχι δ' Ἐρυθραῖόν τε, καὶ Αἰθιόπιον, καλέουσι. B. Legi haud dubie debet, aut λυρίζων, quod cohaereat cum verbo χορεύσω, aut λυρίζω, ita, vt discernatur a sequentibus verbis nota coli. Nam etiam odar. 12, 4. 7. est ψαλίζω, atque ἐκθερίζω, et codicis Vaticani scriptura eodem ducit. Neque vero offendere quenquam haec mutatio propterea debet, quod copula careant sequentia verba. Nam laetam, hilaremque, linguam eiusmodi vinculis non adstringi, quis nescit?

14. Κάρη

14. Κούρη βαθύκολπος poëtae dicitur *cui sunt grandiusculae mammae, et quasi sororiantes.* Graecis in deliciis fuisse pingues, et proceras, alias ostensuri sumus. Nescio, cur nugari dicat Professor, qui priorem syllabam in βαθυκόλπου, atque στεφανίσκοις, productam volunt ob latentem spiritum asperum in littera φ, atque eodem tamen tempore concedat, illud fieri ante quoduis aspiratum; nisi quod ista ratio exturbatura erat suos Ionicos pedes ἀπ' ἐλάσσονος, neque nobis opus esset metrica eius arte. B. Κούρη βαθύκολπος videtur esse omnino *formosa puella.* Nam etiam Anacreon vocabula, partem pulchritudinis quandam, nempe eam, quam maxime spectari vult, significantia, ita ponit, vt iis totam pulchritudinem indicet: vt odar. 6, 7. κούρη χλιδανόσφυρος· et v. 8. ἁβροχαίτας κοῦρος. Βαθύκολπος autem est epitheton puellarum Graecarum, et Troianarum, apud Homerum: vid. Il. σ', 123. 339. ώ, 215.: et Musarum ap. Pindar. Pythionn. 1, 23. s. add. Lycophronides ap. Athen. 13, 2. p. 564. B. Sed de vsu vocabuli βαθύς, magnitudinem quandam, et multitudinem, significantis, v. Spanhemius ad Callim. h. in Apol. v. 65. et Reitius ad Lucian. p. 608. s. To. 1. Conf. Faber ad h. l. Caeterum σηκοὶ, quae sunt fere *septa*, et *stabula, ouium*, aliarumque pecudum: Gloss. vett. Σηκὸς τετραπόδων *Septus*: Timaeus Glossar. Platon.: Σηκός· ἔπαυλις τριγχῷ περιεχομένη· vt ap. Longum Pastorr. 2. p. 70.: hoc loco accipi debet, vel de ipso *templo:* Gloss. vett. Σηκὸς, τὸ ἱερὸν, *Templum, fanum:* vel potius de *sacello* s. *cella*, i. e. parte templi ea, in qua est statua dei: Hesychius: Σηκός· μάνδρα, ἐνδότερος τόπος τοῦ ἱεροῦ· aut omnino de *sacellis*, h. e. locis septis, in quibus stat simulacrum Bacchi. v. Faber ad h. l.: Valquenar. lectt. Ammonn. 2, 19.: Arnaldus animaduerss. p. 1. ss.: Salmasius exercitatt. Plinn. p. 857. a: Pollux 1, 6.: Suidas h. v.: schol. Hom. ad Il. θ', 131.: Eustath. ad Odys. ι p. 1625. 21.: Philemon Lex. ap. Villoison. ad Apollonii Lex. Homer. p. 716. s.

16. Herodo. 7, 197. στέμμασι πᾶς πυκασθείς. Eurip. Alcest. 796. στεφάνοις πυκασθείς· et v. 831. s. κάρα στεφάνοις πυκασθείς. Clemens Alex. Paedag. 2. p. 180. A, Οὐ γὰρ ἁρμόδιον, ῥόδων κάλυξιν, ἢ ἴοις, ἢ κρίνοις, ἢ ἄλλοις τισὶ τοιούτοις ἄνθεσι, χαίτην πυκάζεσθαι κωμαστικήν. Caeterum nec huius odarii metrum discrepat a metro odarii superioris, nisi quod v. 2. 5. 12. 13. 14. non seruant leges metricas: in quibus restituendis interpretes, aliique viri docti, multum, sed frustra, sudarunt. vid. quae hac de re a nobis ad titulum corpusculi horum odariorum dicta sunt.

ΣΤ' ΚΩΜΟΣ *

Στεφάνους μὲν κροτάφοισι
Ῥοδίνους συναρμόσαντες,
Μεθύομεν ἁβρὰ γελῶντες.
Ὑπὸ βαρβίτῳ δὲ κούρα,
Κατὰ κισσοῖσι βρέμοντας
Πλοκάμοις φέρουσα θύρσους,
Χλιδανόσφυρος χορεύει.
Ἁβροχαίτας δ' ἅμα κοῦρος,
Στομάτων ἁδὺ πνεόντων,
Κατὰ πηκτίδων ἀθύρων,
Προχέει λίγειαν ὀμφάν.
Ὁ δ' Ἔρως ὁ χρυσοχαίτας,
Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου,
Μετὰ τῆς καλῆς Κυθήρης,
Τὸν ἐπήρατον γεραιοῖς
Κῶμον μέτεισι χαίρων.

VARIETAS LECTIONIS

* Κῶμος *habent etiam Barn. Lam. Born.* ἄλλο ἐρωτικὸν ᾠδάριον *cod. Vatic. p.* 686.: *in quo hoc odarium eſt odarium primum, et quadrageſimum. Vnde* ἐρωτικὸν, ἢ κῶμος, *habent Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. In libris editis reliquis eſt,* εἰς τὸ αὐτὸ, *nempe* τὸ ῥόδον. 2. σὺν ἁρμόσαντες *cod. Vatic.* 3. ὑπὸ βαρβίτωι δὲ κοῦρα *cod. Vatic.* μεθύωμεν *attulit Barn., neſciebam vnde. Ita certe coni. Arnaldus animaduerſſ. p.* 4., *vt odar.* 5, 5. πίνωμεν. *Sed Zeun. p.* 8. *coni.* Μεθύωμιν ἁβρὰ λῶντες, *vt Barn., vel* μεθύωμεν ἐκγελῶντες, *vel* μεθύωμεν ἂν γελῶντες, *vel* πίομεν ἁβρὰ γελῶντες. 4. κέρη *Barn. Lam.* 5. κατακίσσοισι *coni. quidam ap. Steph., probb. Fabro, Metario, Pauo: quod recepere Flaid. Brunequ. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig.: et ſic legit iam Salmaſ. Hyl. iatr. p.* 3. *et epp.* 1, 12. *p.* 29. κατακίσσοισι βρύοντας *Barn. Suart. p.* 30. κατὰ κισσοῖσι βρύοντας *Lam.* κατὰ κισσινοῖς βρέμοντας

τας coni. Zeun. p. 9. 7. *χορεύει cod. Vatic.* 8. *ἀβροχαῖται — κοῦροι cod. Vatic. χ' ἅμα κοῦρος ἀβροχαίτας Lubin. ἀβροχαίτης Barn. Lam. Suart. Val. p. 122. ἀβροχαίταις δ' ἅμα κούροις — Κατὰ πηκτίδων ἀθύρω Προχέων λίγειαν ὀμφὴν coni. Salmas., improb. Brunequ. in Arg. 1. ἀβροχαῖτα coni. Zeun. p. 10.* 9. *ἡδὺ Barn. Lam. Val. p. 122.* 10. *καταπηκτίδων ἀθύρειν: προχέειν cod. Vat. ἀθύρει Barn. ἀθύρει Προχέων Stephanus ait, nesciebam vbi, extare: quam scripturam recepere Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born.* 11. *προχέων λιγεῖαν ὀμφὴν Barn. Val. p. 122. προχέων λιγεῖαν ὀμφὰν Lam. Sed ἀθύρων προχέει vera lectio est. nam genitiuus στομάτων pendet a verbo προχέει. Ἀθύρων, προχέων, vt Lamius edidit, ferri plane non potest. Pauus volebat v. 11. praeponi v. 10. sine caussa.* 12. *χρυσοχαίτης Barn. Lam. Suart. p. 30. Val. p. 122. ὁ χρυσοχαῖτας cod. Vatic.* 14. *καὶ τῆς καλῆς Steph. Morel. Comel. Lubin. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Arg. 1. 2. Brig. Born. Parm. Suart. p. 20. et p. 30. μετὰ καὶ καλῆς K. Val. p. 122. καὶ τῆς καλῆς Κυθερείας cod. Vatic.* 15. *γ' ἐραστοῖς coni. Lennep. animaduerss. ad Coluth. 1, 10. p. 48. male.* 16. *μεθύησι cod. Vatic. male.*

ANNOTATIONES

ODE VI

* Κῶμος est etiam *carmen, quod canitur a comissantibus.* Hesychius: Κῶμοι· ἀσελγῆ ᾄσματα πορνικά, συμπόσια, ᾠδαί· vbi v. Albertius. Phauorinus: Κῶμος· ἡ μετ' ὀρχήσεως ᾠδή. Atque sic vocabulum accepit hoc loco Suartius in libello de comissationibus veterum p. 29., Altorpii edito A. C. 1744. 4. Recte: sed ita tamen, vt ipso hoc odario contineri intellegatur *comissationis* descriptio, h. e. compotationis nocturnae, in qua carmina amatoria canuntur, ioci lasciui audiuntur, choreae ducuntur, ita, vt compotores coronati, facesque, organaque, tenentes, aduolent ad amicularum aedes, ianuarumque claustra effringant. vid. Clem. Alex. Paedag. 2, 4. p. 163.: Eamb. Bosius exercitatt. philologg., et Albertius obseruatt. philologg., ad Romm. 13, 13.

1. Pes trochaicus loco iambici, sicuti et inferius versibus 5. 8. 9. B. Callim. fr. 106, 2.

2. Auctoritate huius loci, et odar. 5, 15., elegantiam, et antiquitatem, vocabulo ῥόδινος asserere conatus est Casaubonus ad Athen. 15, 6. p. 957.: a quo 10, 10. p. 438. F talis corona vocatur πλεκτὸς στέφανος ῥόδων. Speciem eius habet Smeizelius in opusculo de coronis p. 21.

3. Μεθύομεν hoc loco anapaestus est. nam ἐν συνεκφωνήσει profertur, sicuti *tenuia* apud Virgilium [Georgg. 1, 397. 2, 121. 4, 38.]. Notandum est etiam, vltimam produci propter sequentem aspirationem, atque etiam poni ο pro ω per poëticam συστολήν. Quin et vltima vocis ἁβρὰ producitur ob accentum, vti superius. B. Verbum μεθύειν explicari recte potest verbis Plauti Curcul. 1, 2, 35. *ingurgitare in se merum.*

4. Ve-

4. Vocalis *α* in *κέρα*, *ἁβροχαίτας*, *χρυσοχαίτας*, *ἀδὺ*, et *ὀμφὰν*, a Barnesio, more suo, mutatur in *η*, Ionismi tantum studio, ac si Anacreon magis nesciret Dorice, quam Theocritus Ionice. Quis dicat, an haec poëta cantauerit in Aeolica vrbe? Quantulum distabat Ephesus ab Aeolum vrbe Magnesia? Notandum vero, dici *subter barbito*, vt apud Horatium [A. P. 78.] *sub iudice:* quod in editiore loco sederet fidicen. B. Immo *ὑπὸ βαρβίτῳ* est *ad barbiton:* vt odar. 42, 16. Fragm. 89, 4. ita legitur *ὑπ' αὐλῶν·* vt ap. Hesiod. Ἀσπ. 280. s. *ὑπὸ φορμίγγων*, et *ὑπ' αὐλοῦ*, atque ap. Aristoph. Acharnn. 1000. *πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος*. Sed ap. Strabon. 3. p. 233. A est *πρὸς αὐλὸν, καὶ σάλπιγγα, χορεύοντες·* vt odar. 48, 7. *μετὰ βαρβίτων ἀείδων*. De quo vsu particulae *ὑπὸ* v. Faber ad h. l.: Graeuius ad Hesiod. Ἀσπ. 280.: Ducquerus ad Thucyd. 5, 70. p. 360.: Hemsterhusius ad Lucian. p. 355. To. 1.: Valquenar. ad Herodo. 7, 21. p. 521.: et nos animaduerss. ad Velleri grammat. p. 398.

5. Barnesius gloriatur, se primum *βρύοντας* reposuisse pro *βρέμοντας*, et miratur, neminem ante se id fecisse, cum, vt ille, *κατακίσσοισι* scripserint vna voce, parum aduertens, etsi a nobis monitus, diuidi praepositionem *κατὰ* per *τμῆσιν* a participio *βρέμοντας*. Cum autem, et *hederae*, et *thyrsi*, et *saltatio* omnis, ad Bacchi spectent cultum, quod, vel aptius, vel efficacius, thyrsis epitheton voce *βρέμοντες*? Cur modo non veretur magnis autoribus fraudem facere? nisi forsan aliorum vice semper soleat vereri. B. Hes. Scut. 298.

6. Huc facit vel maxime, quod a vetere Horatii interprete, a Cruquio edito, dictum video, ad Epod. 16, 45.: *Thyrsi, et arborum rami sunt, et velamina puellarum:* vt et *θύρσοι* sint pro *serto*, vel *corona*. B. Nempe Baxterus locum ita intellexit. *Θύρσους* accepit de *corona*, ita, vt *θύρσοι καταβρέμοντες κισσοῖσι* esset *corona hederacea*: quali corona redimita visuntur tempora Bacchi in numo Vildiano ap. Brucusium ad Tibul. 3, 6. 2.: vbi Bacchus dicitur *hedera tempora vincta gerere*, vt ap. Pindar. Olympionn. 2, 50. *παῖς* [Semeles] *ὁ κισσοφόρος*, et Anthol. 6, 5. 2. *Κισσοκόμας βρόμιος·* et *πλοκάμοις*, h. e. *ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς πεπλεγμέναις·* v. schol. Theocriti ad Idyl. 13, 7.: absolute dictum putauit pro *ἐν*, vel *ἐπὶ*, *πλοκάμοις*. Ex hac ratione *κέρα, κατὰ κισσοῖσι βρέμοντας πλοκάμοις φέρουσα θύρσους*, foret *puella hedera tempora vincta gerens*. At desidero hunc vsum vocabuli *θύρσος·* quo certe *hederacea corona* significetur necesse est. Tum vero *κισσοῖσι* plane superuacaneum foret. Immo *θύρσος* est *hasta*, *virga*, implexa, vel *hedera*, vel *pampinis:* quales baculos Bacchus, et Bacchantes, gestasse feruntur: Hesychius: *Θύρσος· ῥάβδος, βακτηρία, Βακχική· ἢ κλάδος·* vid. Anacr. epigr. 4, 1.: Himer. Eclog. 19, 2. p. 264. Vernsd.: Macrob. Saturnn. 7, 1.: Plin. H. N. 16, 34.: interpres Graecus Dionys. Perieg. ad v. 948.: et Bodaeus ad Theophrast. hist. plantt. 4, 3. p. 309.: sed hoc loco simpliciter *hasta*, *baculus:* v. Salmas. Hyl. iatr. c. 3. p. 5. C, et Lacquemach. obseruatt. philologg. 2, 3. P. 1. p. 47. ss. *Κισσοὶ πλόκαμοι* sunt *nexus*, *plexus*, *hederacei*, vel simpliciter *hedera*, quatenus plexa est. nam *κισσὸς πλόκαμος* dictum est pro *κίσσινος πλόκαμος*, vt *γυνὴ μαζὸς*, pro *γυναικεῖος μαζὸς*, ap. Homer. Il. ώ, 58.: vbi v. Barnesius: et *θύρσοι κισσοῖσι πλοκάμοις καταβρέμοντες* est *virga*, *baculus*, *frondibus hederarum circumplicatus*, *hedera*, *circumfusus*. Nam quia hedera vel leuissime concussa sonitum edit: propterea *θύρσοι* dicuntur *καταβρέμοντες*, pro *ἔχοντες*, ob verbum *χορεύει*. nam qui saltat, is corpus motitat, atque adeo *κισσοὺς πλοκάμους*, ita, vt sonitum edant. Hesychius: *Βρέμει· ἠχεῖ*. add.

schol.

ſchol. min. Hom. ad Il. ξ', 396. Sic vero intellegitur, primum *καταβρέμοντας* elegantius verbum eſſe, quam *βρύοντας*· deinde nullo modo legi poſſe *κατακίσσοισι*. nam *κατάκισσος* eſt *hedera tectus*, *hedera obductus*: v. Salmaſ. ad Solin. p. 620. et p. 826., et Hyl. iatr. c. 3. p. 3. ſ.: non *hederaceus*, vt vertit Barneſius, et ante eum Faber. Sed *θύρσοι βρύοντες κατακίσσοισι πλοκάμοις* nulli ſunt. Caeterum de hedera, variiſque eius generibus, expoſuit Bodaeus in commentario in Theophraſti libros hiſt. plantt., loco non vno.

7. Hoc eſt *καλλίσφυρος*, vel *εὔσφυρος*. nam, et a forma, et candore, pedum laudari veteres, inferius dicemus. B. *Χλιδανόσφυρος κόρα* proprie eſt *puella pedes delicatos habens*: deinde omnino *formoſa puella*. Laudat enim poëta hanc potiſſimum pulchritudinis partem, quia puella dicitur *χορεύειν*· ſed tum pedes maxime ſpectantur. Heſychius: *Εὔσφυρος· καλλίσφυρος· ἀπὸ μέρους, καλή*. Apollon. Lex. Homer. p. 454. *Καλλίσφυρος· ἀπὸ ἑνὸς μέρους τὴν ὅλην καλὴν βούλεται δηλοῦν*· vbi v. Villoiſonius. Etymol. M. p. 487. *Καλλισφύρου· εὐπρεποῦς, καλῆς· ἀπὸ μέρους, τῶν σφυρῶν*. add. Euſtath. ad Il. ξ' p. 989. 16. Rom. Aelianus V. H. 12, 1. p. 710. Gron. *Ἦν δὲ καὶ τὰ σφυρὰ ἀγαθὴ, καὶ οἵας Ὅμηρος λέγει τὰς ὡραιοτάτας γυναῖκας κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φωνὴν καλλισφύρους ὀνομάζων*.

9. Barneſius de ipſius puſionis voce intelligit, minus recte, vt nobis videtur. Neque ſane opus eſt, vt refingatur *ἀθύρει προχέων*, etſi Vaticanus codex illud repraeſentet. Tollit etiam *ὁμοιοτέλευτον* Anacreonti admodum familiare. B. Recte tuetur Baxterus lectionem *ἀθύρων, προχέει*. Nam fingitur puer canere ad pectida. Pluralis enim *πηκτίδων* habet vim ſingularis, vt *στομάτων πνεόντων* dictum eſt pro *στόματος πνέοντος*. Πηκτὶς autem erat *ὄργανον ψαλτικὸν* [vid. fragm. 16. et Ariſtot. polit. 8, 6. p. 611. D To. 3. Duual.], intentum neruis pluribus [*πολύχορδον*· v. Plato apud Athen. 5, 25. p. 183. A], diuerſum ab eo, quod *μάγαδις* appellatum legitur: v. Phillis Delius apud Athenaeum 14, 9. p. 636.: hoc enim habuit viginti chordas: v. fragm. 20.: etſi non neſcio, Ariſtoxenum, et Menaechmum Sicyonium, tradidiſſe, *μάγαδιν*, et *πηκτίδα*, vnum fuiſſe, idemque, inſtrumentum: vid. Athen. d. l. p. 635. E: ita, vt *κατὰ πηκτίδων ἀθύρειν* idem ſit, quod fragm. 16, 5. *ψάλλειν πηκτίδα*, *pulſare digitis pectida*. Et *στομάτων ἁδὺ πνεόντων προχέειν λίγειαν ὀμφὰν* eſt *dulce*, *ſuaue*, *canere*. Quia igitur verbis *στομάτων προχέει ὀμφὰν* ſignificatur res primaria, ſed verbis *κατὰ πηκτίδων ἀθύρων* oſtenditur tantum, quomodo cantus vocis fiat, nempe ad pectida: ſatis apparere arbitror, neceſſe eſſe, vt legatur *ἀθύρων προχέει*, vt legit etiam Bern. Martinius Varr. lectt. 2, 11., non *ἀθύρει προχέων*, neque ſine magna elegantia verba *στομάτων ἁδὺ πνεόντων*, interpoſito verſiculo *κατὰ πηκτίδων ἀθύρων*, ſeiuncta eſſe a verbis *προχέει λίγειαν ὀμφάν*. Similis locus eſt odar. 9, 3.—5. Caeterum *κοῦρος ἁβροχαίτας* eſt *puer cultos*, *comtos*, *delicatos*, *habens*, *capillos*., h. e. *pulcher*. Heſychius: *Ἀβροκόμας· ὁ τὴν κόμην φαιδρὰν ἔχων*· vt Cupido v. 12. *χρυσοχαίτας*, et fragm. 36, 2. *χρυσοκόμης*, *auricomus*; vid. ad odar. 29, 4.: vocatur, h. e. *formoſulus*; vt ab Ouidio Remedd. amor. 39. *aureus*. v. Heinſius ad Ouid. Amorr. 1, 2. 41. Vocabulum *ἁβροχαίτης* in appoſitis Apollinis legitur Anthol. 1, 38. 12, 2.

10. Barneſius, ad oden iſtam, *πηκτίδας* habet pro *pandura*, cum nos in priore noſtra editione *plures* dicamus *tibias*, *ſiue fiſtulas*, *in vnum organum coniunctas*, *ad formam paſtoralis fiſtulae*, *ſeu pandurae*. Hic

Hic tamen ad fragmentum 84. se doctior factus ex idoneis autoribus ostendit, πηκτίδας esse μάγαδιν Lydium, atque Hesychium αὐλὸς dixisse κιθαριστηρίας. Viginti fuisse chordis, ostendit ipsum fragmentum, ex Athenaeo [14, 9.] adductum: Ψάλλω δ' εἴκοσι πάσαις Χορδαῖσιν Μάγαδιν ἔχων, Ὦ Λεύκασπι· σὺ δ' ἡβᾷς. *Magadin* dici puto, quod nobis est *organon*. vnde et Graecis natum prouerbium, Μάγαδι, λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι, καὶ μέγα. Pro καὶ legimus μετὰ, poscente metro: neque Barnesius irascitur, vt solet, forsan Baxteri oblitus B. Etiam numerosior ita fit, auribusque iucundior, oratio. Ἐρόεσσαν ψάλλω πηκτίδα legitur fragm. 16, 4. s., et πηκτίδ' ἔχοντα καλὴν fragm. 121.

11. Argentarius epigr. in merulam Anthol. 1, 60. 1. v. 6. Μέλπε, λιγὺν προχέων ἐκ στόματος κέλαδον. Sic *lasciuia* vocatur λίγεια ... Meleag. ... φιλα λιγεια. ab Aeschylo Agamemn. 1155. et a Sophocle Oed. Col. 6[?]. s. Hesychius: Ὀμφή· — φωνή· item: Λίγειαι· ἡδεῖαι. Vide Wolf. Poetr. p. 9. et p. 104.

13. Phurnutus N. DD. c. 30. p. 214. Gal. de Baccho, ἀφ' ὃ — Λυαῖον ἐπωνόμασαν, λύοντα τὰς μερίμνας. Sed Diogenes Laërt. 4. 61. epigr. in Lacyden, Ἦ σαφὲς ἦν, Διόνυσος, ὅταν πολὺς ἐς δέμας ἔλθοι, Λῦσε μέλη· διὸ δὴ μήτι Λυαῖος ἔφυ; Eustath. ad Il. α' p. 108. 9. Rom. Ὅθεν καὶ Διόνυσος Λυαῖος, ὃ μόνον ὡς ἐκλύων μέλη, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ αἴτιος ἄναι λύης [h. e. στάσεως, vel διαστάσεως] τοιαύτης, ἐν τῷ ἀμέτρως πίνεσθαι. Prima vero illa nominis etymologia haud dubie caeteris verior est. Certe Latini quoque Bacchum dixere *Liberum*, quod liberaret seruitio curarum animum. v. Seneca de tranquil. animi c. 15. extr.

16. Solute efferendum est, ac si esset Κόσμον· sic constabit anapaestus. Ex hac voce coniicere licet, peruigilium Bacchi, vel certe alicuius numinis, hac oda celebrari. Idem enim κῶμος Graecis, quod et *peruigilium*, siue *comissatio*, Latinis. Maxime conuenit sermo Doricus rustico temulentorum choro. B. Non erat, quod Lennepius pro γεραιοῖς reponendum censeret γ' ἐρασταῖς. Nam vel ex odar. 38, 2. et 11. ss. 47, 1. 3. et 52, 11. — 13. discere poterat, senes, in his Anacreontem, et compotationibus, et saltationibus, atque adeo comissationibus, tum in primis delectatos esse. Conf. Horatius 2. od. 11. Nam ἐπήρατος est *gratus*, *iucundus*: vt ἐρατὸς odar 5., 9. Hesychius: Ἐπήρατον· ἐπέραστον. Caeterum μέτεισι recte habet. Deos enim interesse consueuisse, vel potius creditos fuisse interesse, comissationibus, et a comissatoribus [κωμασταῖς] cultos esse, accurate docuit Suartius d. l. p. 19. ss. Homerus Il. ν', 298. scripsit πολεμόνδε μέτεισι, h. e., auctore scholiasta, εἰς τὸν πόλεμον παραγίγνεται. Caeterum metrum huius odarii simile est metro odarii superioris, ita tamen, vt v. 1. 3. 5. 8. 9. 16. leges metricae neglectae esse videantur.

Ζ΄ ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ *

Ὑακινθίνῳ με ῥάβδῳ
Χαλεπῶς Ἔρως βαδίζων
Ἐκέλευσε συντροχάζειν.
Διὰ δ᾽ ὀξέων μ᾽ ἀναύρων,
Ξυλόχων τε, καὶ φαράγγων,
Τροχάοντα τεῖρεν ὕδρος.
Κραδίη δὲ ῥινὸς ἄχρις
Ἀνέβαινε, κἂν ἀπέσβην.
Ὁ δ᾽ Ἔρως μέτωπα σείων
Ἁπαλοῖς πτεροῖσιν, εἶπε·
Σὺ γὰρ ȣ̓ δύνῃ φιλῆσαι.

VARIETAS LECTIONIS

* ἄλλο ἐρωτικὸν *cod. Vatic. p.* 623.: *quo in libro hoc odarium eſt vndetriceſimum.* 1. ὑακινθίνη με ῥάβδωι *cod. Vatic.* ὑακινθίνῃ *Steph. Morel. Comel. Lubin. Flaid. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born. Parm. et Doruillius Obſeruatt. miſcell. p.* 366. *Vol.* 2. *bene. At nec altera generis forma repudiari debet. Sic odar.* 3, 1. μεσονυκτίοις ὥραις. *v. Animaduerſſ. ad Veller. p.* 137. *ſ.* 2. χαλεπὸς *cod. Vatic.* βαδίζοντ᾽ *Barn. e coni. Dan. Heinſii, prob. Zeunio p.* 12. χαλεπὸς — ῥαπίζων *Argent.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born. e coni. Bruncquii.* χαλεπὼς — ῥαπίζων *Val. p.* 122.: *quae ſit forma nominatiui Attica ſcilicet.* 3. ἐκέλευε *cod. Vatic. et Doruillius Obſeruatt. miſcell. d. l., itemque Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born.* 4. ὀξέων ἀναύρων *Doruil. d. l.* 6. τεῖρεν ἱδρὼς *coni. Salmaſius, et Dorvillius Obſeruatt. miſcell. d. l. nam* ἱδρὼς *ſcriptum erat in cod. Vatic., auctore eodem Doruillio d. l. et ad Charit. p.* 371. *Scilicet cod. Vatic. habet* ἱδρὸς. *Receperunt Arg.* 1. 2. *Bruncqu. Analectt. Deg.* 1. 2. *Brig. Born., probb. Burmano ad Anthol. Lat.* 3. *egigr.* 244. *p.* 673. *To.* 1., *Barthio p.* 6., *et Val. p.* 122. *ſ.* τροχάοντ᾽ ἔτειρεν ἱδρὼς *Ioerd.* 7. ῥῖνας *legit Doruil. ad Charit. d. l.: ſed Obſeruatt. miſcc. d. l. habet* ῥινός, *recte.* 9. σαίνων *coni. Bruncqu.* 10. εἶπεν *Steph. Comel. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Parm. Sed Morel. iam edidit* εἶπε. 11. σὺ μὲν ȣ̓ *Met.* 2. σὺ γὰρ ȣ̓δαμῆ φιλήσεις *coni. Barn.*

ANNOTATIONES

ODE VII

1. *Hyacinthus* Virgilii [ecl. 1, 18. 50. 10, 39.] *vaccinium* eſt, quod Salmaſius Iridem eſſe ſatis probauit [ad Solin. p. 861. ſſ.]. Erat autem flos iſte Amori ſacer. *Et tinctus viola pallor amantium* [Horat. 3. od. 10, 14.]. B.

2. Nihil opus fuerat, Barneſium, Danielem Heinſium, quod ipſe ait, ſecutum, feciſſe in accuſatiuo *βαδίζοντ'*, ac ſi *χαλεπῶς aegre* eſſet, ſiue *difficulter*. Nolim fraudem fieri magnis autoribus. B. Ῥάβδος ὑακίνθινος reddi poteſt *ſceptra hyacinthina*, ſcapus hyacinthinus: vt ap. Ouid. ex Pont. 3, 3. 14. Amori dantur *ſceptra*, vel *fulcra*, *acerna:* vbi v. Heinſius. Nam Cupido non ſemper currebat, et volabat: ſed nonnunquam ambulaſſe fertur, et, arcu poſito, cepiſſe, vel πέλεκυν, vel ῥάβδον βοηλάτιν. vid. odar. 40. 59. fragm. 25. et Moſchus Anthol. 4, 12. 49. 1. Sed ego totum locum ita intellegebam, *Cupido ambulans me vehementer increpuit ſceptris hyacinthinis, vt cum ipſo currerem:* vt verba ὑακ. ῥ. χαλεπῶς cohaererent cum verbo ἐκέλευσε, et hoc valeret *ferire*, πλῆξαι [Laërt. 6, 66.]. Nam verba orationis non raro ad res ipſas, et facta, transferuntur, et contra, quum oratio, et res, fere coniunctaé eſſe ſoleant. Sic ap. Sen. de ira 3, 12. eſt *verberibus obiurgare:* et ap. Perſium ſat. 5, 169. *ſolea obiurgari.* vid. Graeuius ad Flor. 1, 1. 8. et Abreſchius dilucc. Thucydd. p. 165. Neque enim credibile eſt, Anacreontem, Cupidinis ſeruum blandum, et vrbanum, hunc dominum ſuum nominaſſe χαλεπόν· et ſcriptores illius aetatis non ſolebant verbum ῥαπίζειν ita ponere, vt eſſet idem, quod τύπτειν· v. Proluſſ. de vitiis Lexx. N.T. 3, 2. Itaque qui auctorem huius odarii putant ſcripſiſſe χαλεπὸς Ἔρως ῥαπίζων, hi eum diu poſt Anacreontis tempora vixiſſe dare ſponte videntur.

3. Signata vox. B. Sic odar. 41, 1. eſt τροχάζειν. Sed ipſum verbum συντροχάζειν de rota legitur apud τὰς ό Eccleſ. 12, 6.

4. *Anauri* etiam fluminis mentio eſt apud Moſchum [Idyl. 2, 31.] in iſto: φαιδρύνοιτο χρόα προχοῇσιν Ἀναύρω· et apud Lucanum [6, 369. ſ.] in iſto: *Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem Aera, nec tenues ventos aſpirat Anauros.* Hoc equidem eo libentius adduco, quod notationem tangat nominis. B. Ἄναυροι ſunt *torrentes.* Schol. Apollon. Rhod. ad 1, 9., et ex eo Phauorinus: Ἄναυρον λέγει τὸν χείμαῤῥον· οἱ γὰρ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενοι ποταμοὶ ὅτω καλῦνται. Etiam interpres Dionyſii Perieg. gloſſam ἀναύρων v. 1118. explicauit verbis ποταμῶν χειμάῤῥων· et Euſtathius notauit ad eundem locum haec, Ὅτι τὰς χειμάῤῥας καὶ ὅτος ἀναύρες λέγει, διὰ τὸ μὴ ὁμοίως τοῖς ἀεννάοις αὔρας ἀποτελεῖν. Etym. M. Ἄναυρος, ὁ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενος ποταμός, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὔρας· οἱ χείμαῤῥοι, καὶ διώρυχες, καὶ ὀχετοί· Διογένης· add. Tzetzes ad Lycophron. p. 205. Philoſtrat. ep. 22. p. 923. τὸν ἄναυρον διαβαίνοντος αὐτῦ τὸν ποταμόν. Vid. omnino Iac. Nic. Loënſis epiphyll. miſcell. 5, 21. 475. ſſ. ſuppl. To. 5. theſ. Gruter. add. Schneiderus ad h. l. p. 289. Sed ὀξεῖς ἄναυροι ſunt *rapidi torrentes* [Virg. Aen. 2, 305.]. Vid. Menagius ad Laërt. 9, 80. et Fabricius ad S. Empir. hypotypp. Pyrrhonn. 3, 15. p. 157., qui dixit ὀξεία ποταμῦ ῥύσις. Nam ὀξὺ vocatur *quicquid vehemens eſt, et acre, quicquid penetrat, et vehementer laedit.* v. Graevius ad Heſiod. Ἔργ. 414.

5. *Ξύλοχος* est verbum Homericum. v. Il. έ, 162. λ', 415. Hesychius: *Ξύλοχος· σύνδενδρος τόπος, καὶ ξυλώδης, δρυμὸς, ὕλη, ἢ θηρίκ κοίτη.* Hoc loco eo significantur, non tam *fruticeta*, quam *montes syluosi, frutetis obsessi*, quum *ξύλοχοι* ad *φάραγγας valles* referantur. Sic ap. Palaephat. fab. 15. pro *εἰς ὄρος* codd. Oxonn. Rau. Mosqu. habent *εἰς ξύλοχον*. *Ὕδρος* autem est anguium genus, quod viuit in aqua, et terra. vnde etiam *χέρσυδρος* dicitur. vid. Plin. H. N. 29, 4. et ibi interpretes. Gloss. vett. *Ὕδρος, ὄφις, Aquatilis. Ὕδρος Natrix, aquarius.* Suidas, et ex eo Phauorinus: *Πείρω· — κεντῶ.*

6. Homer. Odyss. ό, 450. *ἁματροχόωντα θύραζε·* ex quo loco sumta est glossa ap. Hesychium: *Ἁματροχόωντα· συνεκτρέχοντα.*

7. Etiam ventriculus apud vetustos pro corde habitus est. vnde *cardiaci* dicti sunt, qui minus valebant stomacho. B. Herodi. Philet. p. 481. *Ἄχρι, καὶ μέχρι, ἄνευ τοῦ σ· τὸ δὲ σὺν τῷ σ, Ἰωνικόν.* Moeris: *Ἄχρι, ἄνευ τοῦ σ, Ἀττικῶς· ἄχρις, Ἑλληνικῶς.* Bion. I, 85.

Bion. III, 8, 7. 9. Animo enim linquebatur Anacreon. Hunc locum imitatum fuisse Bionem ostendit Professor, in isto versu [Idyl. 1, 85.]: *Ὅς δ' ὄπιθεν πτερύγεσσιν ἀναψύχει τὸν Ἄδωνιν.* B. Scilicet *κραδίη* est *anima, animus, ψυχή* [v. Plato ap. Laërt. 3, 32. Gataquerus aduerss. miscell. 2, 6. p. 302. F, Muncquer ep. ad Nic. Heinsium p. 409. ep. 350. syllog. Burman. To. 5. et Villoison. ad Apollon. Lex. Hom. p. 568.], ita, vt *κραδίη ῥινὸς ἄχρις ἀνέβαινε* sit *animus me linquebat, linquebar animo*: sed verba *κᾶν ἀπέσβην, et propemodum extinctus*, mortuus, *sum*. Nam *κᾶν* est, Hesychio interprete, idem, quod *καὶ δή·* vid. odar. 66, 8.: et aoristo *ἀπέσβην* alii quoque scriptores ita vtuntur, vt idem sit, quod *τέθνηκα*. v. Theocrit. Idyl. 4, 39. Timaeus Gloss. Plat. *Ἀπέσβη· τέθνηκεν·* vbi v. Ruhnquenius. Sensus est, *ictus, et morsus, hydri me paene exanimauit.* Sed Cupido dicitur *μέτωπα σείειν ἁπαλοῖς πτεροῖσιν*, Mosch. 2c hoc est, *frontem* Anacreontis *alis demulcere, quo recreetur, animumque collegat.* Conf. Libanius p. 712. C To. 2. Morel.

11. *Τὸ γὰρ* hoc loco *ἐν ἤθει* dicitur, quasi tu dicas, *vti cerno*. B. Nimirum *γὰρ* vices particulae *δὲ* sustinet, vt sensus existat hic, *si tu, ab hydro laesus, animo linqueris: quid fiet, si ego telis cor tuum traiecero?* Conf. odar. 40, 13. ss. Putamus enim, v. 6. recte legi *πεῖρεν ὕδρος·* vt visum est etiam Martinio Varr. lectt. 1, 11. Nam quanquam coniectura Salmasii, et Doruillii, qui, codice Vaticano praeeunte, legi iubebant *πεῖρεν ἱδρὼς, confecit me sudor; per pectus mihi manauit sudor; aqua frigida fluxit per artus meos*; per se elegans est: ipse enim Homerus hac formula sic vsus est, vt Il. έ, 796. φ', 51.: tamen parum commoda videtur, quum sudor deprimat, et deiiciat, et debilitet, animum, vt non possit recte *ἀναβαίνειν* dici. Conf. Hindenburgius animaduerss. ad Musae. p. 33. Caeterum metrum huius odarii simile est metro odarii tertii.

Η' ΕΙΣ

Η΄ ΕΙΣ ΤΟ ΕΑΥΤΟΥ ΟΝΕΙΡΟΝ *

Διὰ νυκτὸς ἐγκαθεύδων
Ἁλιπορφύροις τάπησι,
Γεγανυμένος Λυαίῳ,
Ἐδόκουν ἄκροισι ταρσοῖς
Δρόμον ὠκὺν ἐκτανύειν,
Μετὰ παρθένων ἀθύρων.
Ἐπεκερτόμουν δὲ παῖδες
Ἁπαλώτεροι Λυαίου,
Δακέθυμά μοι λέγοντες,
Διὰ τὰς καλὰς ἐκείνας.
Ἐθέλοντα δὲ φιλῆσαι
Φύγον ἐξ ὕπνου με πάντες.
Μεμονωμένος δ᾽ ὁ τλήμων
Πάλιν ἤθελον καθεύδειν.

VARIETAS LECTIONIS

* τοῦ αὐτοῦ ὄναρ *marg. cod. Vatic. p. 685.: quo in libro hoc odarium est odar. quintum, et tricesimum.* Εἰς τὸν ἑαυτοῦ ὄνειρον *Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig.: qui tamen editores ita inconstantes fuere, vt in titulo odar. 44. retinuerint* τό. *Born. omisit omnino huius odarii indicem.* 1. νυκτῶν *cod. Vatic.* 2. τάπῃσι *cod. Vatic.* 3. γεγανωμένος *attulit Barn., nesciebam vnde, prob. Val. p. 123.* Λυαίωι *cod. Vatic.* 6. παρθ *cod. Vatic.* 7. ἐπ᾽ ἐκερτόμουν *cod. Vatic.* 10. ἐκεῖνας *cod. Vatic.* 11. δ᾽ αὖ φιλῆσαι *Barn. male. nam* δὲ *per se longum est, quum litera* φ *sequatur. v. Arnald. animaduerss. p. 4. Vnde nec necesse est, vt pro* δὲ *scribatur* δὴ *cum Zeun. p. 16.: quam tamen eius coniecturam probabat Val. p. 123.* ἐθέλοντι *cod. Vatic.* 12. μοι *cod. Vatic.* 13. γε μονωμένος *cod. Vatic., ita, vt syllabae* γε *tria puncta subiecta sint.*

ANNOTATIONES

ODE VIII

2. Ἁλιπόρφυροι τάπητες sunt *peristromata conchyliata* [Cic. Phil. 2, 27.]: *tapetia conchyliata* [Plaut. Pseud. 1, 2. 14.]. Hesychius: Τάπησι ποικίλοις στρώμασιν· item: Ἁλιπόρφυρα· ἁλουργῆ, τετέχνιν, ἐκ θαλασσίας πορφύρας. Sunt glossae Homericae. vid. Odyss. ν', 108. ξ', 306. et Il. ι', 200.: vbi est τάπησι πορφυρέοισιν, vt ap. Theocrit. Idyl. 15, 125. v. Arnaldus animaduerss. p. 234. s.: Albertius ad Hesych. p. 234. To. 1.: et Spanhemius de V. NN. 8. p. 455. To. 1. atque ad Aristoph. Plut. 542. Ab Clem. Alex. Paedag. 2, 3. p. 160. B dicuntur στρωμναὶ ἁλουργαῖ· sed fragm. 74. est ἁλιπόρφυρον ῥέγος. Conf. Hemsterhusius ad Pollux. p. 1192. Caeterum homines diuites, et beatos, cubuisse in tapetibus, disci potest ex Aristoph. Plut. 542. Nam τάπητες sunt *stragulae textiles* [v. Aristoph. Plut. 528.], *ex altera parte villosae*, quum ἀμφιτάπητες sint *stragulae textiles*, *ex vtraque parte villosae*. v. schol. Aristoph. ad Plut. d. l.: Ammonius v. τάπης· et Tho. Magister v. τάπητες. Caeterum ἐγκαθεύδειν est verbum Lat. *indormire* ap. Horat. Epod. 5, 69.: et διὰ τῆς νυκτὸς, h. e. *noctu*, legitur etiam Act. 5, 19.

3. Γεγανυμένος dicitur ex hilaritate nitidus. Γανοῦσθαι dicuntur fictilia, quae tectorio incrustantur, et splendescunt. Barnesius *errare* dicit, *qui has duas voces confundunt*. Equidem ea nullatenus confundi volui: tantum apposui ὁμοίας παράθεσιν. B. Hesychius: Γανύμενος· χαίρων· item: Γάνυται· χαίρει — εὐφραίνεται. Est glossa Homerica. v. Il. ν', 493. Neque tamen γεγανωμένος, quod Barnesius attulit, plane contemnendum videtur, quum odar. 39, 11. legatur μέθῃ γανώσας. Certe γεγανυμένος, et γεγανωμένος, etiam in loco Agathiae, qui a Suida laudatur v. γεγανυμένος, inter se permutata sunt a librariis.

4. Ἄκροισι ταρσοῖς est *suspenso gradu*: *gradu suspenso digitis*: quod ab aliis scriptoribus dicitur ἐπ' ἄκρων τῶν ὀνύχων. Longus Pastorr. 2. p. 63. ἐπ' ἄκρων τῶν ὀνύχων ἔτρεχε· vt Anthol. 4, 14. 1. 3. est, Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; Ταρσὸς δεξιτεροῖο ποδὸς est ap. Hom. Il. λ', 377. Nam ταρσὸς est *planta*, πέλμα, et τὸ πλάτος s. τὸ πλατύ· v. interpres Dionysii Perieg. ad v. 868.: Suidas h. v.: et schol. Hom. ad d. l. Conf. Vernsdorfius ad Himer. orat. 25, 4. p. 819. Herodianus Philet. p. 434. Piers. Ἔδοξα ἰδεῖν· οὕτως ἐρεῖς ἐπὶ ὀνείρατος κ. τ. λ.

5. Δρόμον ἐκτανύειν est simpliciter *currere*, ita, vt adi. ὠκὺν reddi aduerbio *velociter* debeat. Sic Virg. Aen. 12, 909. *extendere cursus* dixit. Errat enim Albertius ad 2. Tim. 4, 7., qui ἐκτανύειν δρόμον putet idem esse, quod διανύειν δρόμον ap. Aelian. H. AA. 3, 2., et κατανύειν δρόμον ap. Herodo. 8, 98. Nam aliud est ἐξανύειν, aliud ἐκτανύειν, i. e. ἐκτείνειν· vt odar. 3, 27. τανύει, i. e. τείνει.

6. Hesychius: Ἀθύρων· παίζων· quae glossa sumta est ex Hom. Il. ο', 364. Nam ἀθύρειν proprie est *ludere more puerorum*. Sed hoc loco μετὰ παρθένων ἀθύρειν est *cum virginibus se oblectare* [Terent. Adelphh. 2, 4. 20.], vt odar. 42, 7.

7. He-

7. Hesychius: Ἐπικερτομῶν· ἐπισκώπτων· ex Odyſ. χ΄, 194. Il. π΄, 744. ω΄, 649.: vt legendum videatur ἐπικερτομέων. Gloſſ. vett. Ἐπικερτομῶ *Increpito.*

8. H. e. *longe venuſtiſſimi*: quatenus venuſtas cenſetur teneritate membrorum. Ouid. Mett. 4, 17. ſſ. de Baccho, *tibi — inconſumta iuuentas: Tu puer aeternus, tu formoſiſſimus — tibi — Virgineum caput eſt.* v. Brucuſius ad Tibul. 2, 3. 35. Conf. odar. 29, 33.

9. Signata vox, et moralis. B. Δακέθυμα λέγειν eſt *mordere dictis*: cuiuſmodi dicta ab Homero Il. α΄, 539. dicuntur κερτόμια· Odyſ. ϑ΄, 185. θυμοδακὴς μῦθος. vid. Salmaſius ad ſcriptt. hiſt. Aug. p. 385. B Pariſ. et Gataquerus ad Antonin. 11, 18. p. 333. Trai. Hesychius: Δακέθυμον· λυποῦντα τὴν ψυχήν.

10. Puellae ab amaſiis dicebantut ſimpliciter αἱ καλαί. v. Arnaldus animaduerſſ. p. 9. ſ.

11. In animo habentem, et per hoc aggredientem. B.

Barneſius etſi agnoſcit φ eſſe ecſtaticum, alieno tamen loco infercit αὖ poſt particulam δέ. B.

12. Figurate dicitur ἐξ ὕπνου pro ἐξ ἐνυπνίου, et comice παρέλκει. B. Πάντες pertinet, cum ad παῖδας, tum ad τὰς καλάς· neque dubito, quin legi debeat, auctoritate cod. Vaticani, ἐθέλοντι — μοι — *e ſomno excitus videbam, omnes mihi effugiſſe: ſie waren mir alle ausgeriſſen*: vt ſit datiuus incommodi. nam μοι, etiam ſequente conſonante, quin recte corripiatur, quis dubitet?

13. Ὁ τλήμων h. e. *ego*: vt ap. Sophoclem Electr. 1481. ſ. Τίνων ποτ᾽ ἀνδρῶν ἐν μέσοις ἀρκυστάτοις Πέπτωχ᾽ ὁ τλήμων; et ap. Ariſtoph. Plut. 603. τί πάθω τλήμων; Neque enim mediocris elegantia linguae Graecae, et Latinae, haec eſt, quod pro pronominibus perſonalibus, quae verbis continentur, adiectiua ponuntur, quae declarent attributa rerum, vel perſonarum, tanquam conditionem, cauſſam, effectum, finem. Sic Horat. A. P. 170. *iuuentis miſer abſtinet*, h. e. *ipſe*: et v. 188. *incredulus odi*, h. e. *ego*. Hesychius: Μεμονωμένος· ἐγκαταλελειμμένος· vt vidua omnibus propinquis, et neceſſariis, quorum liberalitate ali poſſit, et nutriri, carens dicitur μεμονωμένη a Paulo 1. Tim. 5, 5. Caeterum hoc odarium iiſdem numeris, atque modis, conſtat, quibus continetur odarium ſuperius.

Θ' ΕΙΣ ΠΕΡΙΣΤΕΡΑΝ

Ἐρασμίη πέλεια,
Πόθεν, πόθεν πέτασαι;
Πόθεν μύρων τοσούτων,
Ἐπ' ἠέρος θέουσα,
Πνέεις τε, καὶ ψεκάζεις;
Τίς ἐστί σοι μελήδων;
Ἀνακρέων μ' ἔπεμψε
Πρὸς παῖδα, πρὸς Βάθυλλον,
Τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων
Κρατοῦντα, καὶ τύραννον.
Πέπρακέ μ' ἡ Κυθήρη,
Λαβοῦσα μικρὸν ὕμνον.
Ἐγὼ δ' Ἀνακρέοντι
Διακονῶ τοσαῦτα.
Καὶ νῦν, ὁρᾷς, ἐκείνου
Ἐπιστολὰς κομίζω.
Καί φησιν εὐθέως με
Ἐλευθέρην ποιήσειν.
Ἐγὼ δὲ, κἢν ἀφῇ με,
Δούλη μενῶ παρ' αὐτῷ.
Τί γάρ με δεῖ πέτασθαι
Ὄρη τε, καὶ κατ' ἀγροὺς,
Καὶ δένδρεσιν καθίζειν,
Φαγοῦσαν ἄγριόν τι;
Τανῦν ἔδω μὲν ἄρτον
Ἀφαρπάσασα χειρῶν
Ἀνακρέοντος αὐτοῦ·
Πιεῖν δέ μοι δίδωσι
Τὸν οἶνον, ὃν προπίνει.

Πιοῦσα

Πιοῦσα δ᾽ ἂν χορεύσω,
Καὶ δεσπότην ἐμοῖσι
Πτεροῖσι συγκαλύψω,
Κοιμωμένη δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ
Τῷ βαρβίτῳ καθεύδω.
Ἔχεις ἅπαντ᾽· ἄπελθε·
Λαλιστέραν μ᾽ ἔθηκας,
Ἄνθρωπε, τῆς κορώνης.

VARIETAS LECTIONIS

* *τοῦ αὐτοῦ εἰς περιστεράν cod. Vatic.: quo in cod. hoc odarium eſt odar. quartum decimum, et cuius in marg. alia manus adſcripſit verba εἰς περιστεράν.* 1. *πέλ α cod. Vatic.* 2. *πόθεν; πόθεν Brunequ. Ana− lectt. πέτασσαι Barn., probb. Zeun. p.* 16. *et Val. p.* 123.: *recepit Borb. πετᾶσαι coni. Pau et Brunequ.: quod recepere Deg.* 2. *Brig.* 3. *μύρον τοσοῦτο, vel μύρω τοσαῦτα, vel μύρων τοσοῦτον, coni. Val. p.* 123.: *vt μύρων eſſet accuſat. Atticus ſcilicet. τοσοῦτον coni. Tollius ad Auſon. p.* 97. 4. *θεουσα cod. Vatic.* 6. *τίς ἐσι σοι μέλει δὲ cod. Vatic. τίς ἐσι, σοὶ μέλει δέ; Steph. Lubin. Macrop. Met.* 1. 2. *Parm. τίς ἐσί· σοὶ μέλει δέ; Morel. Comel. Fab. Lam., e coni. Scaligeri. τίς ἐσί σοι; Μέλει δέ. Barn. τί δ᾽ ἐσί σοι μέλημα; coni. Steph., prob. Fabro: recepere Flaid. et Dacieria. Μέλει τί σοι, τίς ἐσι coni. Dan. Heinſius. τί δ᾽ ἐσί σοι; μέλει δέ. coni. Dacieria, prob. Boſio animaduerſſ. p.* 4., *etiam Arnaldo animadu. p.* 77., *qui tamen legi mal. τίς ἐσσί; μοὶ μέλει δέ· quod recepit in Analectt. Brunequ. Sed τίς εἶς; τί σοι μέλει δέ; coni. Tollius ad Auſon. p.* 97. *et Seuinius Commentarr. acad. inſcriptt. Pariſ. p.* 132. *To.* 3. *τίς ἐσί σοι μελητής; coni. Clericus biblioth. ſel. To.* 11. *p.* 342. *ſ. τίς ἐστιν, εἰ μέλει δὲ, coni. Dauiſius ad Cic. N. DD,* 2, 47. *τίς εἰμι, σοὶ μέλει δέ; coni. Pau. τίς ἐσσί; σοὶ μέλει τί; coni. Trappius Actt. erudit. Lipſſ. a.* 1732. *p.* 205. *τίς εἶς; τί σοι μέλει δέ; coni. Furmont. Commentarr. acad. inſcriptt. Pariſ. To.* 5. *p.* 71. *et Meierus ep. ad Fabric. in huius Vita p.* 298.: *quod recepere Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. *Borb. Stroth. τίς εἶ; τί σοι μέλει δέ; Deg.* 2. *Brig. Born. e coni. Bruncqu. At Zeun. p.* 17. *prob. τίς εἶς; et pro δὲ ſic malebat legi δὴ, vt Val. p.* 124.: *qui idem attulit coni. hanc πόσ᾽ εἶς; τί σοι μέλει δή; Valperga denique in edit. Parm. p.* 14. *legi iubebat τίς ἐσί σοι μεληδών; aut τί δ᾽ ἐσί σοι μέλημα; aut τίς εἶς; τί σοι μέλει δέ;* 10. *τυράννου coni. Zeun. p.* 18., *prob. Barth. p.* 7. 11. *μοι Κυθήρη cod. Vat. Steph. Mor. Com. Lubin. Flaid. Macrop.*

Met. 1. 2. *Parm.* μ' ἡ Κυθ. *coni. Fab.: quod receperunt editores alii omnes.* 14. διηκονῶ *Barn.* 15. οἵας *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Fab. Lubin. Macrop. Met.* 1. 2. *Barn. Lam. Borb. Parm.* Ὁρᾷς *est e coni. Steph.: quam probb. Pau. et Zeun. p.* 19., *atque, post Flaiderum, recepp. editores nuperi omnes.* Ἴσσ' *coni. Dan. Heinsius.* 17. καὶ φησὶν *cod. Vatic.* 20. αὐτῷ *cod. Vat.* 21. πέτεσθαι *Steph. Mor. Flaid. Met.* 1. *Parm. At vid. v.* 2. 23. δένδρεσι *cod. Vat. Steph. Parm.* κᾂν, *vel* καὶ 'ν, δένδρεσιν *coni. Pau.* κἀπὶ *coni. Zeun. p.* 19., *repugnante metro.* 25. τὰ νῦν *cod. Vat.* 28. δ' ἐμοὶ *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born.* 30. χορεύω *coni. Pau.: quod tempus recc. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born.* 31. καὶ δεσπότην Ἀνακρέοντα *cod. Vat. Steph. Mor. Com. Lubin. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Parm.* καὶ δ. ἐμοῖσι, *vel* καὶ πότην Ἀνακρέοντα, *coni. Steph.* καὶ δεσπ. Ἀνάκρεων *coni. Scal.* Καὶ δεσπότην Ἀνακρέ Οντα πτεροῖς καλύψω, *aut* καὶ δεσπότε Ἀναρκέοντα, *aut* καί πως Ἀνακρέοντα, *coni. Regnier.* Καὶ δεσπότην Ἀνακρέον Τα πτεροῖσι συγκαλύψω *coni. Metarius.* Καὶ δεσπότην γέροντα *coni. V. D. ap. Macrop. et Commentarr. Triuultiann. p.* 417. *To.* 3., *probb. Barth. p.* 6. *et Zeun. p.* 20.: *rec. Stroth.* καὶ δεσπότην κρέοντα *coni. Pau.* καὶ δεσπότην ᾄδοντα *coni. Medenb. p.* 47. καὶ δεσπόταν κρέκοντα *coni. Val. p.* 124. *Valperga p.* 85., *lege, inquit,* καὶ δεσπότην κρέοντα, *aut* γέροντα, *aut* ἐμοῖσι. 32. συγκαλύπτω *coni. Pau.: quod rec. Borb.* σὺν καλύψω (συσκιάσω) *cod. Vat.* συσκιάσω *prob. Zeun. p.* 20.: *sed* συσκιάζω *habent Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born. e coni. Salm. et Pau.* 33. αὐτῷ *cod. Vat.* αὐτῇ *coni. Barn., prob. Zeun. p.* 20. 34. τῷ βαρβίτῳ *cod. Vat.* 35. ἀπέλθω *coni. Pau. male. v. Van. Crit. p.* 64. 37. καὶ κορώνης *cod. Vat. Steph. Mor. Com. Lubin. Flaid. Fab. Macrop. Barn. Lam. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Borb. Holst. Brig. Born. Parm.*

ANNOTATIONES

ODE VIIII

1. Πέλεια proprie columba *furua* est, a πελὸς, vel πελειὸς, quod veteribus Graecis pro *pullo* erat. Poëtica tamen καταχρήσει ita quaevis dicitur columba. vnde et Πλειάδες, quasi Πελειάδες, nomen suum accepere. B. Recte. Πέλεια proprie est *columba agrestis* [vid. v. 21. ss. Herodi. Philet. p. 446.] *minor pulla.* v. Aristot. H. AA. 5, 13. coll. Athen. 9, 11. p. 394. C. Aelian. V. H. 1, 15. Nonnunquam tamen est generis vocabulum, idem significans, quod περιστερά. Hesychius: Πέλειαι· περιστεραί. v. Hom. Il. φ, 493. Odyss. ο, 526. Aelian. V. H. 9, 2. 12, 1.

2. Nil necesse est τὸ πόθεν modo vnice dici pro παρά τινος, quod vult Barnesius. B.

Bar-

Barnesius de suo more pro πέτασαι fecit πέτασσαι, cum sciret, vocalem α in pluribus esse communem. B. Certe πέταται legitur nunc ap. Pindar. Nemeonn. 6, 81.: etsi a grammaticis antiquis hanc verbi formam, vt minus eleganten, repudiari scio. v. schol. Lucian. p. 40. 42. To. 2. Graeu. et index Palaephat. v. πέτεσθαι.

3. Frustra fuerit hoc loco monere, τοσέτων leporis caussa poni pro τοιέτων. B. Mihi vero homo non pretium, et suauitatem, sed copiam, vnguentorum admirari videtur: id quod vel verbum ψεκάζεις satis docet. Sensus est, *a quo ita delibuta es vnguentis, vt tu, quamuis alte volans, tamen hic iis spirare videare, et vt ea etiam destillent?* Nam columbas vnguentis delibutas esse apud veteres, cognoscitur etiam e versibus Alexidis, qui ex eius Εἰσοικιζομένῳ laudantur ab Athenaeo 15, 13. p. 691. E. Tollius in notis ad Ausonium p. 97. pro τοσέτων reponi iubebat τοσῦτον, quod etiam ad verbum ψεκάζεις referri posset. non male: sed sine idonea tamen caussa. Neque enim nouum est, coniungi duo verba diuersi ingenii, ita, vt casus accomodentur ei, cui nomen iunctum est. v. ad Plat. Euthyphron. 6, 23. et ad Phaedon. 30, 4. Sic Cicero 13. ep. 4, 6. *vt te horter, et suadeam:* vbi Lambinus temere legi iubebat, *et tibi suadeam.* Caeterum μύρων τοσέτων πνέεις dictum est, vt odar. 28, 9. μύρα πνεέσας, et Anthol. 7, 208. 2. τὰ γὰρ σόμα νέκταρος ἔπνει.

6. Pro τίς ἐσί σοι μέλει δέ; quod vix vllum conficiebat intellectum, nos leui admodum mutatione ita rescripsimus, cum Stephanus fecisset, τί δ᾽ ἐσί σοι μέλημα; ex imitatione scilicet Theocriti, qui et ipse hunc locum imitatus videtur [Idyl. 14, 2.], vt et multa alia. Scaliger ingeniose quidem, sed nimis dure, duplici posuit αἰτήσει, *Cupis quis ille scire?* nulla cum emendatione. Barnesius aliquanto durius sic distinguit, τίς ἐσί σοι; μέλει δέ· atque ita παραφράζει· τίς ἐσί σοι δεσπότης; τῦτο γὰρ μέλει μοι, ἵνα γνώω· vt sint verba poëtae, non columbae. Vnde noscere est, cur reddiderit τὸ πόθεν, παρὰ τίνος. *Baxter*, inquit noster Professor, *magis obseruatis literarum vestigiis*, τίς ἐσί σοι μεληδών; Barnesius, inquam ego, nullo cum sale, τίς ἐσί σοι; μέλει δέ. B. Hunc locum varii varie tentarunt. v., praeter Barnesium, et Pauum, Bosius animaduerss. p. 76. s. et Arnaldus animaduerss. p. 4. s., qui legendum censebat τίς ἐσσί; μοὶ μέλει δέ, *quaenam es tu columba? mea enim interest*, assentiente Schradero ad Musaeum v. 64. Mihi vero omnium maxime placebat eorum ratio, qui legi iubent τίς εἶς; vel potius τίς εἶ; quum sequatur consonans; τί σοι μέλει δέ; Nam haec emendatio, non modo accedit quam proxime ad scripturam librorum Stephani, et codicis Vaticani, sed adiuuatur etiam totius orationis serie. Triplex enim proponitur columbae interrogatio v. 2. — 6.: et columba ad quamque respondet: ad primam v. 7. — 10.: ad secundam v. 11. s.: ad tertiam v. 13. — 34. Hesychius, et ex eo Phauorinus: Εἶ — ὑπάρχεις· et: Μεληδών· φροντίς.

8. Βάθυλλος ὑποκοριστικὸν est nominis Βαθυκλῆς· quod et Barnesio visum est. B. Recte. Sic Θράσυλλος ductum est a Θρασυκλῆς, Ἀρίστυλλος ab Ἀριστοκλῆς, Ἥρυλλος ab Ἡρακλῆς, alia ab aliis. vid. Eustathius ad Il. ξ. p. 989. 48. Rom. et Etymol. M. v. Ἄμφις p. 93., et v. Ἀρίστυλλος p. 142.: vbi, καὶ παρὰ τὸ Βαθυκλῆς, inquit, Βάθυλλος, ὄνομα κύριον, ὁ ἐρώμενος Ἀνακρέοντος h. e. ὁ ἑταῖρος odar. 29, 2.: de quo v. Barnesius in vita Anacreontis s. 15.

9. Bathyllus, adolescens Samius [Horat. epod. 14, 9.], quo Polycrates non minus arsisse fertur, quam Anacreon, qui eum odar. 29, 2. τὸν ἑταῖρον vocat, dicitur ὁ ἄρτι τῶν ἁπάντων κρατῶν, καὶ τύραννος, propter insignem pulchritudinem, qua vicit tum, tenuitque, omnium omnino animos: quomodo Cupido dicitur κρατεῖν πάντων τῶν θεῶν ap. Chariton. 6, 3., et θεῶν δυνάστης odar. 58, 4. v. Heinsius ad Sabini ep. 3, 5. Hesychius: Ἄρτι — νῦν. Et τύραννον poeta addidisse videtur, cum vt ostenderet, quantus dominus esset Bathyllus, tum vt peteret Polycraten [Clemens Alex. Strom. 1. p. 30:. B] riualem: quo ipso consilio fieri potest vt vsus sit potissimum verbo κρατοῦντα. Nam coniectura Zeunii, qui poëtam putabat scripsisse τυράννου, ita, vt καὶ esset *atque adeo*, non videtur ferri posse, cum ob omissum articulum τοῦ, quem leges linguae addi tum volunt, tum quod poëta sic columbam suam vrbanitatis, atque modestiae, immemorem esse iussisset.

11. Bene reposuit Faber μ' ἡ pro με, poscente metro, quod nos fugit in prima editione: Barnesius opportune monuit in sua. Sed hoc fugerat etiam Fabri filiam. B. Columbae sacrae erant Veneri, quod essent aues libidinosae, et ad coitum pronae. v. Aelian. H. AA. 4, 2. V. H. 1, 15. Phurnut N. DD. 24. Apulei. metamm. 6. p. 175. Elmenh. Etymol. M. v. περιστερὰ p. 664. schol. Apollon. Rhod. ad 3, 539. et schol. Aeschyli ad sept. c. Theb. p. 84. Steph. Vnde Aspasia statuae deae adiungi iussit columbae simulacrum. v. Aelian. V. H. 12, 1. p. 718. Gron.

12. Ὕμνος hoc loco *oden*, carmen lyricum, notat: vt odar. 52, 8. 57, 11. fragm. 59, 2.; quum tali carmine contineantur etiam Veneris, eiusque comitum, atque Bacchi, laudes. Omnino vis huius vocabuli, quo fere significatur *carmen dei alicuius, vel deae, laudes complectens:* vid. Menander commentar. de encomiis c. 1. p. 27. Heren.: patet tam late, vt complectatur *omnis generis carmen.* Schol. Sophoclis ad Electr. 383. Ὕμνος κυρίως ἡ εἰς θεὸν ᾠδή· παρὰ δὲ ποιηταῖς ἁπλῶς ἡ ᾠδή. v. Arnaldus animaduerss. p. 6. s. et Doruillius Van. crit. p. 153. Vnde poëtae dicuntur ὑμνοπόλοι a Leonida Tarentino Anthol. 1, 67. 1., vt Homerus κοίρανος ὕμνων ab Archia Anthol. 3, 24. 7. Sic ap. Theocrit. epigr. 16, 4. est οἱ πρόσθε ᾠδοποιοί, sed epigr. 11, 4. ὑμνοθέτης.

14. Ionicum διηκονῶ vnice placuit Barnesio. Nobis religio est magnis autoribus fraudem facere. B. Τοσαῦτα positum est δεικτικῶς, atque adeo referri debet ad ea, quae v. 7. ss. dicta sunt, ita, *tantis in rebus ego ministro Anacreonti: tantis in rebus versatur meum ministerium,* vt perferam literas domini ad amasium, h. e. *ego sum tabellaria Anacreontis.* Similes loci sunt ap. Theophrast. charr. 7, 3. et ap. Xen. Cyrop. 8, 2. 11.

15. Satis feliciter Henr. Stephanus hoc loco reposuit ὁρᾷς pro οἴας, etsi contradicant Barnesius, atque Faber. Vna literula non erit magnae fraudi. Minus placet Danielis Heinsii ἴσθ', quod Barnesius ingeniosum putat: ego importunum. B. Coniectura Stephani per se, fateor, non est inepta: sed video tamen, eam, et superuacaneam esse, et multum leporis orationi detrahere. Columba enim ostendit homini Anacreontis epistolam: nam plur. ἐπιστολαὶ habet vim numeri singularis, vt *epistolae* ap. Iustin. 1, 6. 1. aliisque in locis: ita, vt gestus eius, vocisque sonus, intellegantur implere vicem verbi ὁρᾷς· et iactans fidem suam non minus, quam heri, h. e. ἐκείνου, fiduciam, qui literas sibi amatorias

torias commiserit, οἵας, inquit, ἐκείνε ἐπιστολὰς κομίζω· vt Eurip. Alcest. 824. οἵας ἤμπλακες ξυναόρε. Veteres enim vsi sunt columbis, vt nunciis, et tabellariis: cuius moris insignia exempla habentur ap. Plin. H. N. 10, 37. et ap. Aelianum V. H. 9, 2.: vbi v. Kuhnius: Casaubonus ad Athen. 9, 11. extr. et Bochartius Hieroz. 2, 1. 2. p. 15. s. To. 2., qui laudauit hunc poëtae locum, ita, vt legerit οἴας. Sed eodem in genere etiam cornicum opera vsos esse veteres, docent ea, quae de Marrha, Aegyptiorum rege, relata leguntur ap. Aelian. H. AA. 6, 7.

19. Δὲ h. l. esse *tamen*, putat Palaeretius obseruatt. ad N. T. p. 32., et verbum ἀφῇ vertit *velit dimittere* ibid. p. 248. κην poetica pro αν. vid. H. Gr. 27., Hoog. de Part. I. p. 79. no. 7.

20. Μένειν est verbum proprium hoc in genere: vid. odar. 30, 8.: vt παραμένειν. v. Xen. Oecon. 3, 4. Nam παρ' αὐτῷ est *in aedibus*, triclinio, cubiculo, *eius*. id quod verba sequentia satis docent.

22. Sic et inferius [odar. 33, 5.], ἢ Νεῖλον, ἢ 'πὶ Μέμφιν. Figura Ζεῦγμα a posteriore. B. Eurip. Phoenn. 292. s. Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπε κλεινὸς γόνος Μαντεῖα σεμνά, Λοξίε τ' ἐπ' ἐσχάρας. Oracc. Sibyll. ap. Zosim. 2, 6. 4. Ἤματι, μηδ' ἐπὶ νυκτί. Aristoph. Auu. 739. Νάπαισι, κορυφαῖσί τ' ἐν ὀρείαις. Pindar. Pythionn. 2, 109. κτεάτεσσί τε, καὶ περὶ τιμᾷ· 4, 232. Νύκτεσσιν, ἔν θ' ἁμέραις· add. 5, 92. s. Nemeonn. 10, 98. Isthmionn. 5, 47. Conf. Staucrius ad Nep. Epamin. 2, 4. Neque vero necesse est, vt v. 23. legamus cum Pauo κἀν, vt odar. 34, 6., vel καὶ 'ν, δένδρεσιν, quum ellipsi illa particulae ἐν nihil sit frequentius in tali orationis forma: vt ap. Virg. Georgg. 4, 514. s. *ramoque sedens miserabile carmen Integrat*: et ap. Sueton. Claud. 7. *euenitque, vt — praeteruolans aquila dexteriore humero consideret*. Caeterum de sedibus columbarum v. Bochartius Hieroz. 2, 1. 3. p. 18. s. To. 2. Vid. etiam Valck. p. 854. ed. II. 23. ἔνδε cf. Bi. II, 1. vid. H. Gr. 27142. Thom. Mag. p. 204. ibi intt. Gr. Cor. de Dial. p. ibi Koen.

24. Τι contemtus significandi caussa additum putari debet.

25. Gregorius in de dialectis p. 49. Ἀττικὸν καὶ τὸ λέγειν ἀντὶ τε νῦν ταννῦν· vbi v. Koenius.

29. De verbo προπίνειν dictum est ad odar. 4, 3.

31. Pro Ἀνακρέοντα idem Stephanus posuit ἐμοῖσι, quem nos optimo iure sequimur. Constat enim prima fronte, Ἀνακρέοντα e margine libri, cum maximo metri damno, in contextum irrepsisse. Scaligeri ὑποκοριστικὸν Ἀνάκραν frigidiusculum est: neque magis arridet Longipetrani γέροντα. Barnesius ipse non litigat. B. Arnaldus animaduerss. p. 8. coni. καὶ αὐτὸν Ἀνακρέοντα, quod δεσπότην e margine irrepsisset. At Ἀνακρέοντα magis habet glossematis speciem: quum columbam manifestum sit δεσπότην dixisse, vt, et sibi, et Anacreonti, blandiretur. vid. v. 20. Sed amasii quoque amatorem vocant δεσπότην. Caeterum aoristi χορεύσω, et συγκαλύψω, cum particula ἂν positi sunt pro futuris, ita, vt continuatio rei indicaretur, *soleo, possum, in orbem saltare — contegere: salto — contego*. Fortasse tamen leg. δ' αὖ, vt futura habeant vim praesentium, quia continuatio actionis exprimitur: vt odar. 20, 10. coll. v. 6. 8. 12.: ap. Aristoph. Plut. 880. vid. Graeuius ad Hesiod. Ἔργ. 185. Hesychius: Πτερά· πτέρυγες. Gloss. vett. Πτερὸν *Pinna, pluma, ala*. Est vocabulum Homericum. v. Odys. β', 151.

33. Bar-

33. Barneſius mallet αὐτῷ· [rerum perinde eſt. Αὐτῷ videtur magis Anacreonticum. B.

35. Senſus eſt, *Habes rem omnem: ſatiſfeci tibi omnino: noli mihi amplius moleſtus eſſe.* Suidas, et ex eo Phauorinus: Πάντ' ἔχεις· πάντ' ἔγνωκας· quae gloſſa ſumta eſſe videtur ex Ariſtoph. Auu. 1460. Sed ap. Sophoclem Philoctet. 621. ſic eſt, Ἤκουσας, παῖ, πάντα. Ἔθηκας autem idem eſt, quod ἐποίησας, vt Hebraei verbo שׂוּם vti ſolent pro verbo עָשָׂה. Atque ſic verbum τιθέναι poſitum legitur in carminibus maxime poëtarum omnis generis, quorum interpretes Graeci illud verbo ποιεῖν explicarunt, vt Heſychius, aliique grammatici. vid. Hom. Il. ζ', 139. Odyſ. ι, 404. Heſiod. Θεογ. 974. Aeſchyl. Prometh. 443. Sophocl. Philoct. 633. Eurip. Alceſt. 621. 623. Pindar. Olympionn. 1, 102. 8, 23. 10, 57. Pythionn. 10, 23. Heſychius: Ἔθηκεν· ἐποίησεν. Lex. bibl. Coiſlin. p. 495. Τίθημι· ποιῶ. Athenaeus 11, 14. p. 501. D, ἐπεὶ τὸ ποιῆσαι θεῖναι πρὸς τῶν ἀρχαίων ἐλέγετο. Conf. Pfochenius in diſſert. de purit. L. Gr. N. T. ſ. 70.

36. De medio accepta locutio. Barneſius repoſuit καὶ pro τῆς. B. Immo Stephanus iam ediderat καὶ κορώνης· recte, opinor: fruſtra diſſentiente Zeunio p. 21. Nam καὶ eſt *adeo*, vt odar. 28, 34. Ἄνθρωπε, non tam expoſtulantis, et conquerentis, vox eſſe videtur, vt Luc. 22, 58.: quam blandientis, ὦ φίλε, ὦ φίλτατε· vt ap. Xen. Cyrop. 2, 2. 2. Certe totum odarium loquitur, columbam non fuiſſe iratam homini. Latini ita vtuntur vocibus *tu homo*, et *mi homo*. vid. Veſterhou. ad Terent. Heautont. 5, 3. 1. Cornix ab Homero Odyſ. ε, 66. vocatur τανύγλωσσος, et ab Heſiodo Ἔργ. 747. λακέρυζα· quae gloſſa ap. Heſychium explicata legitur vocabulo λάλος· quod commune eſt voci omnium auium: vid. Ariſtot. H. AA. 4, 9. p. 283. D To. 2. Duual. Sic *hirundo* appellatur λάλος ap. Non. Dionyſſ. 3, 13.: et *cicadae* dicuntur λάλοι ap. Long. Paſtorall. 1, 12. p. 20. Mol., vt λάλος τέττιξ Anthol. 1, 60. 12.: et *locuſtae* ap. Longum d. l. 3, 16. p. 90. Et Aelianus, vt H. AA. 12, 10. ſcripſit τρυγόνος δὲ λαλίστερον ἔλεγον, ita ibid. 6, 19., ἴσμεν, inquit, χελιδόνας, καὶ κοσσύφους, καὶ τὸ τεττίγων φῦλον, καὶ κίτταν, λάλον. Ab Ouidio cornix nominatur *garrula* Amorr. 3, 5. 22. Metamm. 2, 547.: vbi v. Burmanus: et *loquax* Faſtt. 2, 89. Caeterum numeri huius odarii reſpondent numeris odarii primi, ita tamen, vt ſpondeus primam ſedem in v. 8. 20. 33, 34. 37. habeat.

Ι΄ ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ ΚΗΡΙΝΟΝ *

Ἔρωτα κήρινόν τις
Νεηνίης ἐπώλει·
Ἐγὼ δέ οἱ παραςὰς,
Πόσȣ θέλεις, ἔφην, σοὶ
Τὸ τευχθὲν ἐκπρίωμαι;
Ὁ δ' εἶπε δωριάζων,
Λάβ' αὐτὸν, ὁππόσȣ λῇς.
Ὅμως δ', ἂν ἐμάθῃς πᾶν,
Οὐκ εἰμὶ κηροτέχνης·
Ἀλλ' ȣ̓ θέλω συνοικεῖν
Ἔρωτι παντορέκτᾳ.
Δὸς ȣ̓̃ν, δὸς αὐτὸν ἡμῖν
Δραχμῆς, καλὸν σύνευνον.
Ἔρως, σὺ δ' εὐθέως με
Πύρωσον· εἰ δὲ μὴ, σὺ
Κατὰ φλογὸς τακήσῃ.

VARIETAS LECTIONIS

* *αὐτȣ̃ τȣ̃ εἰς ἔρωτα κήρινον cod. Vatic. p. 678.: quo in libro hoc odarium est decimum. 5. τυχθὲν cod. Vatic. in m.: sed in ipso ordine est τευχθέν· quod etiam Steph. attulit. 7. ὁππόσω coni. Pau., probb. Zeun. p. 22. et Val. 124.: recepit Borb. λῇς Lubin. Flaid. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holst. Born. male. 8. ὅμως ἂν ἐκμάθῃς πᾶν νιν cod. Vatic. ὅμως δ' ἴν' ἐκμάθῃς νιν coni. Scal., probb. Zeun. p. 22. et Val. p. 124. ὅπως δ' ἂν ἐκμ. πᾶν legi malebat Fab., prob. Pauo, qui tamen se nescire ostendebat, ὅπως δ' ἂν, an ὅμως δ' ἴν', scribendum esset: coni. Fabri recepp. Brunequ. Analect. Arg. 1. Deg. 1. 2. Holst. At tum ἂν abesse debebat. v. Theophr. charr. 21, 2. ὅμως ἴν' ἐκμάθῃς νιν Arg. 2. Borb. Brig. Born. ὅμως δ' ἴν' ἐκμ. πᾶν Barn. Lam. 9. εἰμὶ κηροτέχνας Barn. Lam. ȣ̓κ εἰμὶ καροτέχνας Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Borb. Holst. Brig. Born. ȣ̓κ ἐμμὶ καροτέχνας coni. Barn., probb. Pau. Zeun.*

Zeun. p. 22. et *Val.* p. 124. *Valperga* p. 85., *lege*, *inquit*, Ὅμως δ' ἴν' ἐκμάθῃς, *aut* Ὅπως δ' ἂν ἐκμ., πᾶν. 10. ὅ τι λῶ *Borb. Brig.* e *coni. Paui*, *probb. Zeunio* p. 21. et *Val.* p. 124. συνοικῆν *Barn. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig.*, *probb. Pauo*, *Zeun.* p. 22. et *Val.* p. 124. 11. παντορέκτα (η) *cod. Vat.* παντορέκτῃ *Steph. Mor. Com. Lubin. Flaid. Fab. Met.* 1. 2.

ANNOTATIONES

ODE X

1. H. e. *signum Cupidinis cereum.* v. Eubulus, vel Araros, ap. Athen. 13, 2. p. 562. C. Gloss. vett. Κηροπώλης *Cerarius.* Caeterum in linguam vernaculam conuersum extat hoc odarium in Promtuario philol. Helmstad. part. 2. n. 4.

3. *Derepente superueniens:* magis comicum est hoc, quam παραγενόμενος. Latini veteres dixere *praestus.* B.

5. Codex Vaticanus, vt autor est Barnesius, altera scriptura habet τυχθέν. B. Σοὶ coniungi hoc loco debet cum participio τὸ τυχθέν, vt idem sit, quod ὑπό, vel πρός, σε. Nam e v. 9. intellegitur, poëtam putasse, iuuenem illum esse cerarium, a quo adeo signum Cupidinis fictum esset. Sensus est, *quanto mihi vendere vis hoc signum?* Aristoph. Acharnn. 812. Πόσε πρίωμαί σοι τὰ χοιρίδια, λέγε. Sic vero apparet, ἐκπρίασθαι idem esse, quod πρίασθαι, vt odar. 13, 4. ἐκμανῆναι idem est, quod μανῆναι v. 8. Coniunctiuus ἐκπρίωμαι pendet ab coniunctione ἵνα, quae intellegi debet: vt odar. 12, 1. 4. 7. 32, 24.

6. Fuerant Dores aliquantum agrestes, atque simpliciores. B. Δωριάζειν dictum est pro δωριάζειν τῇ φωνῇ, vt Xen. anab. 3, 1. 26. dixit βοιωτιάζειν τῇ φωνῇ· id quod iam Iac. Nic. Loënsis epiphyll. miscell. 9, 4. p. 642. s. suppl. To. 5. thes. Gruter. animaduerrit. Qua quidem forma verbi an scriptor probus quisquam alius ita vsus sit simpliciter, recte dubitari posse videtur. Nam *Dorice loqui*, *Dorica lingua vti*, dicitur δωρίζειν· v. Theocr. Idyl. 15, 93. et Tatian. orat. πρὸς Ἑλλ. c. 44. vt συρίζειν est *Syriace loqui* ap. Sextum Empir. c. mathematt. 1, 13. p. 286. Fabric.: ἰωνίζειν *lingua Ionica vti* ap. Ctesian exc. Indicc. c. 1.: ἀμυκλαΐσδην *lingua vti Amyclaea* ap. Theocrit. Idyl. 12, 13.

uoer. XI, 56.

7. Phauorinus: Λῇς· ἀντὶ τοῦ θέλεις, λέγουσι Δωριεῖς. v. Aristoph. Acharnn. 749. Theocrit. Idyl. 4, 14. 5, 21. 8, 6. Conf. schol. Theocriti ad Idyl. 1, 12. schol. Callim. ad h. in Dian. 19. Etymol. M. v. Λητώ, et Gregorius in de dialectt. p. 114. ibique Koenius. Pro ὁππόσε legendum esse videtur, auctore Pauo, ὁππόσω. Λαμβάνειν autem verbum proprium est de *iis*, *qui aliquid emunt.* Photius Lex. MS. ap. Valquenar. ad Theocr. Adoniazz. p. 240. Λαβὼν, κυρίως, καὶ ἀγοράσας, καὶ μισθωσάμενος. v. Theophrast. charr. 18, 3. Theocrit. Idyl. 15, 20. Aristoph. Plut. 882. Lingua vernacula eodem modo vsurpat verbum *nehmen*: et Latina verbum *sumere.* v. Cic. 7. ep. 23, 5.

8. Nescio cur, vel Faber de ὅμως fecerit ὅπως, vel Scaliger, et Barnesius, δ' ἴν' pro δ' ἂν, nisi studio nouandi, quod nobis abesse volumus.

mus. B. Ἐκμάθῃς pendet a particula ἂν hoc ſenſu, *At, ſi verum ſcire vis: at, vt ne te celem quidquam: at ſcito.*

9. Barneſius pergit in Doriſmo, probabili ſane ratione, ſed ſine librorum autoritate; praeterquam quod in Vaticano MS. repererit παντορέκτα, quod et nos ſecuti ſumus. Decuit tolli vocem in Doricum ſonum ad finem. Incertum, an Anacreon Doriſmi in tantum fuerit curioſus, vt et diceret ἐμὶ, vel ἐμμὶ, καροτέχνα, et pro συνοικεῖν poneret συνοικῆν. Illud forſan nimis φορτικὸν foret in tam liberali viro. B. Κηροτέχνης, quo nomine carent Lexica, idem eſt, quod κηροπλάστης, *ſignorum cereorum fictor.*

10. Συνοικεῖν modo pro συγκαθεύδειν eſt: coniugale vocabulum. B. Vid. Sirac. 25, 8.: vt v. 13. Cupido vocatur σύνευνος *concubinus* [Quinctil. 1, 2. 8. Suet. Galb. 22. Sen. controuu. 4. p. 445. To. 3. Gron.]. De *marito* hoc nomen legitur ap. Aeſchyl. Prometh. 865. Heſychius: Συνεύνιον· σύγκοιτον· leg. σύνευνον, auctoritate Cyrilli in Lex. MS. et Philodemi in Anthol. MS. ap. Albertium ad Heſych. p. 1306. To. 2.: etſi non neſcio, in Photii Lex. MS., et ap. Suidan, συνεύνιον ſcriptum extare. Gloſſ. vett. Σύνευνος *Coniux, concubina:* quomodo legitur ap. Sophocl. Aiac. 1319. et ap. Pindar. Olympionn. 1, 143. Δραχμῆς eſt genitiuus pretii, vt ap. Ariſtoph. Plut. 884. ſ. φορῶ γὰρ πριάμενος τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' Εὐδάμου δραχμῆς. Sed drachma Attica habuit ſex obolos. v. Pollux 9, 60. et ſchol. Ariſtoph. ad Plut. 194. Pro οὐ θέλω Pauus coni. οὔ τι λῶ, recte, opinor, vid. v. 7.

11. Cupido hoc loco παντορέκτας dicitur. Voluit enim ἅπαντα παίζειν, quod alias [odar. 52, 24.] dicit noſter Anacreon. B. Vid. Trillerus obſeruatt. critt. c. 3. p. 6. ſ.: qui hoc nomen recte ait eſſe *omnia appetentem, ad quaeuis procliuem.* Nam ductum eſt, non a verbo ῥέζειν, vt ſit *omnia efficiens*, vt explicauit Albertius ad Heſych. p. 183. To. 2., immo a verbo ὀρεκτιᾶν, quod eſt, Heſychio interprete, ἐπιθυμεῖν. Nam Cupidinem facile apparet a cerario venditore appellari παντορέκτην maxime propterea, quod animum inflammare ſtudeat amore Veneris. Atque hanc ipſam ob cauſſam a poëta emtore vocatur καλὸς σύνευνος. Sic vero non neceſſe eſt, vt pro παντορέκτᾳ reponatur παντοφλέκτᾳ· quae erat Paui ſententia. Carent nomine παντορέκτης Lexica, et Gloſſaria: ſed legitur bis ap. Adamantium in libris phyſiognomonicis: vid. Schneiderus peric. crit. ad Anthol. Conſtantini Cephalae p. 98. ſ.: et diſcipulos Ieſu Euſeb. D. E. 3. p. 117. C Colon. negat παντορέκτας γεγονέναι.

15. Πύρωσον *fac, vt caleſcam: fac, vt amem.*

16. Minitatur ei magica tormenta, de quibus ita Virgilius ecl. 8, 80. ſ. *Limus vt hic dureſcit, et haec vt cera liqueſcit, Vno, eodemque, igni, ſic noſtro Daphnis amore.* In traditis veterum perſuaſionibus et iſta fuerat, dedicatis iam imaginibus adeſſe deorum animas: qua de re vide ſis Apuleii Aſclepium. B. Mich. 1, 4. αἱ κοιλάδες τακήσονται ὡσεὶ κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός. Caeterum metrum huius odarii eſt metrum Anacreontium: ſed v. 9. 10. 13. in prima ſede ſpondeos habent pro iambis. Theocr. II, 28.

ΙΑʹ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Λέγȣσιν αἱ γυναῖκες,
Ἀνακρέων, γέρων εἶ·
Λαβὼν ἔσοπτρον ἄθρει
Κόμας μὲν ἐκέτ᾽ ὄσας,
Ψιλὸν δέ σευ μέτωπον.
Ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν,
Εἴτ᾽ εἰσὶν, εἴτ᾽ ἀπῆλθον,
Οὐκ οἶδα, τȣ̃το δ᾽ οἶδα,
Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν,
Ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης.

VARIETAS LECTIONIS

* ἄλλο εἰς ἑαυτὸν *cod. Vatic. p. 677.: ſed in marg. adſcripta ſunt ſimpliciter verba* εἰς ἑαυτόν. *nam hoc odarium eſt in illo codice odar. ſextum.* 1. αἱ ἑταῖραι *Foppenſ. ſine cauſſa.* 2. ἀνακρέ^ο^ων *cod. Vatic.* 4. ȣ̓κ ἔτ᾽ *cod. Vatic.* 5. σοι *Borb.* πρόσωπον *legit Pe. Victorius, qui primus hoc odarium, quod ab Henr. Stephano in libri antiqui tegmine inuentum: v. Metar. Vit. Stephani p. 212. ſ. et Schelhorn. praefat. ad Commercii epiſt. Vfenb. P. 3. p. 13.: acceperat, edidit Lectt. varr.* 20, 17. 8. τὸ δὲ *cod. Vatic.* 9. τῶ *cod. Vatic.* ὡς δὲ γ. *Met.* 2. 10. τὸ τερπνὰ *cod. Vatic. Barn. Lam. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born., prob. Zeun. p.* 23. 11. ὅταν, *vel* ὅτῳ, *coni. Pau. ſine cauſſa.* τὰ Μοίρης *Barn. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1, 2. *Holſt. Brig. Born. ſine cauſſa.*

ANNOTATIONES

ODE XI

1. Ex hoc odario, quod etiam Latine a Fabio Paulino conuerſum legitur in eius praelectt. in Thucyd. hiſt. de peſte Athenn. p. 551. Venet. A. C. 1603. 4., Palladas putatur expreſſiſſe epigramma, quod nunc

nunc extat in Anthol. 2, 47. 19. Metrum huius odarii eſt metrum dimetrum catalecticum: ſed v. 7. 8. 9. trochaeum in prima ſede habent pro iambo.

3. Suidas: Ἄθρει· ὅρα, βλέπε. Heſychius: Ἄθρει· βλέπε, ὅρα, νόει, ἴδε. Phauorinus addit, θεώρησον, σκόπει. Ἔσοπτρον legitur etiam odar. 20, 5. 1. Corr. 13, 12. Iac. 1, 23. Sed nomina ἔνοπτρον, et κάτοπτρον, [Ariſtoph. Theſmophorr. 147. Plato Cratyl. 28. Xen. Cyrop. 7, 1. 1.] vſitatiora ſunt. Heſychius, et Phauorinus: Ἔσοπτρον· κάτοπτρον. Suidas: Ἔσοπτρον· τὸ κάτοπτρον. Phauorinus addit, neſciebam vnde, ἐσόπτρῳ ἐνορῶντες. Gloſſ. vett. Ἔσοπτρον *Speculum, ſpeculare.* Palladas d. l. v. 1. habet, Γηραλέον με γυναῖκες ἀποσκώπτουσι, λέγουσαι Εἰς τὸ κάτοπτρον ὁρᾷν λείψανον ἡλικίης. Erant autem ſpecula tum fere aerea, ſed etiam argentea, et aurea. vid. Spanhem. ad Callim. h. in Pallad. v. 17. 21.

4. Gloſſ. vett. Κόμη *Coma, caeſaries, capillatim*: leg. *capillatio*, aut *capillamentum.* Suidas: Κόμη· ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς. Heſychius, et ex eo Phauorinus: Κόμαι· αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς. Scilicet κόμη proprie eſt *curatio*, *cultura:* deinde ita appellatur *capillus* feminarum, quia comi, et coli, ſolet: vid. Salmaſius ep. de caeſar. virr. p. 551. ſſ.: et virorum: vt odar. 29, 3.

5. Heſychius: Ψιλόν. — ἄτριχον· add. Pollux 2, 26. Gloſſ. vett. Ψιλὸς, ὁ λεῖος, *Glaber.* Ψιλοὶ *Depiles.* Senſus eſt, *conſule ſpeculum: caluus es.* Vid. Salmaſius d. l. et Iunius in de coma c. 11.

6. Barneſius male vertit, *quod ad comas attinet.* Nam poëta τὰς κόμας retulit ad verbum οἶδα, quum referre illud debuiſſet ad verbum ἀσὶ, ſic, ἐγὼ δὲ ἐκ οἶδα, αἱ κόμαι μὲν εἴτ᾽ εἰσὶν —: id quod Lubinus praeclare vidit. De qua forma loquendi, praeter alios, conſuli poſſint Neocorus ad Ariſtoph. Plut. 55. Tailori index Atticus Lyſ. v. accuſat. et nos praefat. ad gram. Velleri p. 10 Senſus eſt, *neſcio, caluus ſim, nec ne.* Neque enim neceſſe eſt, vt οἶδα accipiatur cum Zeunio p. 23. ita, vt ſit *curo*, multo minus cum Palaeretio obſeruatt. in N. T. ad 2. Corr. 12, 2. p. 427. ſic, vt idem valere dicatur, quod δύναμαι, intell. λέγειν. Palladas d. l. v. 3. 4. hanc ſententiam ita reddidit, Ἀλλ᾽ ἐγὼ, εἰ λευκὰς φορέω τρίχας, εἴτε μελαίνας, Οὐκ ἀλέγω, βιότου πρὸς τέλος ἐρχόμενος. Caeterum vt h. l. κόμαι dicuntur ἀπελθεῖν, ita Anthol. 7, 177. 1. legitur τὸ πρόσωπον ἀπῆλθεν.

9. Heſychius: Ὡς· — ὅτι. v. Palaeretius obſeruatt. in N. T. p. 374.

10. Locutio liberalis, et verecunda. Mirifice placuit Barneſio τὸ τερπνὰ παίζειν, quod in Vaticano exemplari eſt: nobis vero altera lectio amoenior videtur, et maioris ἀφελείας. B. Nam adiectiua pluralia neutrius generis vim aduerbiorum habentia iunctam fere ſibi articulum oſtentant: vt τὰ πρῶτα odar. 18, 3.: a librariis non raro neglectum: vt ap. Xen. Cyrop. 1, 4. 14. pro τὰ κράτιστα in cod. Brem. ſcriptum eſt κράτιστα ſimpliciter. Infra tamen odar. 52, 24. eſt ἄτακτα παίζειν. Τὰ τερπνὰ παίζειν eſt *amori ludum dare* Horat. 3. od. 12, 1. Palladas d. l. v. 5. ſ. habet, Εὐόδμοις δὲ μύροισι, καὶ εὐπετάλοις στεφάνοισι, καὶ Βρομίῳ, παύω φροντίδας ἀργαλέας. At poëta noſter agit cum

mulierculis. Conf. odar. 13, 11. Et vt *τὰ μοίρης* eſt *mors*, *fata:* vt *τὸ τῆς τύχης fortuna* Eurip. Alceſt. 785. et *τὰ τῆς ὥρας pulchritudo* Aelian. V. H. 12, 1. p. 723. Gron.: ita ante *μᾶλλον* v. 9. intell. *τοσούτῳ*, vel *τόσῳ*, vel *τοσῷδε*, et poſt *ὅσῳ* intell. *μᾶλλον*, vt Latini *quo*, *quanto*, ſimpliciter dicunt pro *quo magis*, *quanto magis*. v. Ducquerus ad Thucyd. 6, 89. Reitius ad Lucian. p. 730. To. 2. et Dracquenb. ad Liu. 1, 25. 13. Nos quidem ſimiles locos vtriuſque generis obſervaueramus adhuc hos. Marc. 7, 36. *ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον.* Hebrr. 8, 6. *νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτευχε λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης·* c. 10, 25. *καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν.* Plato Euthyphron. 12. extr. *κινδυνεύω — ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς δεινότερος γεγονέναι τὴν τέχνην τοσούτῳ, ὅσῳ ὁ μὲν τὰ αὑτοῦ μόνον ἐποίει οὐ μένοντα·* Apol. 30. *χαλεπώτεροι ἔσονται, ὅσῳ νεώτεροί εἰσι.* Xen. Cyrop. 1, 3. 12. *καὶ χάριν σοὶ — μᾶλλον εἴσομαι, ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς ὡς ἐμέ·* 1, 6. 19. p. 47. Lipſ. *ἔγωγ᾽ ἂν ὅσῳ εἰδείμην καὶ αὐτὸς βελτίων εἶναι —, τόσῳ δ᾽ ἂν μᾶλλον φυλαττοίμην·* 7, 5. 3. *ὅσῳ δὲ προσωτέρω ἐγίγνοντο, τοσῷδε μανότερον μετεβάλλοντο.* add. ibid. 7, 5. 26. p. 296.

ΙΒ΄ ΕΙΣ ΧΕΛΙΔΟΝΑ *

Τί σοι θέλεις ποιήσω;
Τί σοι, λάλη χελιδών;
Τὰ ταρσά σευ τὰ κοῦφα
Θέλεις λαβὼν ψαλίξω;
Ἢ μᾶλλον ἔνδοθέν σευ
Τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς
Ἐκεῖνος, ἐκθερίξω;
Τί μευ καλῶν ὀνείρων,
Ὑπορθρίαισι φωναῖς,
Ἀφήρπασας Βάθυλλον;

VARIETAS LECTIONIS

* *τοῦ αὐτοῦ εἰς χελιδόνα cod. Vat. p. 677. ſ. in ordine, et in marg.: eſt hoc in libro odarium ponum.* 2. *τί σοι, λάλευ χελιδὸν cod. Vatic.: vt odar. 33, 1. τί, κωτίλη χελιδών; Barn. Lam. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Bern., probb. Brunequ. Zeun. p. 24. Barth. p. 8. Val. p. 124. recte.* 3. *τὰ ταρσά σ$^{ου}_{ευ}$ cod. Vatic.* 7. *ἄξεινος coni. Triller. P. 1. poët. Betracht. p. 514., improb. Zeunio p. 25.* 8. *μεῦ cod. Vatic.* 9. *ὑπ' ὀρθρίαισι cod. Vatic.*

ANNOTATIONES

ODE XII

2. Lapſus videtur memoria Heſiodi interpres, Proclus, qui, vt oſtendit Barneſius, pro λάλη habet κωτίλη, cum, et Vaticanus liber habeat λαλεῦ, et reliqui omnes, praeter ipſius Barneſii editionem, λάλη. Certe vel in ſequente oda [v. 7.] λάλον ὕδωρ legimus, et in oda εἰς περιστερὰν [9, 36. ſ.], λαλιστέραν τῆς κορώνης. Quid quod κωτίλη ſit hirundinis alterum nomen? κωτίλην γὰρ λέγουσι τὴν χελιδόνα, inquit Theocriti interpres Graecus [ad Idyl. 15, 87.]. B. Certe Thebanos, verborum nouatores, hirundines dixiſſe κωτιλάδας, auctor eſt Strattis in Phoeniſſis ap. Athen. 14, 3. p. 622. A. Etymol. M. p. 551. Sylb. Κωτίλλων· πανούργως κολακεύων, καὶ λέγων· ἀπό τινος ὀρνέου χελιδὼν καλουμένου· ἀφ' οὗ καὶ οἱ πολλὰ λαλοῦντες, καὶ κολακεύοντες, κωτίλοι λέγονται. Phauorinus: Κωτίλλος· ὄρνεον οὕτω καλούμενον, ἀφ' οὗ καὶ οἱ πολλὰ λα-

λοῦντες, καὶ κολακεύοντες, κωτίλλοι καλοῦνται. τὴν χελιδόνα· leg. καλοῦνται ἡ χελιδών. Conf. Clemens Alex. Strom. 5. p. 558. C. Proclus ad Hesiod. Ἔργ. 374. p. 86. Heinf. Καὶ γὰρ τὴν χελιδόνα κωτίλλειν λέγει, ὥς ἐστι περ' [leg. παρὰ] Ἀνακρέοντι κωτίλη χελιδών. Tzetzes ad Hesiod. d. l p. 87. f. Κωτίλλουσα· πολυλογοῦσα· κωτίλη γὰρ ἡ χελιδώνη [l. χελιδὼν], διὰ τὸ λάλος εἶναι, παρά τε Ἀνακρέοντι, καὶ Σιμωνίδῃ, καλεῖται. Vnde Vrsinus in reliquiis Anacreontis p. 141. posuit verba Κωτίλλη χελιδών. Iam etsi non satis apparet, an verba ista ex hoc potissimum odario sumta sint, vt suspicabatur Muncquerus ad Fulgentii Mythol. p. 604. Stauer.: tamen dubitari non potest, quin scriptura τί, κωτίλη χελιδών; elegantior sit altera, etiam Valquenario iudice ad Theocriti Adoniazz. p. 379. Nam non modo vox τί accommodatior est linguae iratae, quam τί σοι, sed ipse etiam versiculus sic numerosior fit, auribusque gratior. Accedit, quod κωτίλη vocabulum exquisitius est, quod grammatici veteres explicasse reperiantur vocabulo λάλος. Hesychius: Κώτιλος· — λάλος. Κώτιλον· — λάλον. Κωτίλη· λαλιστάτη. Caeterum non ignoro, λάλος etiam de hirundine dici: vid. ad odar. 9, 37.: *garrulam hirundinem* dixit Virgil. Georgg. 4, 307., vt Leonidas Anthol. 1, 50. 4. 1. λαλαγεῦσαν χελιδόνα· neque formam feminini generis nouam esse. Sic odar. 9, 1. ἐρασμίη πέλεια· odar. 33, 2. φίλη χελιδὼν, ἐτησίη μολοῦσα. Conf. Animaduerss. ad Veller. p. 137. f. Et vt h. l. legitur τί σοι θέλεις ποιήσω; ita Christus ap. Matthaeum c. 20, 32. dixit, sed in partem bonam, τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν; et Luc. 18, 41. τί σοι θέλεις ποιήσω;

3. Phauorinus: Ταρσός· — ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ πτέρυγος ὀρνέων ἡ λέξις αὕτη κεῖται· nempe ob similitudinem quandam, quae alis intercedit cum cratibus, in quibus casei siccantur. Hae enim proprie ταρσοὶ, et ταῤῥοὶ, dicuntur. Hesychius: Ταῤῥοί· τὰ ἀγγεῖα τῶν τυρῶν· item: Ταῤῥός· — πλέγμα καλάμινον, ἐφ' οὗ τοὺς τυροὺς ξηραίνουσι. add. Pollux 7, 173. schol. Hom. ad Odyss. ι, 219. Eustathius ad Odyss. ι p. 1625. 14. Rom. schol. Theocriti ad Idyl. 11, 37. Ab Aristophane Rann. 568. dicuntur τάλαροι. Atque haec ratio sane praestare videtur rationi eorum, qui praecipiunt, nomine ταρσὸς proprie significatas esse *alas* auium. Suidas: Ταρσός· κυρίως τῶν ὀρνίθων ἡ πτέρωσις· ἀφ' οὗ καὶ τῶν κωπῶν ὅμοιος ὁ σχηματισμός· οὕτως Ἡρόδοτος· quae verba petita sunt e glossario Herodoteo, cuius exemplar est in bibliotheca nuper Coisliniana. v. Catal. huius bibliothecae p. 485. Ap. Aelian. H. AA. 2, 1. ὁ ταρσὸς τῶν πτερῶν est de gruibus, et in epigram. Meleagri ap. Albertium ad Hesych. p. 1350. To. 2. legitur διφυὴς ταρσὸς πτερύγων. Ταρσὰ enim dictum est pro ταρσοὺς, vt dicitur λύχνα, κύκλα, δίφρα, et eius generis alia: et ταρσὰ κοῦφα sunt *alae veloces*, *rapidae*.

4. Gloss. vett. Ψαλίζω *Forfico*: h. e. *forfice deseco* f. *amputo*: sed hoc loco ita accipi potest, vt sit omnino *amputare*, *abscindere*. Nam verba formarum non raro ponuntur, inuitatu naturae rerum, pro verbis generis: quale est v. 7. verbum ἐκθερίζειν, quod quum sit proprie *emetere*, ibi est omnino *excidere*, *exsecare*, idem, quod ἐκτέμνειν ap. Apollod. biblioth. 3. p. 245. Fab., et ἀποτέμνειν ap. Polluc. 2, 115. et Zenob. paroemm. 3, 14. Sophocles Aiac. 240., et auctor epigr. Anthol. 1, 6. 2., vsi sunt hoc ipso in genere verbo θερίζειν, vt Horatius 1. sat. 2, 46. formula *demetere ferro*, sed Ouid. Metamm. 6, 556. f. verbis *linguam auferre ense fero*. vid. Proluss. de versf. Grr. V. T. 1. p. 26. f. et Abreschius Animaduerss. ad Aeschyl. p. 304. To. 1.

5. Face-

5. Facete garrit Anacreon, nam ἔνδοθέν σευ hoc loco παρέλκει. B. Immo verba ἔνδοθέν σευ scienter addita sunt, vt respicerent ad τὰ ταρσὰ v. 3., membra hirundinis exteriora. *Nolo*, poëta inquit, *auferre tibi alas*, partes, et membra exteriora, *quibus etiam ablatis, mihi possis molesta esse: immo auferam tibi potius linguam*, partem, et membrum interius, *quo ablato, non possis amplius mihi garrulitate tua officere.* Sed aduerbium, quod motum de loco declararet, positum est, habita ratione verbi ἐκθερίξω. vid. ad Plat. Phaedon. 57, 19.

6. Tereus ille non praecidebat Procnes linguam, verum Philomelae. Aristoteles in Rhetoricis [3, 3. extr.] Procnen dici Philomelam monet: quod vel ipse firmat Virgilius, qui Bucolicis [ecl. 6, 79.] posuit, *Quas illi Philomela dapes.* B. Vid. Vrsinus Virgil. illustr. ad d. l. p. 62. Scilicet Aristoteles docet, Gorgian sophistam *hirundinem* dixisse Φιλομήλαν· quod idem traditur a Plutarcho symposs. 8, 7. p. 727. D To. 2. Vechel. Plerique enim veterum narrant, Philomelam, Procnes, vxoris Terei, regis Thracum, sororem, quae a Iustino M. orat. πρὸς Ἕλληνας c. 4. γλωσσότμητος vocatur, mutatam esse in hirundinem, Procnen in lusciniam. vid. Aeschylus Supplicc. 62. ss.: Palladas epigr. Anthol. 1, 60, 9.: Apollod. biblioth. 3, 13. p. 245. Fab.: schol. Aristoph. ad Auu. 212. p. 376. Bas.: Proclus, et Tzetzes, ad Hesiod. Ἔργ. 568.: Eustathius ad Odyss. τ' p. 1875.: Ioh. Malelas chronogr. p. 241. Oxon.: Eudocia Ion. p. 327.: Muncquerus, et Stauerius, ad Hygin. fab. 45. p. 109. s.: Ioh. Marius Matius Annotatt. c. 70. p. 197. Trai. Vnde χελιδὼν, quam Aristoph. Rann. 693. Θρηϊκίαν vocat, dicitur Πανδιονὶς ap. Hesiod. Ἔργ. 568. et Anthol. 1, 33. 32., h. e. παῖς Πανδίονος odar 20, 3. s. Nam Philomela, vt Procne, fuit filia Pandionis, regis Atheniensium. v. Pausan. 1, 41. extr. In iis, qui Philomelam mutatam esse in lusciniam credidere, fuit Himerius, qui caussam quoque eius rei attulit orat. 24, 5. p. 812. Vernsd. Caeterum nomini ὁ Τηρεὺς quo sensu additum sit pronomen ἐκεῖνος, docet Faber ad h. l. Reddi potest *iste, scelestus.* Plin. H. N. 4, 11. *Intus Byzia, arx regum Thraciae, a Terei nefasto crimine inuisa hirundinibus*: 10, 24. *Thebarum tecta subire negantur* [hirundines], *quoniam vrbs illa saepius capta sit, nec Byziae in Thracia, propter scelera Terei.*

10. Sensus est, *Quid me matutinis tuis cantibus* [vid. Virgil. Aen. 8, 456. et ibi Vrsinus p. 434.] *excitasti, quum mihi videbar in somnis tenere Bathyllum?* Nam καλῶν coniungi potest, et cum nomine ὀνείρων, vt ὄνειροι dicantur καλοὶ, quia poëta sibi visus est in somnis tenere Bathyllum, et cum nomine Βάθυλλον, per figuram hypallages notissimam. Sed superior tamen illa ratio melior est, quum sit exquisitior, et magis poëtica. Argentarius Anthol. 1, 60. 10. Ὄρνι, τί μοι φίλον ὕπνον ἀφήρπασας; ἤδυ δὲ Πυῤῥης Εἴδωλον κοίτης ᾤχετ' ἀποπτάμενον. Nonnus Dionyss. 3, 12. s. Καὶ λιγυρὴ μερόπεσσι συνέστιος ἄκρι κῆρυξ Ὄρθριον ὕπνον ἄμερσε λάλος τρύζουσα χελιδών. Nam Apuleius Floridd. p. 349. Elmenh. *Natura*, inquit, *quibusdam auibus breuem, et temporarium, cantum commodauit: hirundinibus matutinum.* Artemidor. 2, 71. p. 80. b Ald. de hirundine, ὅταν γε φαίνηται, οὐδέποτε ἑσπέρας ᾄδει, ἀλλ' ἕωθεν, ἡλίου ἀνίσχοντος. Vnde hirundo vocatur ὀρθρογόη ab Hesiodo Ἔργ. 568. Caeterum etiam hoc in odario, cuius metrum est Anacreontium, v. 5. et 6. prima in sede spondeos habent pro iambis.

ΙΓ´ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Οἱ μὲν καλὴν Κυβήβην
Τὸν ἡμίθηλυν Ἄττιν
Ἐν οὔρεσι βοῶντα
Λέγουσιν ἐκμανῆναι·
Οἱ δὲ Κλάρου παρ' ὄχθαις
Δαφνηφόροιο Φοίβου
Λάλον πιόντες ὕδωρ
Μεμηνότες βοῶσιν.
Ἐγὼ δὲ τοῦ Λυαίου,
Καὶ τοῦ μύρου, κορεσθεὶς,
Καὶ τῆς ἐμῆς ἑταίρης,
Θέλω, θέλω μανῆναι.

VARIETAS LECTIONES

* *εἰς Ἄττιν Barn. Lam. εἰς ἄττιν τοῦ αὐτοῦ, et in marg. εἰσάττιν, cod. Vat. p. 678.: quo in libro hoc odarium eſt vndecimum. At hic titulus eſt ab argumento odarii alienus: cuius in locum Zeun. p. 29. ſubſtituendum eſſe cenſebat hunc, εἰς μανίαν· nobis non aſſentientibus.* 3. *ἐν οὔρεσιν Steph. 2. Mor. Com. Lubin. Flaid. Fab. Barn. Lam. Pau. Met. 2. Arg. 1. 2. Holſt. Deg. 1. 2. Brig. Born. recte. βοῶσαν coni. Bentleius in ep. ad Franc. Gaconium, quae primum edita eſt a Bruncquio in Arg. 1. p. 123. ſſ.* 7. 8. *μεμηνότες Bruncqu. Analectt. πιόντας — μεμηνότας βοῶσαι coni. Bentleius d. l., ita, vt intell. λέγουσιν e v. 4.* 11. *μετὰ τῆς ἐμῆς coni. Pauus. καὶ τοῦ ἐμοῦ ἑταίρου Foppenſ. malc. vid. odar. 4, 15. 8, 6. 28, 5. 41, 23.*

ANNOTATIONES

ODE XIII

1.[3] Κυβήβη eadem eſt, quae et Κυβέλη, [ita dicta a Cybelis, montibus Phrygiae. v. Bercquel. ad Steph. Byz. in v. Κυβέλεια]: nempe Phrygia dea, ſiue magna deorum mater [v. Suidas v. Κυβήβη], Terra. Hanc pulcerrimus adoleſcens Attin, ſiue Attis, ſiue Sol, et Adonis, deperire ferebatur, atque ex amore commota fuiſſe mente. B. Vid. Span-

Spanhemius ad Callim. h. in Pal. indicem: Obseruatt. miscell. p. 420. Vol. 10.: Albertius ad Hesych. p. 365. To. 2.

2. Et ἀνδρόγυνος, et spado. Tam Adonis, quam Attin, vitiose proferuntur pro Ἀτταγυνὶς, siue Μητροπάτωρ. Atque hinc corrigendus nobis Hesychius. nam pro Ἀδαγοὺς legendum Ἀδαγῦνος, θεός τις παρὰ Φρυξίν· quem et Ἑρμαφρόδιτον dicit θεόν. B.

3. Coniectura Bentleii, βοῶντα mutantis in βοῶσαν, haud dubie vana est, etiam Pauo iudice. Nam primum articulus Attidis nomini additus satis ostendit, Ἄττιν esse subiectum enunciationis: deinde apertum est, poëtam, furere gestientem, non posse laudare exemplum feminae, multo minus deae, ob sexus, et naturae, dissimilitudinem, vt odar. 31.: denique veteres tradunt, quum coepisset Attis, adolescens Phrygius, amare nympham quandam, Cybeben s. Cybelen ei furorem iniecisse tantum, vt ipse se euiraret, ita tamen, vt nec tum amorem deae abiecerit. v. Sallust. de diis c. 4. p. 249. s. Gal. Iulianus orat. 5. Lactant. 1, 17. 7. Conf. Arnaldus animaduerss. p. 10. Hunc autem ipsum ob casum Attis vocatur ἡμίθηλυς, h. e. *nec mas, nec femina*: v. Heins. ad Ouid. herr. 4, 48.: vt a Theophilo ad Autol. 3, 6. p. 304. Volf. ὁ ἀποκοπτόμενος. Bentleio ἡμίθηλυς videbatur esse *mollibus, femineisque fere, membris prae pulchritudine, paene puella.* Putabat enim, Κυβήβην, quae καλὴ vocatur, vt Panthea ap. Xen. Cyrop. 6, 1. 21. ἡ καλὴ Πάνθεια, esse Cybeben adhuc puellam, nondum deam: de qua v. Diod. Sic. 3. p. 191. s. To. 1. Rhodom. et Micyllus ad Ouid. Metamm. 10, 104. Etiam V. D. obseruatt. miscell. Vol. 10. p. 420. Ἄττιν a poëta ἡμίθηλυν credebat ita dici, vt esset idem, qui ἁπαλὸς Ἄττις ap. Lucian. tragopodagr. v. 32. vocaretur.

5. Constans fuit apud veteres opinio, plurimos esse fontes, atque fluuios, Apollini, vel Musis, vel etiam Nymphis, sacros, eosque etiam eorum numinibus afflatos esse. Causa erroris, quod plures aquae in furorem vertant bibentes. De Clario fonte, atque vate, ita in Annalibus suis Tacitus [Ann. 2, 54.]: *In specum degressus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerumque literarum, et carminum, edit responsa versibus, compositis super rebus, quas quis mente concepit.* Barnesius etiam hunc locum adduxit. Ἐκ δαιμονίων autem dementes furere, etiam grauissimus scriptor, Herodotus, testatum reliquit. B. Intellegitur fons, qui erat in luco iuxta Clarum, Ioniae opidum, Apollini sacer: qui propterea *Clarius deus* vocatur ab Ouid. A. A. 2, 80.: et *Apollo Clarius* a Macrobio Saturnn. 1, 18.: quo auctore scripserat *de oraculo Apollinis Clarii* librum Cornelius Labeo. Conf. Homerus h. in Apol. 40. Vnde dixit poëta Κλάρου παρ' ὄχθαις, non simpliciter παρὰ Κλάρῳ, quo ambiguitatem vitaret. Et tenendum est, ὄχθας hoc loco fonti tribui, quae fere fluuiis tribuuntur: Hesychius: Ὄχθαι· χεῖλος ποταμοῦ· ἢ ὄχθαι. Ὄχθη· χεῖλος ποταμοῦ· vt ap. Hom. Il. γ', 187. Hesiod. fragmm. v. 28. Pindar. Pythionn. 4, 82. Coluth. v. 338. Himer. eclog. 10, 16. p. 112. Wernsd. Vid. Dauis. ad Max. Tyr. p. 547. Lond.: Salmasius exercitt. Plinn. p. 604.: Villoisonius ad Apollon. Lex. Homer. p. 626.: et nos ad odar. 20, 2. Apollo vocatur δαφνηφόρος Φοῖβος, vt ap. Ouid. A. A. 3, 389. *lauriger Phoebus*, et Anthol. 1, 38. 12. v. 5. δαφνογηθής. Nam laurus sacra erat Apollini, et ipse frontem lauro redimitus fingebatur. vid. fragmm. 1, 12, s. Vide Theocr. ep. I, 3. Phaedr. fab. III, 17, 3. Lucan. V, 154. Non solum fores oraculi Delphici lauris erant ornati (Eur. Ion. 79 sq.) sed etiam adytum seu penetrale. Hinc δαφνώδη γύαλα (l. c. 76.) Nec minus sacerdoti (l. c. 422) et tandem Dei τρίπους, ut apparet in vett. nummis. Vol. Fl. IV, 548.

Plin. H. N. II, 10. Cellar. Not. Orb. 67 sq.

7. Ὕδωρ vocatur λάλον, *aqua fatidica*, quia credebatur tribuere facultatem vaticinandi iis, qui eam bibiſſent. vid. Tacit. Ann. 2, 54. et Macrobius Saturnn. 1, 18. Leges linguae dici iubebant λάλου ὕδατος· vt odar. 21, 2. Βρομίου πιών.

8. Mutauit poëta ſtructuram membrorum orationis, vt tertium membrum eſſet ſecundo accommodatum. Qua quidem ex re vanitatem coniecturae Bentleii, πιόντας — μεμηνότας βοῶσαι corrigentis, ita, vt e v. 4. repeteretur λέγουσιν, ſpero ſatis perſpici poſſe. Accedit, quod tum ſcribi debebat τοὺς πιόντας. Neque tamen negari poteſt, ſtructuram membrorum odarii non carere inſolentiae vitio. Nam pro οἱ μὲν — τὸν — Ἄττιν — βοῶντα λέγουσιν ἐκμανῆναι dicere poëtam oportebat ὁ μὲν Ἄττις βοῶν λέγεται ἐκμανῆμαι, quo magis reſponderet hoc membrum reliquis membris.

11. Coniectura Paui, legentis μετὰ τῆς ἐμῆς, elegans eſt, fateor: ſed non neceſſaria, quae etiam metro reliquorum verſuum repugnet. Nam verba καὶ τῆς ἑταίρης, intell. κορεσθεὶς, poſſunt recte explicari, *cum mea amica*. Neque tamen vſus verbi κορεσθεὶς omni audacia caret, quum proprie iungi tantum nomini τοῦ Λυαίου poſſit: ita, vt τοῦ Λυαίου κορεσθεὶς idem ſit, quod γεγανυμένος Λυαίῳ odar. 8, 3., et μεθύων odar. 41, 21.: ſed eſt tamen eiuſmodi verbum, cuius notione contineatur notio verbi ἀθύρων· vid. odar. 8, 6.: vel παίζων· vid. odar. 36, 7. 41, 22.: vel κατέχων· vid. fragmm. 3, 7. et odar. 39, 19. Quae quidem forma loquendi ex oriente profecta in Graeciam eſſe videtur. vid. Proluſſ. de verſſ. Grr. V. T. 6, 4. p. 186. Coniunxit autem auctor odarii cum vino vnguenta, quia veteres compotare ſolebant vnguentis delibuti. vid. odar. 4, 14. 39, 16. ſ.

12. Verbo μανῆναι declarari apertum eſt nihil aliud, niſi ſummam hilaritatem, quae quam proxime ad furorem accedat, quam pariat ebrietas, oſtendat fere ſaltatio: vt odar. 54, 14. Horat. 2. od. 7, 27. ſ. *recepto Dulce mihi furere eſt amico:* vbi ſcholiaſtes Cruquianus verbum *furere*, quod Horatius 3. od. 19, 18. verbo *inſanire* commutauit, interpretatur verbis *ebrium eſſe*, *ſaltare*. Conf. Spanhem. ad Callim. h. in Cerer. 10. Certe ebrietas eſt inſania, et voluntaria, et hilaris, Seneca quoque auctore ep. 59. p. 213. et ep. 83. p. 344. To. 2. Gronou.: qui idem de tranquil. an. c. 15. p. 387. To. 1., *nam, ſiue Graeco poëtae credimus*, inquiens, *aliquando et inſanire iucundum eſt*, ad hunc locum reſpexiſſe videbatur Lipſio: neque quenquam ſobrium apud veteres temere ſaltaſſe accepimus. Neque tamen ea ex re iudicari vllo modo recte poteſt, verbum μανῆναι his in carminibus idem ſignificare, quod μεθύοντα χορεύειν odar. 41, 21.: quam in rem multa diſputare placuit Zeunio p. 26. ſ. Nam hoc quidem loco ebrietas iam verbis τοῦ Λυαίου κορεσθεὶς expreſſa eſt: et ſi poëta ſaltationem indicare voluiſſet verbo μανῆναι· ſane verbo χορεύειν potius vſus eſſet, quo aliis quoque in locis vſus eſt. Accedit, quod in his odariis compotatio, atque amor, ita laudantur non vno loco, vt nulla ſaltationis fiat mentio. vid. odar. 4, 14. ſ. 36, 5. ſſ. Caeterum hoc quoque odarium compoſitum eſt metro dimetro catalectico.

ΙΔʹ ΕΙΣ

ΙΔ΄ ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ *

Θέλω, θέλω φιλῆσαι.
Ἔπειθ᾽ Ἔρως φιλεῖν με·
Ἐγὼ δ᾽ ἔχων νόημα
Ἄβουλον οὐκ ἐπείσθην.
Ὁ δ᾽ εὐθὺ τόξον ἄρας,
Καὶ χρυσέην φαρέτρην,
Μάχῃ με προὐκαλεῖτο.
Κἀγὼ λαβὼν ἐπ᾽ ὤμων
Θώρηχ᾽, ὅπως Ἀχιλλεύς,
Καὶ δοῦρα, καὶ βοείην,
Ἐμαρνάμην Ἔρωτι.
Ἔβαλλ᾽, ἐγὼ δ᾽ ἔφευγον.
Ὡς δ᾽ οὐκ ἔτ᾽ εἶχ᾽ ὀϊστούς·
Ἤσχαλλεν· εἶθ᾽ ἑαυτὸν
Ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον·
Μέσος δὲ καρδίης μευ
Ἔδυνε, καί μ᾽ ἔλυσε.
Μάτην δ᾽ ἔχω βοείην.
Τί γὰρ βαλώμεθ᾽ ἔξω,
Μάχης ἔσω μ᾽ ἐχούσης;

VARIETAS LECTIONIS

* τοῦ αὐτοῦ εἰς ἔρωτα *cod. Vatic. p.* 678.: *quo in libro hoc odarium est duodecimum: sed in marg. adscriptum est simpliciter* εἰς ἔρωτα. 2. ἐπειθ᾽ — φιλεῖ *cod. Vatic. male.* 6. χρυσίην *cod. Vatic.* 10. βοιείην *cod. Vatic., vt v.* 18. 13. οὐκέτ᾽ *cod. Vatic. Steph. Mor. aliique.* 14. εἶτ᾽ *cod. Vatic., vt Flaid.* 15. ὡς *coni. Pauus, prob. Zeunio p.* 28. 16. κραδίης *cod. Vat. male.* μέσον *coni. Dauis. ad Cic. N. DD.* 2, 47. *et Pauus. sine caussa idonea.* 17. ἔλυσεν *cod. Vat.* καί μ᾽ ἔδυσε *coni. Dan. Heinsius.*

sius. male. με λῦσε *coni. Zeun. p. 28. bene.* 19. βάλομεν *cod. Vatic.* βάλωμεν *Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig.* βάλωμαι *coni. Zeun. p. 29., prob. Val. p. 124.* λαβώμεθ᾽, *aut* λάβω μὲν, *coni. Pau.* λαβώμεθ᾽ *prob. Schrader. animaduerss. ad Musae. p. 368.* 20. ἔσσης *coni. Schrader. ad Musae. 245.* ἔσω μὲν ἔσῃς *coni. Pau., admissa scilicet coni.* λαβώμεθ᾽.

ANNOTATIONES

i potentia Amoris cf. Mosch. I. Bion. VIII, 6. fr. III, 1. Theocr. II, 1-4.

ODE XIIII

3. Ἔχων νόημα ἄβαλον idem est, quod ἄβαλος *incogitans, inconsultus* Gloss. vett.: cui opponitur εὔβαλος *boni consilii* Gloss. vett. vid. Spanhemius ad Iulian. oratt. p. 160. s. et p. 301. a.

5. Sensus est, *sumsit, arripuit, arcum, et suspendit, aptauit, pharetram humeris.* Neque enim Cupido arcum, et pharetram, semper gestabat, vt putabat Pauus: immo nonnunquam, iis positis, lyra delectabatur. Pausan. 2, 27. p. 173. Kuhn. tabulam Pausiae, pictoris, commemorat, in qua βέλη μὲν, καὶ τόξον, ἐστὶν ἀφεικὼς Ἔρως, λύραν δὲ ἀντ᾽ αὐτῶν ἀράμενος φέρει. Εὐθὺ est εὐθέως, vt odar. 3, 15.: et χρυσεῦν vocatur *quicquid suo in genere optimum est, atque praestantissimum, et pulcherrimum.* v. Hierocles commentar. in aurea carmina p. 12. Nedh. et nos ad fragm. 59.

8. Λαμβάνειν ἐπ᾽ ὤμων θώρηκα est formula Virgiliana *circumdare loricam humeris*, Aen. 12, 88. Nam θώραξ proprie quidem est *pectus*, sed transfertur fere ad *munimentum pectoris*, h. e. *loricam.* Hesychius: Θώραξ· — στῆθος, — λωρίκιον. v. Meursius ad Theocrit. p. 130. Ab Homero, aliisque poëtis, vocatur fere χιτών. Hesychius: Χιτών· — θώραξ. Et pro μάχῃ προκαλεῖσθαι vulgo dicitur προκαλεῖσθαι εἰς, vel πρὸς, μάχην, vel μάχεσθαι προκαλεῖσθαι. vid. fragm. 36, 6.

9. Poëta sibi videbatur esse Achilles, h. e. is, qui vinci a Cupidine non posset. Ὅπως autem idem est, quod ὡς, vt odar. 43, 4.

10. Hesychius: Βοείη· — ἀσπίς. Intell. ἀσπίς· quod nomen addidit Apollon. Rhod. 4, 200. s. Nam crates clypei ferrea obducta erat corio bubulo. Δοῦρα autem, h. e. δόρατα, est *hasta.* nam hastae veterum erant fere fraxineae: sed δόρυ proprie est *lignum*: Hesychius: Δόρυ· — λόγχη, ἀκόντιον, καὶ πᾶν ξύλον· et pluralis numerus habet vim numeri singularis: vt odar. 15, 8. κάρηνα.

11. Μάρνη veteribus erat pro *manu.* vnde et Latinum *manus*, sicuti et *panis*, a πύρνος, vel πάρνος. B. Hesychius: Μάρναται· μάχεται ἐν πολέμῳ. Ἐμαρνάσθην· ἐμάχοντο· δυϊκῶς. Glossae sumtae sunt ex Hom. Il. ό, 513. ή, 301. ρ́, 382.: qui idem poëta Odys. χ́, 228. dixit Τρώεσσιν ἐμάρναο.

12. Ἔφευγον,

12. Ἔφευγον, h. e. *me recipiebam; referebam pedem; fugiebam pectore aduerso*: vid. v. 16. s.: vt ἔβαλλε est *emittebat sagittas arcu*. V. D. Obseruatt. philologg. et critt., quae A. C. 1791. Londini ap. Iortinium octonis editae sunt, vol. 2. pro ἔφευγον legendum esse putabat ἄλευον, cuius verbi interpretamentum esset ἔφευγον. At debebat scribi ἀλευόμην. Certe Homerus ἀλεύεσθαι sic dixit, non ἀλεύειν. vid. Il. π', 711. Odys. ξ', 300. ω, 29. Hesychius: Ἀλευόμενοι· ἐγκλίνοντες· s. ἐκκλίνοντες. Ἀλεύατο· ἐξέκλινεν. Ἀλευάμενος· ἐγκλίνας, φυλαξάμενος· s. ἐκκλίνας. Suidas: Ἀλεύετο· ἐξέφυγεν. Et quanquam ap. Hesychium legitur, Ἄλευε· φύλαξαι, vt ap. Suidan: tamen dubitari non potest, quin rescribi oporteat ἄλευαι· quum haec glossa sumta sit ex Il. χ', 285.: vbi optimi libri habent ἄλευαι, non ἄλευε. Addicit ipsum glossema φύλαξαι, pro quo libri Hesychii perperam scriptum exhibent φύλαξε.

13. Hesychius: Ὀϊστός· βέλος. Gloss. vetr. Ὀϊστὸς *Missile*. Philo de plantat. Noach. p. 235. D Paris. ἄλλαι δ' εἰσὶ προσρήσεις διάφοροι κατὰ σημαινομένου τινὸς ὡς ἰὸς, ὀϊστὸς, βέλος. Τὸ γὰρ διὰ τῆς τόξου νευρᾶς ἐπὶ τὸν σκοπὸν ἀφιέμενον πάντα ταῦτα λέγεται.

14. Hesychius: Ἤσχαλλον· ἐλυποῦντο. Ἀσχάλλει· ὀχλεῖται [l. ὀχλᾶται], λυπᾶται, ἀθυμεῖ, ἀδημονεῖ, ἀγανακτεῖ. Est verbum Homericum. vid. Odys. β', 193.: vbi glossa ἀσχάλλῃς in scholiis minoribus explicata legitur verbo δυσχεραίνῃς. Bion. II, 7.

14–6. similes quid quid Hes. ill. I, 10, ubi Rit.

15. Hesychius: Βέλεμνα· βέλη. Est glossa Homerica. vid. Il. ο', 484. 489. Εἰς βέλεμνον autem verte *pro sagitta, loco sagittae*. Sic non necesse est, vt εἰς mutetur in ὡς. Imitatus hunc poëtae locum esse videbatur Barthio Aduerss. 22, 14. Silius Ital. 12, 424. s. *Nuceriae — Incussit sese*, h. e. omnes suas, extremasque, vires, omnem vim.

16. Μέσος καρδίας μου ἔδυνε est *penetrabat se in cor meum*. Nam μέσος τινὸς eleganter dicitur omnino etiam *is, qui est intra rem aliquam, in re aliqua*: vt Matth. 14, 24. Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, h. e. *nauis iam in alto erat*: pro quo Marc. 6, 47. est ἦν τὸ πλοῖον ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης· Ioh. 1, 26. μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, h. e. *inter vos est*. Herodo. 1, 170. Τέων γὰρ μέσον εἶναι Ἰωνίης. add. 4, 87. Atque huius quidem interpretationis veritas perspici vel inde potest, quod v. 20. sequitur, μάχης ἔσω μ' ἐχέσης, h. e. *quum hostis*, Cupido, *in corde meo sit*. Hesychius: Ἔδυ· εἰσῆλθε, κατῆλθε, κατέδυ. Glossa est Homerica, vid. Il. γ', 36. Caeterum hunc totum locum imitando expressum esse ab Eustathio Hysmin amorr. 3. p. 69. Paris., obseruauit Golminus. Verba Eustathii sunt haec, Ὅλην φαρέτραν Ἔρως ἐξεκένωσέ μου κατὰ ψυχῆς· ὅλην μου τὴν καρδίαν ἐνέπρησεν. Εἴ σοι παρῆν ἰδεῖν, εἶδες αὐτὸν σὺν αὐτοῖς ὅπλοις, σὺν αὐτῇ φαρέτρᾳ, σὺν ὅλῳ πυρὶ, τὴν ἐμὴν εἰσδύντα ψυχήν. Bion. II, 10. 8r I, 1, 4.

17. Hoc est, *me fudit*, vel *mortuum extendit*. B. Immo *vicit me: fecit, vt viribus omnibus exhaustus succumberem.*

18. Figura συνεκδοχή· nam et caeteram armaturam vult intelligi. Constat, hoc non vidisse Barnesium, cum βαλώμεθα accipiat pro composito περιβαλώμεθα· quod et, Canterum imitatus, frigidiuscule reddit *muniamur*. B. Ratio, qua Baxterus refellere conatus est sententiam Guil. Canteri, qui βαλώμεθα pro περιβαλώμεθα [Odys. χ', 148.] accepit

pit [Nouu. lectt. 5, 7.], non est idonea. Nam etsi certum esse videmus, βοείην a poëta ita nominari, vt reliqua quoque arma, hasta scilicet, et lorica [v. 9. s.], significentur: tamen aeque perspicuum est, requiri verbum, quod proprie accommodatum sit clypeo. Eiusmodi autem verbum est περιβάλλεσθαι, quum clypei orbe totum fere corpus cingatur: et simplicia verba saepenumero poni, a poëtis maxime, loco compositorum, quis nescit? Itaque τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω est *cur enim ego protegam clypeo corpus.* Conf. odar. 42, 17. Caeterum Bruncquius, βαλώμεθ' dictum esse putabat pro προβαλώμεθ', et Schottus obseruatt. humann. 1, 3. hoc verbum explicandum esse censebat *quo ferimur?* aut *quid obiicimus?* repugnante eius ingenio.

20. Hoc male acceptum a Barnesio est, pro ἔσω με, cum sit pro ἔσω μου· siquidem ille vertit *Bello intus me exercente.* Equidem male Graecum censeo ἡ μάχη με ἔχει. B. Non assentior. M' sine vlla controuersia cohaeret cum verbo ἐχούσης, atque adeo dictum est pro με, *quum Cupido hostis meo in corde sit, qui me vexet,* vid. v. 16. s. Nam vt ἔσω ad ἔξω v. 19. pertinet, ita verba μ' ἐχούσης referuntur ad verba ἔχω βοείην v. 18. Ex quo etiam vanitas coniecturae Schraderi patet, qui ἐχούσης mutari in ἐούσης iubebat. Et quum ἔχειν sit *tenere:* quidni recte, et eleganter, dictum sit μάχη με ἔχει? Caeterum huius quoque odarii versus sunt dimetri catalectici, sed in v. 8. 9. 13. 14. primam sedem habet spondeus. —

ΙΕ΄ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Οὔ μοι μέλει Γύγαο,
Τȣ̃ Σάρδεων ἄνακτος·
Οὐδ᾽ αἱρέει με χρυσὸς,
Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.
Ἐμοὶ μέλει μύροισι
Καταβρέχειν ὑπήνην·
Ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
Καταστέφειν κάρηνα.
Τὸ σήμερον μέλει μοι·
Τὸ δ᾽ αὔριον τίς οἶδεν;
Ὡς ȣ̃ν ἔτ᾽ εὐδί᾽ ἐστὶ,
Καὶ πῖνε, καὶ κύβευε,
Καὶ σπένδε τῷ Λυαίῳ,
Μὴ νȣ̃σος ἤν τις ἔλθῃ,
Λέγῃ, μὴ δεῖ σε πίνειν.

VARIETAS LECTIONIS

* εἰς τὸ ἀφθόνως ζῆν *cod. Vatic. in m. Barn. Lam. Arg.* 1. 2. *Deg.* 2. *Brig. Born. Extat hoc odarium, quod in cod. Vatic. p.* 677. *est ordine septimum, Anthol.* 2, 47. 17. *p.* 174. *Steph. in fragmm. Vrsini p.* 130. *et ap. Pe. Crinitum de honesta discipl.* 9, 4. 1. Γύγεω *schedd. vetustae bibl. olim Palat. vid. Arg.* 1. *p.* 98. τὰ γύγȣ *cod. Vatic., vt coni. Pau.: sed in m.* Γύγεο. τὰ γύγεω *legit Bentl. ad Horat.* 2. *od.* 17, 14. *recte: etiam Zeun. p.* 31. *iudice: recepere Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Stroth. Holst. Brig. Born.* Γυγάδȣ, *vel* Γυγαίȣ, *vt intell. Croesus, Gygis* ἔκγονος, *coni. Iablonsqu., auctore Degenio.* 2. Σαρδίων *Anthol. et Bentl. d. l., probb. Zeun. p.* 31. *et Valquenar. ad Theocr. Adoniazz. p.* 237.: *quod recc. Brunequ. Analect. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Stroth. Holst. Brig. Born. Etiam Steph. attulit* Σαρδίων. 3. ȣ̓δ᾽ εἷλε πω με ζῆλος *cod. Vatic.: quod recc. Arg.* 2. ȣ̓θ᾽ *Brig. Born.* ζῆλος *prob. etiam Pau., non item Zeun. p.* 32. ȣ̓θ᾽ εἷλέ πω μὲ χρυσὸς

affert

affert Steph. *Quas quidem lectiones peperisse videntur versiculi Archilochi*, Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει· Οὐδ᾽ εἷλέ πω με ζῆλος, *qui laudantur a Plutarcho* περὶ εὐθυμ. *p.* 470. *B To.* 2., *adscripti fortasse in margine a grammaticis: vt Baxterus bene docuit. Caeterum pro* Οὐδ᾽ αἱρέει, *quod est in libris fere omnibus, etiam Baxt., leg., aut* οὐδ᾽ αἱρέει, *cum Scaligero ad Euseb. p.* 58.: *sequitur enim v.* 4. οὐδέ *aut pro* οὐδὲ φθονῶ, *quod habent iidem illi libri, v.* 4. οὔτε φθονῶ, *vt odar.* 17, 8. *est* μήτε — μήθ᾽. *Recepimus igitur* οὐδ᾽. 4. οὐτ᾽ αἰνέω τυράννους *Arg.* 1. *Deg.* 1. 2.: *sed Degen. tum scribere etiam v.* 3. *debebat* οὔθ᾽, *non* οὐδ᾽: *hanc lectionem Brunequ. p.* 98. *ait se recepisse e cod. Vatic. parte ea, qua epigrammata continerentur, ita tamen, vt pro* οὐκ αἰνέω *reposuisset* οὐτ᾽ αἰνέω. *Archilochus ap. Plut. d. l. habet*, μεγάλης δ᾽ οὐκ ἐρῶ τυραννίδος. 5. μύροισιν *cod. Vatic.* 7. ῥόδοισιν *cod. Vat.* 8. καταστέφειν *cod. Vat.* 11. ἕως ἂν *Barn. Lam., prob. Valperga p.* 86. ἔστιν *cod. Vat.* 13. τοῖς λυκίοις *cod. Vatic.* 15. σὲ μὴ δεῖ *cod. Vatic. Steph. Mor. Vrsin. Com. Lubin. Flaid. Fab. Met.* 1. 2. *Lam. Stroth. Parm.* σὲ δεῖ μὴ πίνειν *Arg.* 1. 2. *e coni. Brunequ. Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born.* λέγῃ, σὲ μὴ πιεῖν δεῖν *coni. Barn.* σὲ μηδὲ *Barn. e coni. Scal. et Stephani, qui etiam* μή τι, *vel potius* μὴ ἔτι, πίνειν, *h. e.* μὴ ἔτι, *legi posse putabat, prob. Zeunio p.* 32. μὴ δεῖ λέγῃ σε πίνειν *coni. Metar.* λέγῃ, σὲ μὴ πιεῖν δεῖ *coni. Valperga p.* 86. *In Anthol. v.* 11. — 15. *non leguntur. Sed reperit eos Steph. in vno cod.: vid. edit. Stephani princeps p.* 93.: *Barnesius eosdem in cod. Vatic. extare ait. vere. Stephano spurii videbantur: vt Pauo, Val. p.* 125., *et Brunequio, qui eos in Arg.* 2. *vncis inclusit: quem ducem sequutus est Brig.*

ANNOTATIONES

ODE XV

1. Probabile mihi videtur, hanc oden ab Anacreonte conscriptam illo tempore, quo quinque auri talenta, quae a Polycrate dono acceperat, domum remisit. B. Bentleius recte vidit, legendum esse τὰ Γύγεω. Sic enim consulitur metro, quum prior syllaba in nomine Γύγης longa sit in veterum quidem poëtarum carminibus: v. Bentleius d. l. et Matius Opinionn. 3, 7. p. 389. f. Trai.: et ipse Archilochus ap. Plutarchum περὶ Εὐθυμ. p. 470. B To. 2. Vechel., quem imitatus poëta creditur, dixit, Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει. vid. Scaliger animaduerss. in Euseb. chronoll. p. 57. f. Sed τὰ Γύγεω sunt *opes, diuitiae, Cygis*, vt odar. 26, 3. τὰ Κροίσου *opes Croesi*: quae a Libanio ep. 50. p. 26. Volf. dicuntur τὰ Γύγου χρήματα. Conf. Athen. 6, 4. p. 231. f. Strabo 13. p. 626. Casaub. et Erasmus Adagg. p. 216. Hanou. Tibullus 4, 1. 198. f. dixit *regna Lydia*. Alpheus Anthol. 1, 12. 2. Οὐ στέργω βαθυληΐους ἀρούρας, Οὐκ ὄλβον πολύχρυσον, οἷα Γύγης. Bianor Anthol. 1, 70. 17. Σάρδιες αἱ τὸ πάλαι Γύγου πόλις, αἵ τ᾽ Ἀλυάττου

Σάρδεις

Σάρδιες, ὦ βασιλῦ Περσῖς ἐν Ἀσιάδι, Αἳ Κροίσῳ τὸ παλαιὸν ἐπλινθώσασθε μέλαθρον, Ὄλβον Πακτωλῦ ῥεύματι δεξάμεναι. Sardes etiam ab Aeschylo Perss. 45. dicuntur πολύχρυσοι Σάρδεις. Nam v. 3. s. exponit poëta caussam huius diuitiarum Gygis, regis, despicientiae, ita, vt v. 3. ad v. 1., v. 4. ad v. 2., referendus sit. nam τύραννος idem est, quod ἄναξ, vt odar. 9, 10. Vid. Gataquerus aduerss. miscell. 1, 1. p. 173. s. Trai.

3. Aliquis ad oram codicis olim adnotauerat Archilochi illud: Οὐδ᾽ εἷλέ μέ πω ζῆλος· quod Barnesius post Vossium ostendit esse in Plutarcho περὶ Εὐθυμίας [p. 470. To. 2.]. Atque hinc factum existimauerim, quod in Vaticano exemplari illud occupet locum tertii versus. Anacreon in nonnullis imitatus est Archilochum. B.

5. Sic Sophocles Aiac. 712. Νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι.

6. Μύροισι καταβρέχειν ὑπήνην est *vnguentis vngere barbam*. Nam ὑπήνην poëta dixit, non πώγωνα, vt ostenderet, non totam barbam vnctam esse vnguentis, sed tantum eas illius partes, quae sunt propter labium vtrumque. Pollux 2, 80. αἱ δὲ ὑπὸ τῇ ῥινὶ τρίχες, μύσταξ — αἱ δὲ πρὸς τῷ κάτω χείλει, πάππος· τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν, ὑπήνη· quae verba repetiit Eustathius ad Il. ώ p. 1353. 56. Rom. add. Galenus p. 376. To. 4. Basil.: Etymol. M. et Hesychius v. ὑπήνη· atque Suidas v. γένειον, et v. ὑπήνη. Neque enim video hoc obseruasse Eschenbachium in libello de vnctionibus gentilium p. 436. ss.: qui laudauit tamen hunc poëtae locum p. 473., et ὑπήνην vertit *caesariem*. Fubulus ap. Polluc. 10, 120. dixit τὴν ὑπήνην μύρισον· vt ap. Eurip. Alcest. 1015. legitur κάστεψα κρᾶτα· quod Anthol. 7, 143. vno verbo πυκασάμεθα dicitur. Conf. Doruillius Vann. crit. p. 572.

8. Ῥόδοισι καταστέφειν κάρηνα idem est, quod στεφάνας κροτάφοισι ῥοδίνας συναρμόζειν odar. 6, 1. s., et odar. 42, 5. s. στεφανίσκας κροτάφοισιν ἀμφιπλέξαι.

10. Horat. 4. od. 7, 17. s. *Quis scit, an adiiciant hodiernae crastina Vitae tempora di superi?* Sensus v. 9. s. est, *dum viuo, dum valeo, potabo.* Prouerbb. 17, 1. ὃ γὰρ γινώσκεις, τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. Conf. odar. 41, 19. s.: Eurip. Alcest. 782. ss.: Theocrit. Idyl. 13, 4. et schol. ad v. 13.: Anthol. 2, 47. 21. et 27. Horat. 1. od. 9, 13. s. 2. od. 3, 13. Nam v. 11. — 15. nobis quoque alieni videbantur, adiecti a quodam, qui vellet respondere quasi voci poëtae, et se cohortari ad fruendum voluptate potandi. Neque enim Anacreon videtur vsurus fuisse verbo κυβεύειν, immo verbo παίζειν, quod esset *indulgere Veneri*, τιμᾶν τὴν πλεῖστον ἡδίστην θεῶν Κύπριν βροτοῖσιν Eurip. Alcest. 790. s. Nam potores vini tesseras curare vix solent. Πίνειν videtur esse *potare solum*, sed σπένδειν τῷ Λυαίῳ *compotare, potare cum aliis.*

11. Barnesius de suo reposuit, Ἕως ἂν ἔτ᾽ εὐδί᾽ ἐστί. Sed ego veritus sum magnis autoribus fraudem facere. Quin et vel ipse falsus est, vel alios fallit, cum dicat, non posse elidi vocalem longam, cum vel ipsa diphthongus ει elidatur nonnunquam. Oblitus est, etiam communes vocales α, ι, υ, in pluribus esse communi tempore, vt possit media vocis εὐδία efferri communi sono. B. Εὐδία accipi debet de *valetudine*. refertur enim ad νοῦσον v. 14. Sensus est, *ergo dum vales.*

12. s. Verte *pota, solus, et cum aliis:* v. 15. est simpliciter πίνειν.

14. Ho-

14. Homerus hoc in genere vſus eſt verbo compoſito ἐπέρχεσθαι. vid. Odyſ. λ', 199.

Repoſui μὴ δεῖ σε πίνειν, cum antehac, repugnante metri lege, conceptum eſſet, σὲ μὴ δεῖ πίνειν· facili quidem errore. Stephanus correxit, Σὲ μὴ ἔτι πίνειν· ſatis commode. Sed noſtra, neſcio quomodo, magis placent: aliorum ſit iudicium. Iſta ſunt verba prioris noſtrae editionis, quae tamen in tantum commouere bilem irritabili Profeſſori noſtro, vt iſta ſcribat: *Cum olim ſcriberetur* Λέγῃ, σὲ μὴ δεῖ πίνειν, *Baxter, qui metri repugnantiam in vno loco vidit, et ſuſtulit, in alium tamen ſatis incogitanter ſubſtituit* [credo, eum voluiſſe *incidit*], *etiam in Parem, hoc eſt, ſecundum locum* [hiulca eſt ſententia. voluit, puto, dicere, *ſpondeum induxit*] *legendo,* Λέγῃ, μὴ δεῖ σε πίνειν. *Et ſua tamen ſibi placere gloriatur, et ad aliorum iudicium prouocat, miſere in magno errore obduratus.* Certe ſi ad aliorum iudicium prouocauit: non adeo obduratus fuit in ſuo magno errore. Verum, nec mens, nec lingua, conſtitit ferocienti Profeſſori, neque nouit, μιμητικὸν aliquando ἦθος a veteribus in metris etiam exprimi. Quin poſſet igitur morbo, perſonae querulae, atque moroſae, ſpondei pigritiam, et lentorem, tribuere: quo ſignificet renitentis vultuoſam pertinaciam? Certe inferius, ode ſcilicet 24., inſigne eſt huius rei exemplum, duobus iſtis verſibus [v. 5. ſ.], Μέθετέ με αἱ φροντίδες· Μηδέν μοι, καὶ ὑμῖν, ἔστω. Atque horum quidem alter impatientiae πάθος per tribrachyn exprimit, iambicumque, atque dactylum; alter vero per moloſſum, atque duos ſpondeos, faſtidii marcorem depingit. Ipſe Barneſius Scaligeri lectionem ſecutus eſt, Λέγῃ, σὲ μηδὲ πίνειν· quod ita Latine ille reddit, *Iubeat, vt ne tu bibas:* cum deberet eſſe, *Dicat, te neque bibere:* quod nouerat neminem probaturum. B.. Poëta enim hoc in odario compellat ſemet ipſum ſic, *delector compotationibus: iuuant me compotationes: neſcio, an cras ſim victurus, atque valiturus: pota igitur, dum vales.* Caeterum huius quoque odarii verſus ſunt dimetri catalectici: ſed v. 1. 2. 3. 4. 11. 13. 14. in prima ſede, et v. 15. in ſede ſecunda, ſpondeos habent pro iambis.

ΙΣΤ' ΕΙΣ

ΙΣΤʹ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης·
Ὁ δ' αὖ Φρυγῶν ἀϋτάς·
Ἐγὼ δ' ἐμὰς ἁλώσεις.
Οὐχ ἵππος ὤλεσέν με,
Οὐ πεζὸς, ὀυχὶ νῆες·
Στρατὸς δὲ καινὸς ἄλλος,
Ἀπ' ὀμμάτων βαλών με.

VARIETAS LECTIONIS

* *ἄλλο ἐρωτικὸν ὠδάριον cod. Vatic. p. 682.: in quo cod. hoc odar. est sextum, et vicesimum: sibique adiunctum habet, vt vnum, odar. 55. 3. ἐμᾶς cod. Vatic. 5. ὄυτε v. Barn. Lam. male; neque enim mediocris suauitas, atque grauitas, inest in triplici illa repetitione vnius, eiusdemque, particulae. 7. ἀπ' ὀμμάτων με βάλλων cod. Vatic. male: nam verba ὤλεσέν με v. 4. aoristum requirunt.*

ANNOTATIONES

ODE XVI.

3. Erat apud Graecos celebris cantilena, atque saltationis genus, quae dicebatur Τροίας Ἅλωσις, quam infamis ille Nero ad vrbis incendium cecinisse fertur. B. Vid. Sueton. Ner. 38. Restat etiam carmen Tryphiodori, quod inscriptum est Τροίας Ἅλωσις, quae ἅλωσις Ἰλίου vocatur a Sophocle Philoct. 60.: vt Phrynichus fecisse, et docuisse, legitur Μιλήτου ἅλωσιν ap. Herodo. 6, 21. Nam quum τὰ Θήβης sit *bellum Thebanum*; quum ἀϋτὴ sit, non tantum *clamor bellicus*, quem tollunt milites, hostem aggressuri, sed etiam *pugna, praelium*, vt odar. 45, 8., ita, vt verbis Φρυγῶν ἀϋταὶ significetur *bellum Troianum*: conf. odar. 1, 1. s. et Ouid. Amorr. 3, 12. 1 .: vbi v. Burmanus: Troas enim fuit pars Phrygiae Hellespontiacae, siue minoris: vid. Strabo 2. p. 129. Casaub.: dubitari sane non potest, quin cogitatio de bello Troiano, atque adeo de Ilii excidio, poëtam iusserit animi sui cladem vocare ἅλωσιν. Sed vsus est plurali numero, quia multi pueri, multae puellae, animum eius vicerant, et ceperant. Theocr. 22, 220

4. Ἵππος sunt *equites*, *equitatus*, *copiae equestres*: vt πεζὸς *pedites*, *peditatus*, *copiae pedestres*: ab Homero Il. β', 810. atque 1. Macc. 16, 8. dicuntur πεζοὶ, et ἱππῆες s. ἱππεῖς· et νῆες *copiae nauales*.

6. Στρατὸς καινὸς sunt *copiae*, *quae*, *nec in campis*, *nec in mari*, *pugnant*, h. e. aut pueri, et puellae, formosulae, et delicatae: quidni enim hae adspectu vulnerantes animum dici recte possint ἀπ' ὀμμάτων βάλλειν; certe ὀφθαλμὸς dicitur βάλλειν ψυχὴν ap. Chrysost. de sacerdot. 6, 8. 558. Bengel.; et oculis tribuuntur δίκτυα ab Philostrato epp. p. 906. A Paris.: conf. Plato Cratyl. 32. extr. et Clem. Alex. Strom. 2. p. 412. D: aut potius *Cupidines*, *Amores*. vid. ad v. 7.

7. Adspectus scilicet puellarum, et puerorum, formosulorum ipse vulnerat spectatoris animum. Xen. Memorr. 1, 3. 13. ἴσως δὲ καὶ οἱ Ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόῤῥωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσι. Odar. 2, 12. Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον, καὶ πῦρ, καλή τις οὖσα. Achil. Tat. 1. p. 17. Salm. κάλλος γὰρ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ. Sed e verbis ἀπ' ὀμμάτων βαλὼν puto intellegi, poëtam finxisse sibi cogitatione Amores in oculis puerorum, puellarumque, consistentes, qui tela inde, et sagittas, in ipsum emiserint, ita, vt confectus iacuerit. Conf. Xen. Cyrop. 5, 1. 8. Aeschylus Suppll. 1010. ss. Musaeus v. 94. s.: Meursius ad Theocrit. p. 21. s. et ad Lycophron. 309. p. 171. Caeterum metrum huius odarii est dimetrum catalecticum: sed v. 4. et 5. pes primus est spondeus.

ΙΖ' ΕΙΣ

ΙΖ' ΕΙΣ ΠΟΤΗΡΙΟΝ ΑΡΓΥΡΟΥΝ *

Τὸν ἄργυρον τορεύσας,
Ἥφαιστε, μοὶ ποίησον,
Πανοπλίαν μὲν οὐχί·
Τί γὰρ μάχαισι, κἀμοί;
Ποτήριον δὲ κοῖλον·
Ὅσον δύνῃ, βάθυνον.
Ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ,
Μήτ' ἄστρα, μήθ' ἁμάξας,
Μὴ στυγνὸν Ὠρίωνα·
Τί Πλειάδεσσι, κἀμοί;
Τί δ' ἀστράσιν Βοώτεω;
Ποίησον ἀμπέλους μοι,
Καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ,
Καὶ χρυσέους πατοῦντας,
Ὁμοῦ καλῷ Λυαίῳ,
Ἔρωτα, καὶ Βάθυλλον.

VARIETAS LECTIONIS

* τοῦ αὐτοῦ εἰς ποτήριον ἀργυροῦν *cod. Vatic. in m. p.* 676.: *in quo cod. hoc odarium est odar. tertium.* 1. τορεύων *attulit Steph., nesciebam vnde. Legitur ita in cod. Vatic.: recepp. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. At aor. continuationi actionis conuenientior est: et legebatur* τορεύσας *in cod. Voss. ap. Suab. prolus. in Anacr. Vinar. A. C.* 1778. 4. *p.* 2.: *Pau. coni.* χωνεύσας, *aut* πυρώσας, *aut, sublatis v.* 3. 4., τορνεύσας, *et v.* 5. ποτήριόν τι κοῖλον. 2. ἥφαιστέ μοι *cod. Vatic.* 3. πανοπλίας *editt. vett. Gellii, auctore Metario.* 4. *Hic versus vncis inclusus est in Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born.* καμοί *cod. Vatic.* 6. βαθύνας *cod. Vatic. Argent.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born., prob. etiam Heinio p.* 133. *Sed* βάθυνον *legitur etiam in cod. Voss. ap.*

Suab. p. 2. 7. καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτὸ *cod. mſ. Gellii Franequeran. ap. Veſſel. obſeruatt.* 1, 16. *p.* 59. *et editt. eius vett.* κατ' αὐτῦ *Anthol. cod. Vatic. et Voſſ. ap. Suab. d. l.* δ' ἐμοὶ *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born.* 8. *ita legit etiam cod. Voſſ. Sed* μηδ' ἄϛρα, μηδ' ἁμάξας *Anthol.* μήτ' ἄμαξαν *cod. Vatic.* μήθ' ἅμαξαν *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born.* 10. τί Πληιάδων μέλει μοι; *cod. Vatic.: quod attulit etiam. Steph.* τί Πλειάδων μέλλει μοί; *edit. Gell. a.* 1469. τί Πλειάδων μέλει μοι; *edit. Gell. Ven. a.* 1509. *Brunequ. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born.* 11. ἀϛράσι *cod. Voſſ. Gell. Steph. Mor. Com. Vrſin. Fab. Lubin. Flaid. Macrop. Parm.* τί γὰρ καλῦ Βοώτυ *cod. Vatic.* τί δ' ἀϛέρος Βοώτεω *afferunt Steph. et Barn.: quae eſt lectio editt. vett. Gellii, quam recc. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. *Brig.: id quod etiam Born. facere debebat: ſed Deg.* 2. Βοώτυ. *In cod. MS. Gellii Franequerano omiſſus eſt v.* 9., *et v.* 10. *ſ. ita ſcripti leguntur,* τί Πληάδων μέλει μοι; τί δ' ἀϛέρος Βοώτεω; 12. ἀλλ' ἀμπέλυς χλοώσας, Καὶ βότρυας γελῶντας, *Anthol. omiſſis v.* 10. *ſ., item v.* 14. *et v.* 16.: *et v.* 15. *ibi ſic legitur,* Σὺν τῷ καλῷ Λυαίῳ, *vt ap. Crinitum d. l.: quae ſcriptura Anthol. Pauo vna omnium maxime placebat. In cod. Vatic. inter v.* 13. *et v.* 15., *omiſſo v.* 14., *inſerti leguntur verſiculi iſti,* καὶ μαινάδας τρυγώσας· ποίει δὲ ληνὸν οἴνυ, ληνοβάτας πατῦντας, τὺς σατύρυς γελῶντας, καὶ χρυσῦς τὺς ἔρωτας, καὶ κυθέρην γελῶσαν. *Etiam in cod. Voſſ. ap. Suab. p.* 2. *ſ. iidem verſus ſic, omiſſo v.* 14., *additi leguntur, niſi quod ibi ſcriptum eſt* καὶ σατύρυς γελῶντας. *Pauus coni.* καὶ ληνοβ. πατ. Τὺς χρυσέυς Ἔρ., *et* Κυθέρειαν γελ., *aut* καὶ τὴν Κυθέραν γελ. *Suabius coni.* χρυσέυς τε τὺς Ἔρ. *Bruncquius in Arg.* 1. 2. *ſcripſit* κατ' αὐτῶν, *quum tamen etiam cod. Voſſ. habeat* κατ' αὐτὸ, *vt v.* 7.: *et addidit verſus hos,* Καὶ Μαινάδας τρυγώσας· Ποίει δὲ ληνὸν οἴνυ· *quam eius auctoritatem ſequuti ſunt Deg.* 1. 2. *Brig. Born.: ſed Holſt. mutauit tantum* αὐτὸ *in* αὐτῶν. *Valperga p.* 87. *coni.* Τί Πλειάδων μέλει μοι; Τί τ' ἄρ καλῦ Βοώτεω; Ἀλλ' ἀμπέλυς χλοώσας, Καὶ βότρυας γελῶντας, Καὶ Μαινάδας κ. τ. λ. *Zeun. p.* 37. *coni,* Ἀλλ' ἀμπέλυς χλοώσας, Καὶ βότρυας κατ' αὐτάς. Ποίει δὲ ληνὸν οἴνυ, Καὶ χρυσέυς πατῦντας Ὁμῦ καλῷ Λυαίῳ Ἔρωτα, καὶ Βάθυλλον. 15. καλῷ Λυαίῳ *Barn., reliquique omnes.* καλῦ Λυαίυ *Baxt. Sed nos reuocauimus alteram ſcripturam, etiam legum grammaticarum iuſſu.* 16. ἔρωτα κ' ἀφροδίτην *cod. Vatic.*

ANNOTATIONES

ODE XVII

Legitur hoc odarium ap. Gellium NN. AA. 19, 9., qui vocat *lepidiſſimos verſiculos Anacreontis ſenis:* Anthol. 2, 47. 18. p. 175. Steph.: vbi

vbi v. Brodaeus, et Opſopoeus: in Fragmm. lyricc. Vrſini p. 130. ſ., et apud Pe. Crinitum de honeſta diſcipl. 9, 4.: qui illud odar. 15. ſubiunxit, omiſitque v. 3. 4. Illuſtrauit idem, et ſequens, odarium, praeter Heinium P. 2. c. 4. libri, qui inſcribitur *Sammlung antiquariſcher Aufſaetze*, peculiari libello Frider. Dau. Graeterus, Lipſiae A. C. 1790. octonis edito: ſed egit ibi vir doctiſſimus aeſthetici ſcilicet, non grammatici, perſonam: qui nec nomen ὥρα od. 18, 4. intellexerit.

1. Hoc eſt, ſcalpro, vel torno, incidens ad opus emblematicum inſerendum. Argentum autem modo dicit factum; ipſum ſcilicet ſculptori traditum. B. 'Ο ἄργυρος eſt *argentum, quod tibi trado.* Nam rationi Baxteri repugnat v. 5.: vbi ποτήριον diſerte diſtinguitur a τῷ ἀργύρῳ, vt res materiata a materia. Et quanquam Pauo abſurdum videbatur, iubere fabrum primum τὸν ἄργυρον τορεῦσαι, deinde ποτήριον ποιῆσαι· tamen neſcio, an haec difficultas ita tolli poſſit, vt dicamus, τόρον, *caelum*, fuiſſe inſtrumentum, quo vſi ſint, non tantum caelatores in ſignis exprimendis, et excidendis, ſed etiam vaſcularii in auro, argentoue, fabricando, et faciundo, ita, vt τὸν ἄργυρον τορεύσας μοὶ ποίησον ſit ſimpliciter *hoc argento mihi fabricare.* Manifeſtum enim eſt, poëtam agere cum Hephaeſto, vt vaſculario, eodemque caelatore, vt odar. 18, 1.: vbi pro τορεύσας μοὶ ποίησον eſt ſimpliciter τόρευσον. Caeterum verbum τορεύειν differre a verbo τορνεύειν, vt ap. Latinos verbum *caelare* a verbo *tornare*, diligenter, et accurate, docuit Salmaſius exercitatt. ad Solin. p. 735. ſſ., qui etiam hanc in rem a Bentleio ad Horat. A. P. 441. laudatur, et poſt eum Heinius d. l. Et Salmaſius quidem d. l. p. 737. auctoritate huius odarii conuinci erroris poſſe putabat Plinium, qui H. N. 34, 8. traderet, primum artem toreuticen aperuiſſe, atque demonſtraſſe, merito iudicari Phidian, qui Olymp. 83. floruerit.

3. Πανοπλίαν dicit figurate pro viro aliquo πανοπλίᾳ induto; qualis fuerit, vel Hector, vel Achilles, vel ſi quis alius ex antiquis heroibus caelari ſolitus in veterum poculis. Barneſius dixit, *Anacreontem aperte reſpicere ad Achillis armaturam a Vulcano factam, et praecipue ad illius clypeum, in quo Pleiades, Bootes, Orion etc.* Equidem diuinare nequeo, quid ſibi Profeſſor velit; quaue figura aſtrorum ſculpturationes in poculo dici poſſint πανοπλία Homerica: quin et ſequens verſus contrarium ſuadet. B. Non aſſentior. Immo πανοπλία eſt ἡ τῶν ὅπλων πάντων διασκευή, interprete ſcholiaſta Ariſtophanis Doruilliano ad Plut. 952., h. e. *clypeus, lorica, galea* [v. Aelian. V. H. 3, 34.], et *gladius* [v. Epheſ. 6, 11. 16. 17. Helіodor. 9. p. 431. ſ. Comelin.]. Nam refertur ad ποτήριον v. 5.: cuius rei indices ſunt vel particulae μέν, et δέ· idemque declarant verba v. 4. Χρυσῆ πανοπλία laudatur 2. Macc. 3, 25.

4. Intell. κοινὸν, vt v. 10. ſ. Achil. Tat. 6. p. 387. Salm. τί ἐμοὶ, καὶ Θερσάνδρῳ, κοινόν; Lucian. adu. indoct. p. 382. To. 2. Graeu. τί κοινὸν κυνὶ, καὶ βαλανείῳ; Illuſtrarunt hanc formam loquendi, quae cum multis aliis ex oriente in Graeciam profecta eſt, Raphelius ad Matth. 8, 29.: Georgius Vindicc. p. 331. ſ.: Pfochenius in diſſert. de purit. L. Gr. N. T. ſ. 40.: Valquenar. ad Eurip. Hippol. 224.: Schultingius ad Sen. controuu. 1, 7. p. 119. To. 3. Gron. Conf. Priſcian. 18. p. 746. Baſil.

5. Poſt κοῖλον nota coli ponenda eſt, vt verba ποτήριον δὲ κοῖλον pendeant a verbis μοὶ ποίησον v. 2., et poſt βάθυνον intellegatur αὐτό. Sic appoſitum κοῖλον apparet non redundare, et vacare, vt Stephanus Theſ. L. Gr. in v. βαθύνω p. 633. To. 1. putabat, quum non omnia *pocula* ſint, et dicantur, κοῖλα, *profunda*. Βαθὺ κισσύβιον laudatur a Theocrito Idyl. 1, 27. Certe haec ratio accommodatior eſſe videtur

animo hominis potandi amore flagranti, qui vno fere spiritu iubeat vascularium facere poculum, non qualecunque, sed longe profundissimum, quam ratio eorum, qui, auctoritate cod. Vaticani adducti, poëtam putant scripsisse *βαθύνας*.

7. Hoc est, *exprime, et excide, in eo*: vt v. 12. Argumenta autem poculorum apud veteres fuisse etiam signa caelestia, docet epigramma Antipatri Anthol. 1, 46. 3. Ab Plutarcho de laude sui p. 544. B T. 2. pocula sigillata dicuntur *ποτήρια τορευτά*.

8. Ἄστρα accipe, non de *cane maiore*, *κυνὶ*, et *minore*, *προκυνὶ*, cum Pauo; etsi non ignoro, *κύνα* simpliciter *ἄστρον* vocari solere: vid. Salmasius exercitatt. Plinn. p. 416. b: etiam *ἀστέρα* v. schol. Hom. ad Il. έ, 5.: neque de *sole*, et *luna*; etsi scio, et *solem*, et *lunam*, simpliciter *ἄστρον* vocari: v. Alcaeus ap. Gell. 17, 11. et Pindarus ap. schol. 1. Aeschyli ad sept. c. Thebas v. 396., vbi luna dicitur *πρέσβιστον ἄστρων*· immo omnino de *sideribus*. Quidni enim vocabulum generis recte sequantur formarum vocabula? praesertim quum dubitari vix possit, quin Anacreon respexerit ad locum Homeri Il. σ', 485. ss., vbi Vulcanus dicitur in clypeo Achillis fecisse signa siderum omnium, *τὰ τείρεα*, h. e. *ἄστρα, πάντα*, et Pleiadum, et Hyadum, et Orionis, et Vrsae. Et plur. *ἁμάξας* positum puta pro singulari. Ἅμαξα autem sunt septemtriones, septem stellae clarae in vrsa maiore, referentes figuram plaustri. vid. Varro L. L. 6, 4. Gellius NN. AA. 2, 21. Cic. Tusc. 1, 28. et ad odar. 3, 2. Conf. Aratus Phaenomm. 27. et Hesychius v. *ἀρκτοῦρος*.

9. *Orion* dicitur *στυγνὸς*, h. e. *tristis* [Horat. epod. 10, 10.], *infestus nautis* [Horat. epod. 15, 7.], *aquosus* [Virg. Aen. 4, 52.], quia quum oritur, et occidit, concitantur tempestates. Non procul distat a Canibus, iuxta Taurum. Hesychius: Στυγνόν· ἀργὸν, ὠμὸν, χαλεπόν. Gloss. vett. Στυγνὸν *Dirum*.

10. Πλειάδες sunt Lat. *Vergiliae*, stellae septem in dorso Tauri. v. Eratosth. καταστ. 23. Eustath. ad Il. σ' p. 1155, 46. Rom. et index Aeschin. v. Πλειάδες.

11. Ἀστράσιν Βοώτεω dictum est pro Βοώτῃ, ita, vt e v. 10. intell. κακοί. Nam Bootes, qui alio vocabulo Ἀρκτοφύλαξ appellatur, constat stellis quatuor, et decem. v. Eratosth. καταστ. 8. et ad odar. 3, 2.

13. Vid. ad odar. 50, 10.

14. Aurea voluit fieri Cupidinis, atque Bathylli, emblematica sigilla. Pronum est credere, *τί Πλειάδων μέλει μοι; τί γὰρ καλοῦ Βοώτεω*· atque *καὶ Μαινάδας τρυγώσας*· et *ποίει ληνὸν οἴνου*, quae, vt monet Barnesius, in Vaticano sunt MS., loca esse *παράλληλα*, quae de ora codicis tandem in textum irrepsere: quod et alias hoc contigerit. B. Χρυσέους Baxterus non male accipit de sigillis *aureis* Cupidinis, et Bathylli. Sed poterit fortasse rectius de pulchritudine accipi, cum ob v. 1., tum ob verba ὁμοῦ καλῷ Λυαίῳ. Πατοῦντες sunt *calcatores* vuarum, *torculatores*, vt Geoponn. 6, 11, 2. 4., qui alio vocabulo ληνοβάται dicuntur. Gloss. vett. Ληνοβάτης *Calcator, torculator*. vid. ad odar. 52, 4. Ab Libanio p. 138. A To. 1. Mor. vocantur οἱ τοὺς βότρυας πατοῦντες σὺν ᾄσμασιν. Πατεῖν ληνοὺς legitur Nehem. 13, 15. Hesychius: Πατηταί· οἱ τραπηταί· vt verbo τραπεῖν hoc in genere vsus est Hesiodus Ἀσπ. 301.. Conf. ad odar. 52, 5.

16. Sophocles Aiac. 779. θεοῖς—ὁμοῦ· vbi schol. τὸ ὁμοῦ ἀντὶ τοῦ σύν. Caeterum huius quoque odarii metrum est dimetrum catalecticum, ita, vt v. 2. 8. 9. in prima sede habeant spondeos.

ΙΗ' ΕΙΣ

ΙΗ΄ ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ *

Καλὴ τέχνα τόρευσον
Ἔαρος κύπελλον ἡδύ·
Τὰ πρῶτα τερπνὰ ἡμῖν
Ῥόδα φέρουσαν Ὥρην.
Ἀργύρεον δ' ἁπλώσας
Ποτὸν ποίει μοι τερπνόν·
Τῶν Τελετῶν, παραινῶ,
Μή μοι ξένον τορεύσῃς,
Μὴ φευκτὸν ἱστόρημα.
Μᾶλλον ποίει Διός τε
Γονὴν Εὔϊον ἡμῖν·
Μυστὺν θ', ἅμα τε Κύπριν,
Ὑμεναίοις κροτοῦσαν·
Καὶ Ἔρωτας ἀνόπλους,
Καὶ Χάριτας γελώσας,
Κ' ἄμπελον εὐπέταλον,
Εὐβότρυον, κομῶσαν,
Καὶ κούρους εὐπρεπεῖς, μοὶ
Ἂν μὴ Φοῖβος ἀθύρῃ.

VARIETAS LECTIONIS

* ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ ποτήριον τοῦ αὐτοῦ ἀνακρέοντος *cod. Vatic. p. 676. ſ.: in quo cod. hoc odarium eſt quartum.* 1. Καλλίτεχνα, μοὶ τόρευσον *Barn. Lam. Arg. 1. Deg. 1. 2.* Καλλιτέχνα *attulit Steph.: et ita legendum cenſent Salmaſ. ad Solin. p. 737. et Arnaldus lectt. Graecc. p. 152. et animaduerſſ. p. 10. Etiam in cod. Vatic. ſcriptum eſt* καλλιτέχνα· *ſed marg. habet* καλλιτεχνα. Καλλίτεχνα, τόρευσον *Brunckii Analectt. Arg. 2. Brig. Born.* 2. εἴαρος *Barn., non prob. Arnaldo animaduerſſ. p. 11.* ἔαρ ἐς *coni. Pau., prob. Zeun. p. 39.* ἐμοὶ κύπ. ἡδὺ *coni. Fab.* ἤδη *cod. Vatic. Arg. 1. 2. Deg. 1. Brig.* 3. τερπνὸν *Barn. Lam., improbb. Zeun. p. 40. et Arnald. animaduerſſ. p. 11. ſ.: qui coni.*

ἡμῖν τὰ πρῶτα τερπνά. Τὰ *πρῶτ' ἡμῖν τὰ τερπνὰ cod. Vatic. τὰ τερπνὰ τὴν πρῶθ' ἡμῖν Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born. τὴν πρῶτα τερπνὸν ἡμῖν coni. Val. p.* 125. *Pauus putabat, versus quatuor primos continere partem aliquam odarii, ita, vt versus reliqui essent fragmentum odarii ab eo diuersi. Certe auctor huius odarii videtur alius quiuis, quam Anacreon, esse: qua in sententia, praeter Fabrum, etiam Bruncquius erat ad Argent.* 2. *p.* 112. 4. *ῥόδον Barn. Lam., probb. Zeun. p.* 39. *et Val. p.* 125., *non item Arnaldo animaduerss. p.* 11. *s., quod syllaba δα longa esset, propter sequentem literam φ. ῥόδο φέρεσαν cod. Vatic.* 5. *ἀργύρεον cod. Vatic.: sed in marg. ἀργυρέων μηδ' ἁπλώσας.* Τὸν *ἄργυρον δ' Barn. Lam. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born., probb. Zeun. p.* 40. *et Arnald. animaduerss. p.* 12.: *qui tamen legi posse putabat ἁπλώσας ἄργυρον δέ.* 6. *τερπνὸν πότον ποίει μοι Barn. Lam. e coni. Steph., qui etiam τερπνὸν ποίει πότον μοι legi posse putabat, prob. Zeun. p.* 40. *ποίει πότον μοι τερπνὸν Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born.* 7. *παρ' αἰνῶ cod. Vatic. μὴ τῶν παρ' οἴνῳ τελετῶν Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born., e coni. Salmasii, vt αἱ παρ' οἴνῳ τελεταὶ essent* facro Baccho conuiuia. *Τῶν τελετῶν παρ' οἴνῳ Ξένον τι μὴ τορεύσῃς coni. Val. p.* 26. *παραιτῶ coni. Metar. τῶν τε τελετῶν, παραινῶ coni. Arnald. animaduerss. p.* 13. 8. *μὴ ξένον μοι τορεύσῃς cod. Vatic. ξένον τι μοὶ τορεύσῃς Arg.* 1. 2. *e coni. Bruncqu. Deg.* 1. 2. *Brig. Born.* 9. *Φυκτὸν affert Barn., nesciebam vnde. ἱστόρημα cod. Vatic.* 10. *Διὸς γόνον cod. Vat. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Dacier. Barn. Met.* 1. 2. *Lam. Parm. μᾶλλον δὲ ποίει τὸν Διὸς Εὔιον ἡμῖν ἔκγονον,* Μύστιν τε τῶν Πόθων Κύπριν, *Ὑμεναίες συγκροτεσαν Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born.: sed* Μύστιν *νάξασαν* Κύπριν *coni. Val. p.* 126. Ποίει Διὸς *γόνον Βάκχον* Εὔιον. Μύστις *νάματος ἡ* Κύπρις *Ὑμεναίες κροτεσα coni. Pau.* 11. *Βάκχον* Εὔιον *ἡμῖν cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Fab. Barn. Lam. et caeteri libri ante laudati.* 12. Μύστις *νάματος ἡ* Κύπρις *cod. Vat. Steph. Mor. Com. Fab. et reliqui libri modo dicti.* Μύστιν *νάματος ἡ* Κύπριν *Barn. Lam. e coni. Dacieriae.* Μύστιν *θ', ἅμα τε* Κ. *Holst.* 13. *κροτῶσα cod. Vatic. κρατεσαν Barn. κροτεσα Steph. Mor. Com. Fab. et caeteri ante nominati. Ὑμεναίων affert Barn.* 14. *χάρασσ'* *Ἔρωτ' ἄνοπλον Barn. Lam., prob. Zeun. p.* 44. *χάρασσ' Ἔρωτας ἀνόπλες cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Fab. Lubin. Flaid. Macrop. Met.* 1. 2. *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born. Parm. Val. p.* 126. 15. *ἡδύ τε* Χάριτας *γελ. Arg.* 1. *Deg.* 1. 2. 16. *ὑπ' ἄμπελον cod. Vatic. Steph. Morel. Comel. Lubin. Flaid. Fab. Macrop. Barn. Lam. Met.* 1. 2. *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born. Parm. Sed ὑπ' ἀμπέλε πετήλων* Εὐβότρυα *κομώσας coni. Val. p.* 126.: *et Pau. pro κομῶσαν coni. γανῶσαν.*

18. *s.*

18. *f.* σύναπτε κέρες εὐπρεπᾶς, Ἂν *Steph. Mor. Com. Fab. Barn. Lam. et caeteri libri ante laudati.* σύναπτε κέρες ʽεὐπρεπᾶς ἄμμη Φοῖβος ἀθύρει *cod. Vatic.* εὐπρεπᾶς' ʽΟμῶ δὲ Φοῖβος ἀθύροι *Arg.* 1. 2. *e coni. Bruncqu. Deg.* 1. 2. *Brig. Bern.* εὐπρεπᾶς' ʽΟμῶ Φ. ἀθύρῃ *coni. Val. p.* 126. εὐπρεπᾶς' Ἅμα δὴ Φοῖβος ἀθύρῃ *coni. Medenbach. amoenitt. literr. p.* 48. *Totum autem odarium Zeunio p.* 46. *ita constituendum, et legendum, videbatur*, Κλυτότεχνε, μοὶ τόρευσον Ἔαρ ἐς κύπελλον ἡδὺ, Τὰ πρῶτα τερπνά γ' ἡμῖν, ʽΡόδον φέρουσαν ὥρην. Τὸν ἄργυρον δ' ἁπλώσας Τερπνὸν ποτὸν ποίει μοι. Τελευτάων παραινῶ, Μή μοι ξένον τορεύσῃς, Μὴ φευκτὸν ἱστόρημα· Μᾶλλον ποίει Διός γε Γόνον τὸν Εὐὰν ἡμῖν, Προμνήστριάν τε Κύπριν, ʽΗμέων γάμοις κροτοῦσαν. Χάραξ' Ἔρωτ' ἄνοπλον, Χάριτάς γε καὶ γελώσας. ʽΥπ' ἄμπελον τὸ λοιπὸν Εὐβότρυον κομῶσαν, Σύναπτε καὶ κόρας μοι, Οὗ μήτι Φοῖβος ἀθλῇ. *Et V. D. in commentarr. Triuultt. p.* 69. *To.* 3. *Amstel. huius ipsius odarii versus sic mutandos, et diffingendos, esse censebat*, Τόρευε, καλλιτέχνα, Ἐμοὶ κύπελλον ἡδὺ Ἦρος, τὰ πρῶτα τερπνόν· *vel* Τὰ πρῶτα, τερπνὸν ἡμῖν· ʽΡόδον φέρουσαν ὥρην. Τὸν ἄργυρον δ' ἁπλώσας, Τερπνὸν ποτὸν ποίει μοι. Τελεστικὸν, παραινῶ, Μή μοι ξένον τορεύσῃς, Μὴ φευκτὸν ἱστόρημα. Μᾶλλον ποίει δίγονον Τὸν Βάκχον Εὔϊόν μοι, Προμνηστρὶν ἠδὲ Κύπριν ʽΥμηναίους κροτοῦσαν· *vel* ʽΥμήναιον ὡς κροτοῦσαν· Χάραξ' Ἔρωτ' ἀνόπλουν, Καὶ Χάριτας γελώσας· *vel* Χάριτάς τε μειδιάσας· ʽΥπ' ἄμπλον εὐπέτηλον, Εὐβότρυον, κομῶσαν· *vel, duobus his versibus in vnum contractis,* ʽΥπ' ἄμπελον κομῶσαν· Σύν τ' εὐπρεπέσσι κούροις ʽΟ Φοῖβος ἅμμ' ἀθύρῃ· *vel* Σύναπτε τοὺς ἐφήβους Ἅμα Φοῖβος οἷς ἀθύρῃ. *Hanc vero effrenem, et insanam, audaciam quis ferat? Hoc sane, non est corrigere, et emendare, scripta veterum, sed corrumpere, et deprauare, seque ipsum loquentem facere, violatis, et neglectis, legibus criticis, et grammaticis, omnibus. Quidni vero malimus intacta relinquere verba poëtae, quem facile appareat ipsum, neque poëtices, neque grammatices, facultate praeditum fuisse ea, vt emendate, et apte, scribere, legesque seruare metricas, potuerit?*

ANNOTATIONES

ODE XVIII

1. Videor mihi nonnihil in hoc odario praestitisse. Erat enim plane Augeae stabulum, quod dicitur: turbatus sensus, carmenque prorsus elumbe. Equidem medicas manus satius duxi admouere, quam cum nasutulo Fabro elegantissimo scriptori fraudem facere, odamque hanc in suppositiiarum numerum referre. Cantabrigiensis etiam Professor multa moliendo nihil extricauit: neque mihi multum nocuit. Ipso

Ipſo primo verſu, nulla habita tactus reuerentia; liceat mihi telum ſuvm in ipſum retorquere; Καλλίτεχνά μοι τόρευσον, conſueto ſibi more, repoſuit, vnicam ob rationem, quod τέχνα Dorico diceretur caſu, neſcius, poëtam venuſtiſſimum εὐστομίᾳ ſtuduiſſe. Κακόφωνον enim Καλὴ τέχνη, τόρευσον, auribuſque prorſus inſuaue, ob nimiam vocalium ἰσχνότητα. B. Nec mihi diſplicet lectio καλὴ τέχνα, vt poëta vaſcularium, eundemque caelatorem, ita appellaſſe intellegatur ob nouam plane, et diuinam, artis ſcientiam, ob egregiam, et inuſitatam, manus ſolertiam. Similis locus eſt odar. 51, 2. Sic vero ἁπλώσας v. 5. ſcriptum eſſe, per figuram ſyneſeos, pro ἁπλώσασα, exiſtimari debet.

2. Vox Ἔαρος profertur ἐν συνεκφωνήσει, vt diſyllabon. Barneſius de ſuo ingenio fecit Εἴαρος· ſed fruſtra. Obiter autem hic notandum venit, τὸ Ἔαρ hoc in loco pro numine eſſe habendum. Erat enim Horarum praecipua, quam poëta ipſe ſequenti verſu ῥόδα φέρουσαν Ὥρην appellat, quamque in poculo ſuo caelari iubet. Vide ſis Onomacriti Athenienſis hymnos. Sic enim inferius [odar. 53, 1. ſ.] Στεφανηφόρου μετ' Ἦρος Μέλπομαι ῥόδον θερινόν. Erat igitur Ἔαρος κύπελλον, quo Veri, tanquam deo, libatum fuit. B. Heſychius: Κύπελλα· ποτήρια. Pollux 6, 96. τὰ δ' ἐκπώματα καὶ ποτήρια ἄν τις εἴποι· τὸ γὰρ δέπας, καὶ κύπελλον, ποιητικά. Sed proprie hoc vocabulo ſignificata eſſe videntur *pocula gibbera, ventroſa.* v. Athen. 11, 9. p. 482. F. Εἴαρος κύπελλον eſt *poculum Veri ſacrum*: quod poëta vocat ἡδὺ, quia libenter bibebat vinum, quia verni temporis hora ipſa eſt ſuauis, et amoena.

3. Barneſius iterum de ſuo poſuit ſingulari numero τερπνὸν, et ῥόδον, ſatis leui cum ratione: atque etiam τὸν ἄργυρον pro ἀργύριον, etſi ſciret, produci poſſe vltimam vocis ῥόδα ante aſpiratam, et υ in plurimis eſſe communi tempore, B. Senſus eſt, *primum caela, exprime, in eo Ver.* Nam τὰ πρῶτα accipio pro τὸ πρῶτον, ad quod referatur particula δὲ v. 5., h. e. *deinde:* Ὥρα τερπνὰ ἡμῖν ῥόδα φέρουσα eſt *Ver:* et roſae dicuntur τερπνὰ ἡμῖν, quia poëta delectabatur compotationibus: ſed compotores cincti erant tempora roſis: denique accuſatiuum Ὥρην pendere arbitror a verbo τόρευσον, ita, vt τόρευσον Ὥρην idem ſit, quod ποίησον κατ' αὐτὸ Ὥρην. vid. odar. 17, 7.

5. Equidem ἁπλώσας *expandens* verti, vel *in ſculpendo explanans*; quo ſcilicet compotantium vniuerſus grex exprimeretur. Multum fallitur Barneſius, qui poculum putat modo dici πότον· ſic enim ſcribit, quod in libris eſt ποτὸν, totumque verſum arbitrio ſuo interuertit, vt ſit Τερπνὸν πότον ποίει μοι, nec aduertit, poëtam pergere in emblematico opere deſignando. Aduertendum etiam hoc loco, diphthongos αι, et οι, ſaepiſſime a poëtis corripi, quod ſimplici efferantur ſono: quod ſemel admonuiſſe ſat eſt. B. Ἀργύριον ἁπλοῦν eſt *argentum malleo ducere, et in laminas tenuare.* v. Arnaldus animaduerſſ. p. 12. ſ. Atque inde intellegi poteſt, poëtam voluiſſe, vt caelator exprimeret in poculo ſignum Veris ſolidum, non item reliqua ſigna, quae eſſent anaglypha. nam poëta caelari ſibi iubet poculum *longo argumento*, vt loquitur Ouidius Metamm. 13, 684. Heinius in diſſertatt. antiquarr. 2, 4. p. 134. τὸν ἄργυρον ἁπλώσας dictum eſſe putabat pro ἐν ἀργύρῳ ἡπλωμένῳ *in ſuperficie argenti*, poculi. Pro ποτὸν, vt Stephanus, aliique, edidere, ſcribendum cum Barneſio puto πότον, ita, vt πότος ſit *ſignum, ſpecies, compotationis:* v. Ammonius, Suidas, et Phauorinus, h. v.: quam poëta vocat πότον μοι τερπνὸν, quia libenter potare ſolebat. Nam μοὶ poteſt, et ad ποίει, et ad τερπνὸν, referri. vid. v. 3. 8. 11.

7. Fruſtra

7. Frustra fuerit forsan aduertisse, vocales breues ante liquidas frequenter haberi pro longis, vt in Αὐτὰς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν, apud Homerum [Il. ά, 4.], et in Κέρατα καὶ ἐγκλίνεσιν, apud Oppianum [Κυνηγ. 2, 95.], quomodo et in Persii Prologo [v. 14.]: *Cantare credas Pegaseium melos.* Neminem igitur turbare debet, primam syllabam in Τελετῶν, et secundam in Ὑμεναίοις, et ἄμπελον, primasque etiam in Ἔρωτας, atque Χάριτας, in hac oda esse pro productis; cum liquidae tanquam duplici proferantur sono. Notandum porro, vocem Τελετὴ sacras deorum historias, siue sacrorum mysteria, atque Orgia, denotare, quae vulgo, ornatus causa, in poculis caelari consueuere. B.

8. Vox ξένον hic non videtur vsurpari pro *extero*, vel *peregrino*, quod putauit Stephanus; verum pro *inepto*, et ἀπροσδιονύσῳ. Oportet esse inepta, quae Professor alieno loco crepat de peregrina Graecorum sacrorum origine, cum Anacreontis aeuo haberentur pro plane domesticis. B. Thomas Magister: Ξένον· τὸ ἀλλότριον· vbi v. Bernardius.

Barnesius mihi ipsi imputat errorem preli, quo pro τορεύσῃς factum est τορεύσας. Verum illud leuiusculum. B. Ego totum locum v. 7.—9. ita intellego, *noli, quaeso, exprimere, caue exprimas, signum mysteriorum.* nam post παραινῶ incisi nota poni debet pro signo coli: quod verbum simpliciter positum est, vt ἱκετεύω ap. Xen. Cyrop. 1, 4. 10. Scilicet τελεταὶ, quo vocabulo significantur fere, vel *Cereris*, vel *Bacchi*, vel *Orphei*, *sacra*, sunt hoc loco omnino *sacra solennia.* v. Athen. 2, 3. p. 40. D. Hesychius: Τελεταί· ἑορταὶ, θυσίαι, μυστήρια. Conf. Sap. 14, 15. Hoc argumentum, vt res memorabilis, vocatur τῶν τελετῶν ἱσόρημα· sed ξένον ἱσόρημα *nouum, et ineptum*, quia abhorret a poculo: et φευκτὸν ἱσόρημα *odiosum, et inuisum*, quia animus eius, qui potat, tum, quum potat, abhorret a sacris.

10. Pro Μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον, Βάκχον Εὔιον ἡμῖν, ita plane nunc reposui: Μᾶλλον ποίει Διός τε Γονὴν Εὔιον ἡμῖν. Nam vox Βάκχον de marginali venit interpretamento. In altero etiam versu trochaeus est in secundo loco, sicuti et in odes vltimo, etsi contra sentiat Professor, qui Pherecratium versum putat. B. Μᾶλλον est *immo*, vt odar. 4, 13. 36, 5. 7. Εὔιος est *Bacchus* [v. Athen. 8, 16. p. 363. B. Horat. 1, od. 18, 9.], ita dictus a voce εὐοῖ, in sacris eius celebrata [v. Dionys. Perieg. 704.], Iouis, et Semeles, filius. Vnde vocatur Διὸς γονὴ, vel γόνος, vt odar. 27, 1. τοῦ Διὸς ὁ παῖς. Nam, et γόνος, et γονὴ significat *filium.* Hesychius: Γόνος· υἱός· glossa est Homerica Odyss. β΄, 274.: item: Γονάς· τέκνα. Sic Theseus a Sophocle Oedip. Colon. 541. dicitur Αἰγέως γόνος, sed v. 199. Αἰγέως παῖς· Hercules ab Herodo. 2, 43. ὁ Ἀμφιτρύωνος γόνος, et ab Theocrito Idyl. 25, 159. Διὸς γόνος. Gloss. vett. Γονὴ *Fetus, progenies, suboles:* Γόνος *Genitus.*

12. In priore nostra editione nos Μύστιν ἅμα τε Κύπριν, et κροτοῦσαν, feceramus. At nunc meliore luce positi Μνηστὺν θ', ἅμα τε Κύπριν, reponendum affirmamus. Voluit enim poëta nuptiarum etiam fieri imaginem. Possit et altera syllaba vocis ἅμα communi esse tempore. Barnesius satis inficete posuit Μύστην νάματος ἢ Κύπριν· et altero versu ex Vaticano libro fecit κρατοῦσαν· atque hoc quoque ferri potest, etsi vulgaris lectio sit longe elegantior, sculpentique vtilior. B. In lectione μνηστὺν θ' ἅμα [ἅμα scribi iubebat Brunequius, qui coniecturam Baxteri ingeniosam vocat, in notis ad Analecta p. 14. To. 3.] τε Κύπριν offendit me verbum μνηστὺς, quod Baxterus de *nuptiis* interpretatur, quum dicatur fere de *petitione puellae in matrimonium.* Magis arridebat scriptura Stephani, Μύστις νάματος ἢ Κύπρις Ὑμ. κροτοῦσα, ita, vt ἢ mutaretur

taretur in ἢ cum Fossaco, et Pauo, aut, seruato articulo, intell. ἔςω cum Regnierio, et haec verba posita putarentur ἐν παρενθέσει. Μύςις νάματος sic foret *ministra vini:* quod ab Aristophane Ecclesf. 14. vocatur Βακχεῖον νᾶμα, et odar. 37, 12. Βρομίȣ νᾶμα· vt a Virgil. Aen. 1, 686. *latex Lyaeus:* nam initiata, ἡ μεμυημένη, potest esse *sacerdos*, et *sacerdos* est *ministra:* et Ὑμεναίοις κροτȣ̃σα *applaudens Hymenaeis*, diis nuptiarum, quorum adeo sigilla ipsa quoque artifex exprimere in poculo debuerit: de verbo κροτεῖν v. index Theophrast. h. v. Conf. Spanhemius ad Callim. h. in Del. 296. Cuperus apoth. Homer. p. 174. verba poëtae Latine vertit *Venus mysta vini*, i. e. *sacrata*, *initiata*, *Baccho:* sed lac. Nic. Loënsis epiphyll. miscell. 7, 16. p. 552. s. suppl. To. 5. thes. Gruter. putat, Venerem, generationis praesidem, a poëta dici μύςην νάματος· legit enim ipse quoque μύςην νάματος· *sacrorum praesidem vndae*, quod humiditas praecipua sit caussa generationis, immo vitalem omnibus generatis substantiam praebeat. Caeterum cur Venus ab Cypro insula nomen Κύπρις traxerit, cognosci potest ex Hesiod. Θεογον. 193. 199. add. schol. min. Homeri ad Il. ε, 330. 422. et nos ad odar. 62, 1.

14. Voces Χάραςσ', Ὑπ', atque Σύναπτε, trium posthac versuum initiales, de marginali glossemate in librum irrepsisse, nulla cum reuerentia tactus, quod ait Professor, in priore editione affirmauimus. Atque illa orae codicis apposita existimamus, quo intelligeretur, vocem ποίει hic accipiendam esse ἀπὸ τȣ̃ κοινȣ̃. Vel ipse Barnesius maiori cum fiducia reposuit de suo arbitrio, Χάραςσ' Ἔρωτ' ἄνοπλον pro prosaico, quod in libro fuerat, Χάραςσ' Ἔρωτας ἀνόπλȣς. Nos tantum ter praeposuimus τὸ καὶ, reiectis, quae fuerant reiicienda. Ter repetitur καὶ etiam oda 20, 13. ff. Quanto suauius, et numerosius, illud, quam Professoris πεζοειδὲς, Σύναπτε κȣ́ρȣς εὐπρεπεῖς? Pronomen μοὶ hoc loco visum mihi, et necessarium, et morale. Posuissem σοὶ, si Anacreon cum ipso sculptore, non cum arte, fecisset verba. B. Ἔρωτες dicuntur ἄνοπλοι, quia gestant *arcum*, *pharetram*, *sagittas:* quae Graece non dicuntur simpliciter ὅπλα. hoc enim vocabulo *gladius*, *clypeus*, *lorica*, *galea*, significantur.

15. Gratiae finguntur esse semper hilares, et laetae, vt comites Veneris, et Cupidinis. vid. ad odar. 5, 11.

16. Ἄμπελος εὐπέταλος est *vitis foliis magnis*, *amplisque*, *vestita:* nam πέταλον dicitur *folium*, quatenus latum est, et amplum: sed ἄμπελος κομῶσα est *vitis diues, et plena, foliis:* Hesychius, et ex eo Phauorinus: Κομῶσα· γέμȣσα· intell. κομῶν· nam etiam a Latinis tribuuntur arboribus *comae:* v. Horat. 4. od. 7, 2.: vt χαῖται odar. 22, 3.: et ἄμπελος εὐβότρυος *vitis vuis plena.*

18. Κȣ̃ροι εὐπρεπεῖς sunt *pueri pulchri*, καλοὶ, εὔμορφοι, ὡραῖοι τὴν ὄψιν. Ap. Xen. Memorr. 2, 1. 22. legitur εὐπρεπὴς ἰδεῖν. vid. Thomas Mag. v. εὐπρεπής.

19. Hoc est, *si satis spatii superfuerit*, *Phoebus ipse mihi caeletur lyra sua canens.* Hyacinthi fabulam alieno loco adducit Professor, ob mentionem, puta, decentium puerorum. B. Sensus est, *exprime denique pueros pulchellos, nisi quidem tantum superfuerit spatii, vt ipse Apollo lyra canens exprimi possit.* Simulacrum Apollinis citharoedi in numis vid. ap. Spanhemium ad Callim. h. in Apol. 33. Et de origine nominis Φοῖβος vid., praeter plures alios, Apollon. Lex. Homer. p. 832. s. Caeterum huius odarii metrum poëta voluit esse dimetrum catalecticum, sed numerauit tantum syllabas, neque quantitatis earum rationem habuit.

ΙΘ´ ΕΙΣ

ΙΘ' ΕΙΣ ΤΟ ΔΕΙΝ ΠΙΝΕΙΝ *

Η Γῆ μέλαινα πίνει,
Πίνει δὲ Δένδρε' αὐτήν·
Πίνει Θάλασσα δ' Αὔρας·
Ὁ δ' Ἥλιος Θάλασσαν·
Τὸν δ' Ἥλιον Σελήνη.
Τί μοι μάχεσθ', ἑταῖροι,
Κ' αὐτῷ θέλοντι πίνειν;

VARIETAS LECTIONIS

* *Hic titulus non est in cod. Vatic. p. 681., in quo hoc odarium est primum, et vicesimum: in marg. adscriptum est tantum* ἄλλο. 1. ἡ γῆ μὲν ὑγρὰ, *aut* μὲν αἷμα, *coni. Zeun. p. 47. inepte.* ἡ γῆ μὲν λαῖτμα *Stroth. et Val. p. 127. aeque inepte.* 2. πίνει δένδρεα δ' αὐτὴν *cod. Vatic.* 3. θάλασσ' ἀναύρους *Brunequ. Analectt. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holst. Brig. Born., e coni. Hesquinii ad Mosch. Idyl. 2, 31.* 4. δὲ *Born. male.* 7. καυτῶι *cod. Vatic.* κᾀυτῷ *Barn. Born.* καὐτῷ *Bruncqu. Analectt. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig.*

ANNOTATIONES

ODE XVIIII

1. Rudiorum temporum mortales omnia nomina habuerunt pro propriis: atque hinc quidem adeo immensa numinum turba. B. Terra bibit quasi, et haurit, aquas pluuias. Sic Paulus Hebrr. 6, 7. dixit, γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετόν· vbi Raphelius ad illustrandum hunc verbi πίνειν vsum laudauit locos Herodoti duo: quorum in altero 3, 117. legitur, ἐπεὰν δὲ διάκορος ἡ γῆ σφέων γένηται πίνουσα τὸ ὕδωρ· in altero 4, 198. est, ὄμβρον πλέω πιοῦσα. Conf. Bosius animaduerss. p. 79. Neque vero aliter vtuntur Latini verbo *bibere*. vid. Virg. ecl. 3, 111. Ouid. ex P. 1, 8. 60.: vbi tamen Burmanus pro *iam bibat* edidit *combibat*. Conf. Bosius animaduerss. p. 17. Forma loquendi γῆ μέλαινα debetur simplicitati orationis antiquae. vid. Homer. Il. ό, 715. ρ', 416. Nam Gataquerus ad Antonin. 10, 21. p. 303. Trai. verba ista Latine vertit sine caussa *foecunda terra*.

2. Ar-

2. Arbores dicuntur bibere terram, quatenus hauriunt per radi-çes ex ea humores.

3. Humores, quos ſecum ferunt venti, augere creduntur aquas marinas. Nam *αὖρα* ponitur proprie *ἐπὶ τῶν ἐξ ὑγροῦ ἐκπνοῶν*, auctore ſcholiaſta Sophoclis ad Aiac. 684.: ita, vt *αὖραι* ſint maxime *venti* [fragmm. Anacr. 2, 9.] *humidi*. Coniectura Heiquinii, qui poëtam ſcripſiſſe putabat *θάλασσ᾽ ἀναύρους*, nec propterea placet, quia *ἄναυροι* dicuntur *flumina torrentia*: vid. ad odar. 7, 4.: quorum aquis augeri aquae marinae non poſſint. Conf. Schneiderus obſeruatt. ad h. l. p. 332.

4. Sol credebatur ali, et paſci, Oceani humoribus, vt reliqua ſidera. v. Cic. N. DD. 2, 15. 16. 46.: Porphyrius A. NN. c. 11. et ibi Goenſius: Lucian. Icaromenip. p. 190. ſ. To. 2. Graeu.: Lucret. 6, 620. ſ.: Plin. H. N. 2, 9. et ibi Dalecamp. atque Harduinus: Meurſius ad Theocrit. p. 15. ſ. et Menagius ad Laërt. 7, 147. p. 317. Meib.

5. Luna lumen mutuatur a ſole: *ἀπὸ ἡλίου φωτίζεται* Laërt. 2, 1.: *ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἔχει τὸ φῶς* Plato Cratyl. 24. add. Lucret. 5, 703. ſſ.: Spanhemius ad Callim. h. in Dian. 141. et Flaiderus ad h. l.

6. Rixantes etiam communi figura dicuntur *μάχεσθαι*. B. *Μάχεσθαι* eſt hoc loco *conqueri*, *expoſtulare*, *obiurgare*, non *rixari*: vt ap. Theophraſtum charr. 6. 14. 23. Et *ἑταῖροι* ſunt *ſodales*, non *amici*. Caeterum verſus huius odarii ſunt ipſi quoque dimetri catalectici.

Κ΄ ΕΙΣ ΚΟΡΗΝ *

Η Ταντάλε ποτ᾽ ἔστη
Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις·
Καὶ παῖς ποτ᾽ ὄρνις ἔπτη
Πανδίονος, χελιδών.
Ἐγὼ δ᾽ ἔσοπτρον εἴην,
Ὅπως ἀεὶ βλέπῃς με·
Ἐγὼ χιτὼν γενοίμην,
Ὅπως ἀεὶ φορῇς με·
Ὕδωρ θέλω γενέσθαι,
Ὅπως σε χρῶτα λέσω·
Μύρον, γύναι, γενοίμην,
Ὅπως ἐγώ σ᾽ ἀλείφω·
Καὶ ταινίη δὲ μαστῶν,
Καὶ μάργαρον τραχήλῳ,
Καὶ σάνδαλον, γενοίμην,
Μόνον ποσὶν πατεῖν με.

VARIETAS LECTIONIS

* ἄλλο εἰς κόρην *cod. Vatic. p.* 681. *f.: in quo hoc odar. est secundum, et vicesimum.* ἐρωτικὸν ᾠδάριον εἰς τὴν κόρην *Barn. Lam. Sed Lam. om.* τήν. 1. πότ᾽ *cod. Vatic.* 2. ὄχθοις *Arg.* 1. *Deg.* 1. 2. *e coni. Salmasii exercitatt. Plinn. p.* 604. *D.* 3. πότ᾽ *cod. Vatic.* 10. ὅπως σεῦ *cod. Vatic.* 12. ἀλείψω *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born. bene: ut* λέσω *v.* 10. *Indicatur enim continuatio actionis.* 13. ταινίη *cod. Vat.* μασθῶν *cod. Vatic. bene.* 14. τραχήλωι *cod. Vat.* 16. πάτει με *cod. Vatic. unde* γενοίμην. Μόνον ποσὶν πάτει με *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. *Brig. Born.* μόνον ὡς ποσὶν πατεῖν με *coni. Zeun. p.* 47. *sine caussa:* ὅπως μόνον πατῇς με *coni. V. D. bibl. philolog. Gotting.* 5, 3. *p.* 618. *non omnino bene: quum mentio pedum diserta necessaria sit ob v.* 13. *s.*

ANNOTATIONES

ODE XX

1. Intell. Niobe, filia Tantali; Ταντάλις vocatur ab Antipatro Anthol. 4, 9. 3. 1., atque a Theodoride Anthol. 4, 9. 4. 2., et Ταντάλις παῖς a Meleagro Anthol. 4, 9. 6. 1.: quae conuersa fertur in saxum, quum amisisset filios septem, totidemque filias. vid. index Palaephat. v. Νιόβη. Sed poëta verbum rei, ἐγένετο [Palaephat. fab. 9.], eleganter permutauit verbo euentus rei, ἔστη· quam ipsam elegantiam sequutus est v. 3. ἔπτη. Sic odar. 4, 9. κεισόμεσθα positum est pro ἐσόμεθα· vt Aristophanes pro ἐγένετο βλέπων Plut. 738. scripsit ἀνεστήκει βλέπων, et Eurip. Phoenn. 110. s. κατάχαλκον ἅπαν Πεδίον ἀστράπτει pro ἐστί.

2. *Non satis acute obseruant, qui montem Sipylum hic per ὄχθαις intelligunt. Certe mons Sipylus ad marginem fluuii Maeandri stabat in Phrygia: et Anacreon alias ὄχθας pro* ripis, *vel* fluuii margine, *dicit.* Egregii Professoris tu verba audis. Ὄχθην, atque ὄχθον, idem valere, ego dixeram, et adnotaueram etiam, lapidem, in quem veteres Nioben conuersam ferebant, in Sipylo monte stare, vbi, vt Ouidius in Metamorphoseon libris [6, 311: f.] narrat, — — *Fixa cacumine montis Liquitur.* Quin et Faber hoc aduerterat: cuius in gratiam forsan clementior nobis est Barnesius. Neque enim modo soluit linguam in iurgia, vt solebat. Velim autem sciat, etiam Herodotum, Anacreonti, et pene coaevum, et conterraneum, dixisse in Melpomene [h. e. 4, 203.], pura Ionica dialecto, καὶ ἱζομένοισιν ἐπὶ Διὸς Λυκαίου ὄχθην, eodem plane intellectu, quo et Anacreon modo vocem posuit. Parum tamen abfuit, quin pro *collibus* reposuerim *litoribus*, cum scirem, etiam *litora* Graecis dici ὄχθας, et Latinis nonnunquam *ripas*, imo et *literum* dici *ripas*. Xenocrates enim in fragmento περὶ τῆς ἀπ᾽ ἐνύδρων τροφῆς [c. 2.] de piscibus litoreis ita scribit, Τροφιμώτεροι δὲ οἱ παρ᾽ αἰγιαλῶν ὄχθαις. Verum temperaui manum, quod Asiae litus patrium Anacreontis foret. B. Ὄχθαι sunt *ripae*, eaeque fere *praealtae*: v. odar. 13, 5.: Etymol. M. Ὄχθαι· τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ τὰ ἐξέχοντα· schol. Hom. ad Il. ό, 356. ὄχθας κυρίως μὲν τὰ τῶν ποταμῶν χείλη· νῦν δὲ τῆς τάφρου· etiam *litora*: Pindar. Pythionn. 1, 34. ταί θ᾽ ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι· sed ὄχθοι sunt *colles, montes, rupes*: vid. Herodo. 8, 52. Pindar. Olympionn. 9, 4. Pythionn. 9, 94. Aeschyl. Perss. 467. 649. 662. Ammonius: Ὄχθαι, καὶ ὄχθοι, διαφέρουσιν· ὄχθαι μὲν γάρ εἰσι ποταμῶν χείλη· ὄχθοι δὲ, ἐπάρματα γῆς. Suidas: Ὄχθοι· αἱ τραχεῖαι, καὶ δύσβατοι, πέτραι· αἱ ἐξοχαί· add. Hesychius in v. ὄχθοι· Phauorinus v. ὄχθος, et Thomas Mag. in v. ὄχθη. vid. Herodo. 9, 25. 56. 59. Iam quum poëta loquatur hoc loco de Sipylo, monte Lydiae; quem vocat Φρυγῶν ὄχθας, quia Lydia olim pertinuit, certe relata fuit a multis, ad Phrygiam magnam: v. Strabo 2. p. 130. Casaub.: vt Niobe ap. Sophoclem Antigon. 825. s. vocatur ἁ Φρυγία ξένα Ταντάλου· ad quem locum schol. Φρυγίας ὄρος ὁ Σίπυλος· posset sane pro ἐν ὄχθαις legendum videri ἐν ὄχθοις· vt certe Salmasius legi malebat, ad Solin. p. 604., ita tamen, vt nec ἐν ὄχθαις reiiceret p. 605.: et Vesselingius ap. Herodo. 4, 203. pro ὄχθην recepit ὄχθον· nisi intercederet grammaticorum veterum auctoritas, qui etiam *colles*, et *montes*, tradunt ὄχθας dici. Neque enim quenquam sperabamus eo audaciae esse progressurum, vt in eorum libris vbique ὄχθος pro ὄχθη, ὄχθοι pro ὄχθαι, reponendum censeret. Etymol. M. in v. ὄχθαι — σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀνάστημα τῆς γῆς —. Suidas: Ὄχθη· ὁ κρημνός. Et in Timaei glossario Platonico extat glossa haec: Ὄχθας· γῆς

γῆς ἀναςήματα. Sed Audendorpius ad Thom. Mag. p. *667*. pro *ὄχθαις* ibi legi *ὄχθες* iubebat, recte dissentiente Ruhnquenio. Nam ap. Pindar. Pythionn. 1, 123. legitur *ὄχθαις ὑπὸ Ταϋγέτε*, h. e. *ὑπὸ Ταϋγέτῳ*, et ap. Sophoclem Antigon. 1248. f. *Νυσσαίων ὀρέων Κισσήρεις ὄχθαι.* Conf. Villoisonius ad Apollonii Lex. Homer. v. *ὄχθη*.

3. Intell. *Philomela*. v. odar. 12, 6. Caeterum sententia, quae v. 1. — 4. continetur, cum sententia versuum reliquorum cohaeret tam apte, vt vehementer mirandum sit, inueniri potuisse, qui crederent, eos ab odario tertio decimo, nescio quomodo, neque cuius manibus, auulsos esse, vel certe particulam alius plane odarii poni debere. Ostendit enim poëta iocans, se optare sibi hanc fortunam, vt conuertatur, non in saxum, neque in hirundinem, sed in partem aliquam ornatus, et apparatus, muliebris, quae ipsum vti amica sua vsque cogat.

5. 7. In epigr. Platonis in Astera adolescentem ap Laërt. 3, 29. et Apulei. Apol. p. 280. Elmenh. est, *ἄθε γενοίμην*, vt fragm. Anacr. 90, 1. 3. Sed *ἄθε* sic ab aliis quoque scriptoribus omittitur. v. Aristoph. Auu. 1337. Pindar. Nemeonn. 8, 65. Isthmionn. 6, 10. Rhianus epigr. v. 5. ap. Pierson. ad Moer. p. 211. Conferri autem cum hoc loco, quo incredibilis furor, et insania, amoris barbarorum isto in genere cognoscatur, recte possunt loci hi: Anthol. 7, 153. Theocrit. Idyl. 3, 12. ff. Ouid. Amorr. 2, 15. 9. — 25. Conf. Elmenhorstius ad Apulei. p. 327. f. et Meursius ad Theocrit. p. 96. f.

7. Interiorem dicit tunicam, Athenaeo [13, 6. p. 590. E] *ἐχέσαρκον χιτώνιον*, quae fuerat fere lintea. B. Immo intellegitur *tunica superaria*, non *interula*, quae alio vocabulo *ςολὴ* appellatur, a Latinis etiam *instita*. v. Aelian. V. H. 12, 1. p. 713. f. Gron. Ouid. A. A. 1, 32. Gellius 6, 10. et Proluss. de vitiis Lexx. N. T. 3, 2. 109. Etiam a Polluce 7, 49. *χιτὼν* ponitur in numero vestium muliebrium. *Χιτῶνες ποδήρεις* sunt ap. Palaephat. fab. 33, 1. Haec enim tunica simpliciter vocatur *χιτὼν*, quum interula tunica dicatur *χιτωνίσκος*· neque vsus adu. *ἀεὶ* v. 8. magis, quam v. 6., vrgendus est.

8. *Φορεῖν* est verbum hoc in genere proprium. vid. Aristoph. Plut. 992. Matth. 11, 8. Iac. 2, 3. Respondet verbis Latinis *gerere*, et *gestare*, atque vernaculo *tragen.*

10. Suidas: *Χρώς· σῶμα.* Theocrit. Idyl. 2, 140. *Καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο.* Intell. *κατά*. Nam scripturam cod. Vatic. *σεῦ* metri leges non admittunt.

11. Hoc honestissimum apud veteres compellamentum, sicuti hodie Francobelgis *Vrowe:* ita etiam Christus appellat matrem. B. Ioh. 2, 4. Alii loci similes sunt ap. Xen. Cyrop. 3, 3. 3. 5, 1. 2. 6, 4. 2. ap. Herodo. 1, 111. 3, 134. ap. Eurip. Alcest. 337. 386. 463. ap. Sophocl. Trachinn. 370.: vbi pro *γύναι* v. 374. est *δέσποινα*· et ap. Coluth. 276. Est vox *cultus*, et *obseruantiae*, et *amoris:* vt *mulier* ap. Gellium 12, 1.

13. *Ταινία* ista *strophium* fuerat, siue, quod ait Nonius [14, 8.], *breuis fascia, quae virginalem papillarem tumorem cohibebat.* Hinc et Catullo [65, 65.] dicitur, *Non tenui strophio luctantes vincta papillas.* B. Pollux 7, 65. *τὸ δὲ τῶν μαςῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα ταινίαν ὠνόμαζον, καὶ ταινίδιον.* v. Magius varr. Lectt. 3, 3. Eustath. ad Dionys. Perieg. 64. *ὡ οἷα ταινία, τετέςι καθάπερ ὑφάσματος τμῆμα ςενὸν, καὶ μεμηκυσμένον, ὅπερ ἡμεῖς φασκίαν φαμέν.* add. Athen. 7, 22. p. 326. A. Moeris: *Ταινία, Ἀττικῶς· ςηθοδεσμὶς, Ἑλληνικῶς.* In epigr. Argentarii in Catal.

bibl.

bibl. Vfenbach. p. 584. dicitur τὰ περὶ ϛέρνοις ἀγλαὰ μαϛόδετα. Apulei. metamm. 10. p. 248. Elmenh. *taenia quoque, qua decoras deuinxerat papillas.* Lucianus Amorr. 41. p. 442. To. 2. Reit. ἃς [μαζὰς] ἀεὶ περιφέρουσι δεσμώτας· vbi Bofius hunc locum poëtae noftri attulit. Στρόφιον eft ap. Ariftoph. Thefmophorr. 146. Dicitur etiam μίτρα ab Callimacho epigr. 40, 4.: vbi v. Fabri filia. De hoc, reliquoque multiplici, nominis ταινία vfu expofuit Car. Pafchalius in de coronis 4, 8. Caeterum tenendum eft, fecundam fyllabam nominis ταινία corripi a poëta, quum fit fere longa. vid. Obferuatt. mifcell. p. 62. Vol. 3. Μαϛοὶ autem, vel μασθοὶ, funt *mamillae, papillae.* Pollux 2, 162. f. τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς ϛέρνοις μαϛοί· — οἱ δὲ μαϛοὶ καὶ τιτθοὶ καλοῦνται — μάλιϛα δὲ ἐπὶ γυναικῶν. Schol. Apollon. Rhod. ad 1, 1353. ὅθεν καὶ μαϛοὶ καλοῦνται, διὰ τὸ ἀναγκαίως ζητεῖσθαι ὑπὸ τῶν παίδων. Suidas: Μασθὸς, καὶ μαϛός· κυρίως ἐπὶ γυναικός· καταχρηϛικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἀνδρός. v. Ammonius, et Suidas, v. μαζὸς, et ad odar. 51, 17. Caeterum καὶ δὲ eft *et vero, atque adeo.*

14. Aureis monilibus dependebat margarita ex vncino. Ita enim in Naturali fua Hiftoria Plinius [33, 3.]: *Inferta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendent.* Incertum, an et nudas in filo geffe- rint gemmas. Nobis non videtur. B. Locus claffìcus de margaritis eft ap. Plin. N. H. 9, 35. Stephanus accepit nomen μάργαρον de *monili.* recte. Nam colla muliercularum monilibus e margaritis confertis ornata fplenduiffe apud Graecos, et barbaros, accepimus. vid. Theophraftus ap. Athen. 3, 13. p. 93. A, et Clemens Alex. Paedag. 2, 12. p. 206. D. At hoc loco res ipfa iubere videtur intellegi tantum vnum monilis *vnionem.* Dicuntur autem vniones fere μαργαρῖται, vel μαργαρίδαι, vel μάργαροι· v. Photius biblioth. cod. 61. p. 29. extr. Hoefchel. Sed τὰ μάργαρα legitur etiam ap. Paufan. 8, 18. p. 636. Kuhn.

15. Erant feminis, atque beatulis, σανδάλια λευκὰ δι' ὀθονίων. Haec ex nigro fuiffe corio, et vtrinque πολυσχιδῆ, fiue *intercifa*, vt fumma pars pedis appareret; intus vero linteaminibus illuftrata, oftendit vir eruditiffimus, Octauius Ferrarius in libro de re veftiaria: atque etiam eiufmodi caligulas poftero tempore appellatas fuiffe *reticulos*, et *campagos.* B. Analectt. de R. V. c. 36. Hefychius: Σανδάλια· σάνδαλα, γυναικεῖα ὑποδήματα. add. Pollux 7, 86. 10, 49.: vbi v. Hemfterhufius. De fandaliis omnino vid. Salmafius ad Tertul. Pal. p. 386. ff.: Perizon. ad Aelian. V. H. 1, 18.: Balduinus in de calceo ant. c. 12. et ibi Nilantius: Iac. Nic. Loënfis epiphyll. mifcell. 1, 9. p. 272. ff. et 4, 28. p. 446. To. 5. fuppl. thef. Gruter.: Gataquerus aduerff. mifcc. 2, 19. p. 374. Trai: Meurfius ad Theocrit. p. 98. f. et Car. Segarius obferuatt. ad Luc. 9, 3. Sed Infinitiuus πατεῖν pendet a particula ὥϛε, vel ὡς, quae fic faepe omittitur: vt odar. 24, 2. Theocrit. Idyl. 1, 25. 5, 107. Plat. Cratyl. 12. extr.: vid. fchol. Sophoclis ad Aiac. 834. Euftathius ad Odyf. α p. 1404. 30. Rom.: Palaeretius obferuatt. ad Eph. 4, 22. et Berglerus ad Alciphron. p. 9. Sed cum ipfa ifta infania poëtae compara furorem patris imperatoris Vitellii ap. Sueton. in eius vita c. 2. Caeterum hoc quoque odarium conftat verfibus dimetris iambicis catalecticis, iifque integris, nifi quod v. 1. 4. fpondeus eft pro iambo.

e Lennep. Etym. p. 853. Hymn. in C. 70; Voss. myth. T. I. p. 107 sq.

ΚΑ΄ ΕΙΣ

ΚΑ΄ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Δότε μοι, δότ᾽, ὦ γυναῖκες,
Βρομίȣ πιεῖν ἀμυςί.
Ὑπὸ καύματος γὰρ ἤδη
Προποθεὶς ἀναςενάζω.
Δότε δ᾽ ἀνθέων ἐκείνȣ
Στεφάνȣς, οἵȣς πυκάζω·
Τὰ μέτωπά μȣ ᾽πικαίει.
Τὸ δὲ καῦμα τῶν Ἐρώτων
Κραδίη τίνι σκεπάζω;

VARIETAS LECTIONIS

* *Εἰς αὐτὸν Lam. τȣ̃ αὐτȣ̃ ἐρωτικὸν ᾠδάριον cod. Vat. p. 681. : in quo hoc odarium eſt ſeptimum decimum.* 1. *δότε γυναῖκες cod. Vat. male.* 2. *ἄμυςιν coni. Pau. male.* 4. *πυρωθεὶς cod. Vatic.: ſed ſyllabis πυρω alia manus impoſuit ſyllabas προδο. Et προδοθεὶς recepp., auctoritate Salmaſii, Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born., hoc ſenſu,* deſertus, derelictus, a vobis, prae caloris aeſtu aegre animam duco. *Abdicere vero, praeter alia, particula ἤδη videtur. Φλεγοεὶς coni. Zeun. p. 49. inepte.* 5. *ἐκείνων Barn. e coni. Fabri, et Solanus ad Lucian. p. 75. To. 1. ἐκείνȣ Στεφάνȣς δ᾽, οἵοις πυκάζω τὰ μέτωπά μȣ, ᾽πικαίω Bruncqu. Analectt. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. ἐκείνȣ Στεφάνȣς δ᾽, οἵȣς πυκάζω Τὰ μέτωπά μȣ, ᾽πικαίει Born.* 6. *ςεφάνȣς δ᾽ cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Barn. Lam. Met. 1. 2. Solan. Parm., prob. Medenb. p. 48. ὅπως πυκάζω attulit Steph., quod Flaid. recepit. Legit ita Caſaub. ad Athen. 15, 4. p. 952. bene. οἵοις, h. e. ὅσοις, πυκάζω coni. Arnald. animaduerſſ. p. 14.* 7. *ἐπικαίει Com. ᾽πικαίει cod. Vatic., ſed diphthongo ει impoſita eſt litera ω, prob. Arnald. animaduerſſ. p. 14. Δότε δ᾽ ἀνθέων ἐκείνων Στεφάνȣς, οἵοις πυκάσσω Τὰ μέτωπά μȣ ᾽πικαῇ, vel ᾽πίκαυςα, aut Τὰ μέτωφ᾽, ἅ μοι ᾽πικαίει, coni. Zeun. p. 50.* 9. *Ἐρώτων, Κραδίη, τίνι σκεπάσσω; Barn. Lam. Ἐρώτων, Κραδίη, τίνι σκεπάζω; Bruncqu. Analectt. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. nam κραδίη, τίνι iam coni. Macrop. Κραδίη τινὶ*

Steph.

Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Flaid. Macrop. Met. 1. 2. *Parm.* τίνι *affert Steph.* σκεπάζω *cod. Vatic.: sed literae* ζ *imposita est litera* σ. *Attulit etiam Steph.* σκεπάσω· *quod rec. Flaid.* κραδίῃ ἐνισκεπάζω *coni. Fab.* τίνι στεγάζω, *vel potius cum Regnierio*, σκεδάζω, *coni. Pau.* σκιάζω *coni. Andreas, prob. Val. p.* 127. *inepte.* Κραδίῃ *Zeun. p.* 51. *dictum putabat pro* κραδίῃ ὂν, *vel* ἐν κραδίῃ. *inepte.*

ANNOTATIONES

ODE XXI.

1. Repetitio verbi δότε profecta est ab animo commoto, bibendique auido, hominis, qui mulierculas properare iuberet. Et δότε μοι πιᾶν dictum est, vt ap. Terent. Andr. 3, 2. 4. *ei dare bibere.* add. Matth. 14, 6. 25, 35. Marc. 6, 37. Luc. 9, 13.

2. Perpetuum Bacchi epitheton Βρόμιος, ἀπὸ τῦ βρέμειν, a *fremendo* scilicet. Tonitru enim Bacchi mugitus. B. Hesychius: Βρόμιος· ὁ Διόνυσος. Alia huius nominis Bacchi caussa affertur a Diodoro Sic. ap. Euseb. P. E. 2, 2. p. 54. A Colon.: aliae ab aliis. vid. Etymol. M., Suidas, et Phauorinus, h. v. Fieri autem potest, vt ductum sit a fremitu hederae huic deo sacrae. vid. ad odar. 6, 6. Hoc loco *vinum* significat: vt 26, 1. ὁ Βάκχος. Moeris: Ἔπιον οἴνυ, ὀκ οἶνον, Ἀττικῶς. Nam Graeci omnes, maximeque Attici, ἀεὶ ἐπὶ μέρυς εἰώθασι λέγειν, ἔφαγον τῦ ἄρτυ, ἔπιον τῦ οἴνυ· quae est elegans obseruatio schol. Luciani p. 5. To. 1. Graeu. vid. ad odar. 13, 7. Sic vero vanitas coniecturae Paui patet, qui poëtam ἄμυςιν, non ἀμυςὶ, scripsisse credebat.

Ἄμυςις *grandis haustus* est, *ore non intercluso*, Thracum proprius. Est enim τὸ μύειν *labia comprimere*, vti in effictione literae μῦ fieri videmus. Ἀμυςισμὸς iste transiit ad Indos orientales, qui non admoto labiis poculo bibere consueuere. B. Ἄμυςις est, Hesychio interprete, συνεχὴς πόσις, καὶ ἀθρόα, quum quis bibit *auide, et vno spiritu, et haustu, et impetu: ohne abzusetzen; calicem vno haustu perhaurire* dixit Apulei. metamm. 10. p. 246. Elmenh. add. Pollux 6, 97.: Galenus glossar. Hippocr., et ex eo Phauorinus, h. v.: Athen. 11, 4. ap. Casaub. animaduers. p. 783.: Eustath. ad Il. χ΄ p. 1282. 30. Rom. Ab Horatio 1. od. 36, 14. vocatur *Threïcia amystis*, vt Θρηϊκίη ἄμυςις a Callimacho ap. Athen. 11, 7. p. 446. C, quia Thraces veteres sic bibere solebant. vid. Spanhemius ad Iuliani orat. 1. p. 124. s. et Ianus Parrhasius ep. 26. p. 754. s. To. 1. thes. Gruter. Hinc odar. 57, 2. s. est ἄμυςιν προπιᾶν· quod vno verbo ἀμυςίζειν dicitur, sed h. l., et odar. 31, 2., ἀμυςὶ πιᾶν. Etymol. M. Ἀμυςὶ, ἀπνευςὶ πίνειν· οἱ δὲ ἀθρόως. Apostolius Paroemm. 2, 95. Ἀμυςὶ πίνειν· λέγεται ἐπὶ τῶν ἀπνευςὶ, καὶ ἄνευ τῦ ἀναπαύεσθαι, πινόντων, οἱονεὶ μηδὲ μυσάντων. Τῦ αὐτῦ ἔχεται καὶ τὸ ἐξαμυςῆσαι· leg. ἐξαμυςίσαι· vid. Suidas v. ἐξαμυςίσαι, cuius verba v. ἀμυςὶ πιᾶν descripsit Apostolius.

3. Ὑπὸ καύματος — ἀνας ενάζω est *ego, qui me iam oneraui vino, quem iam inuitarunt poculis, aestu vini, et ardore, ita vexor, vt ferre non possim: ich weiss mich fuir Hitze nicht zu lassen.* Neque enim abhorret, poëtam bene potum voluisse aestum vino excitatum ita sedare, vt biberet ἀμυςί. Cuius quidem rei caussa cognosci quodammodo potest

est e verbis Plutarchi Sympoſſ. 3, 3. p. 650. B To. 2. iſtis: *τοὺς γὰρ ἄθρουν, καὶ ἀμπνευστὶ* [*leg. ἀπνευστὶ*], *πίνοντας, ὅπερ ἀμυστίζειν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ, φησὶν* [*Ariſtoteles*] *ἥκιστα περιπίπτειν μέθαις. Οὐ γὰρ ἐνδιατρίβειν τὸν ἄκρατον αὐτὸν, ἀλλ᾽ ἐξωθούμενον ῥύμην διαπορεύεσθαι διὰ τοῦ σώματος.* Lectiones cod. Vatic. *πυρωθεὶς*, et *προδοθεὶς*, ferri nec propterea poſſunt, quia particula *ἤδη* requirit verbum, quod verbis *πιεῖν ἀμυστὶ* reſpondeat. Nam *προπίνειν* proprie eſt *τὸ ἑτέρῳ πρὸ ἑαυτοῦ δοῦναι πιεῖν.* v. Athen. 11, 14. p. 498. D, et ad odar. 4, 3. Itaque *προποθεὶς* eſt *is, quem ſodales inuitarunt poculis: dem iſt zugetruncken worden.*

5. Pro *ἐκείνου* Barneſius, Fabrum ſecutus, repoſuit *ἐκείνων.* Nobis relatiuum videtur, non *δεικτικόν.* Idem etiam interſeruit *δὲ* poſt *στεφάνους.* ſatis audacter. B. Scilicet poëta affligi ſe queritur aeſtu duplici, vini, et amoris: alterum minuere vult ita, vt bibat *ἀμυστί*· alterum ſic, vt tempora cingat corollis nouis. Lectionem *ἐκείνου* commendare res ipſa videtur. Poëta tempora iam aliis floribus cinctus ſperat, ſe recreatum iri, redimitum frontem corona nexa floribus, et frondibus, Baccho ſacris, nempe hederaceis. Senſus enim ſcripturae Baxterianae eſt, *nectite mihi floribus, et frondibus, Bacchi corollas, qualibus ego fere vincire caput ſoleo.* vid. odar. 26, 5. Nam *ἐκείνου* pertinet ad Bromium, h. e. Bacchum, v. 2., et *πυκάζω*, *cingo caput meum*, atque *ἐπικαίει*, accipi recte, vt media, poſſunt, vt *ὅπλιζε* odar. 26, 7. et *καίειν* ap. Sym. Pſ. 7, 14.: ſed *οἵους* poëta ſcripſit, non *οἵοις*, quia idem caſus praecedit. *Στεφάνους ἀνθέων* autem dictum eſt, vt *στεφανίσκους ὑακίνθων* odar. 42, 5. Herodi. p. 456. Pierſ. *Ἀνθέων γραπτέον, καὶ μὴ ἀνθῶν, ὡς γενῶν, καὶ βελῶν, ἵνα μὴ συνεμπέσῃ τῷ ἀνθ᾽ ὧν ἔγραψας, καὶ, ἀνθ᾽ ὧν ἔδωκας.* add. Etymol. M. v. *ἀνθ᾽ ὧν*, et Suidas v. *ἀνθέων.*

7. *Exurit me*, et per hoc *ardeo.*. Luculenta eſt iſta coronandi ratio. B. Senſus eſt, *frons mihi calet*, *ardet*, propter aeſtum, ſ. prae aeſtu, amoris.

9. Nihil opus fuerat cum Longipetrano ponere *τὸ* Κραδίη in vocatiuo, etſi mirifice placeat Profeſſori Graeco. Quis enim non videt, *μέτωπα*, atque Κραδίη, dici *ἐν ἀντιθέσει*? B.

Maior vis praeſentis eſt, quam futuri. Barneſius, conſueto ſibi Ioniſmi amore adductus, de *σκεπάζω* fecit *σκεπάσσω*. B. Verte, *Aeſtum enim amoris continere corde qui poſſim, ne petat caput?* Nam *δὲ* poſitum eſt pro *γάρ* et poëta declarat iſtis ipſis verbis cauſſam, cur frons ipſi ardeat. Futurum autem recte habet, quum continuatio actionis indicetur. Caeterum metrum dimetrum catalecticum huius odarii contaminatum eſt anapaeſtis in prima ſede cuiuſque verſus.

ΚΒ΄ ΕΙΣ ΒΑΘΥΛΛΟΝ *

Παρὰ τὴν σκιὴν, Βάθυλλε,
Κάθισον· καλὸν τὸ δένδρον·
Ἁπαλὰς σείει δὲ χαίτας
Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ,
Παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει
Πηγὴ ῥέουσα Πειθοῦς.
Τίς ἂν οὖν ὁρῶν παρέλθοι
Καταγώγιον τοιοῦτο;

VARIETAS LECTIONIS

* ἄλλο εἰς τὸν αὐτὸν *cod. Vatic. in marg. p.* 681.: *in quo libro hoc odar. est duodeuicesimum.* 1. Βαθύλλου *afferunt Steph. et Barn.: legitur sic in cod. Vatic.* τὴν σκιὰν Βαθύλλου *Arg.* 1. *Deg.* 1. τὴν σκιὴν Βαθύλλου *Arg.* 2. *Brig.* τὴν σκιὰν, Βάθυλλε, *Deg.* 2. 2. κάθισο *cod. Vatic.* καθίσω *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. *Brig. e coni. Salm.* 3. σίει *Steph.* 1. *Mor. Flaid. Brunequ. Analectt.: vt fragm.* 43. *Atque sic scribendum censuit Salmasius ad inscript. Herodis Attici p.* 64. ἁπαλὰς δ' ἔσειε χαῖτας *cod. Vatic. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born., prob. Zeun. p.* 51. θαλερὰν σίει δὲ χαίταν *legit Salmas. d. l.* 4. μαλακωτάτωι κλαδίσκωι *cod. Vat.* 5. αὐτῷ γ' *Barn. Lam.* αὐτόν μ' *Arg.* 1. *Deg.* 1. αὐτὸν *cod. Vatic. Arg.* 2. *Deg.* 2. *Brig.* τερετίζει *coni. Guil. Canterus Lectt. nouu.* 5, 7.: *recepit Flaid.: dissentiente Casaubono ad Athen.* 8, 4. *p.* 591., *qui recte probabat scripturam* ἐρεθίζει. *Neque magis audiendus est Barn., qui coni.* ἑλελίζει· *multo minus Zeun. p.* 51., *qui coni.* παρὰ δ' αὐτῷ εὖ γε σίζει, *vel* παρὰ δ' αὐτῷ ἠρέθισσε, *vel* παρὰ δ' αὐτῷ γ' ἰύζει. 6. πηγῆ — πιθοῦς *cod. Vatic.* 7. τίς ἂν/ἐν *cod. Vat. et in marg.* τίς ἂν οὖν. 8. τοιοῦτον; *Steph. Mor. Com. Lubin. Flaid. Fab. Macrop. Barn. Lam. Parm.* τοιοῦτο *est in cod. Vatic.*

ANNOTATIONES

ODE XXII

2. Henr. Stephanus male τὸ κάθισον vertit *ſtatue*. B. Verte, *conſide*. Virgil. ecl. 5, 3. *Cur non — Hic corulis mixtas inter conſidimus vlmos?* vt ap. Theocrit. Idyl. 5, 32. Τάνδ' ὑπὸ τὰν κότινον, καὶ τἄλσεα ταῦτα, καθίξας. Καλὸν δένδρον eſt, aut *patula, et vmbroſa, arbor, denſis, virentibuſque, foliis veſtita:* aut *procera arbor.* Nam verba Xenoph. Oecon. 4, 21. καλὰ τὰ δένδρα Cicero Cat. M. 17. de proceritatibus arborum interpretatus eſt: et platanum, quae ab Homero Il. β', 307. vocatur καλὴ πλατάνιςος, et a Platone Phaedr. p. 229. A To. 3. Steph. ὑψηλοτάτη πλάτανος, Cicero Orat. 1, 7. dixit *patulis diffuſam ramis.* Certe in vtriuſque generis arbores cadit pulchritudo.

3. 4. Χαῖται ſunt *folia:* quae etiam ab Horatio 4. od. 7, 2. dicuntur *comae:* vt ap. Theocrit. Idyl. 6, 16. Vnde καλάμινθος χαιτήεσσα ap. Nicandrum Therr. 60. eſt, ſcholiaſta auctore, δασεῖα, καὶ κομῶσα τοῖς φύλλοις. Ἁπαλὸς, et μαλακὸς, differunt inter ſe, vt verba Latina *tener*, et *mollis.* Moſchopulus, et Phauorinus: Ἁπαλὸς ἐπὶ ζώων, καὶ φυτῶν· οἷον ἁπαλὰ βρέφη, καὶ ἁπαλὰ ῥόδα· μαλακὸν δὲ ἐπὶ κηρᾶ, καὶ τῶν τοιύτων. Proprie igitur loquutus eſt Matthaeus c. 24. 32. ἁπαλὸς κλάδος, vt Virg. ecl. 10, 53. *tenerae arbores.* Sed poëta etiam odar. 23, 15. dixit ἁπαλαὶ χαῖται, pro μαλακαὶ, vt hoc loco μαλακωτάτῳ, pro ἁπαλωτάτῳ. Nam teneritati cum mollitudine, mollitudini cum teneritate, magnam intercedere neceſſitudinem, quis neſcit? Vnde Plin. 5, ep. 6, 11. *herbas, teneras ſemper, et molles,* dixit: et Cicero Lael. 13. *tenerum* oppoſuit *duro,* vt Sextus Empir. hypotypp. Pyrrhonn. 1, 14. p. 31. extr. Fabric. ἁπαλὸν σκληρῷ. Neque vero aliter ab Hebraeis vſurpari nomen רַךְ conſtat.

5. Barneſius de ſuo poſuit αὐτῷ γ', quo vitaretur hiatus: verum nihil opus, neque vidit, poëtam, ſicuti alias ſaepe, vſum eſſe trochaeo pro iambo. Quid enim opus verſu Ionico ἀπ' ἐλάσσονος? B.

Vox ἐρεθίζει mire conuenit cum Πειθᾶς· quod Caſauboni [*Canteri*] τερετίζει minus facit. B. Nam ἐρεθίζειν eleganter dicuntur *ea, quae oblectant, alliciunt, inuitant, excitant,* ita, vt ſit, hoc loco, *garrire, garriendo oblectare: rauſchen:* vt ap. Ouid. Faſt. 2, 316. eſt *garrulus riuus.* Vid. Caſaubonus ad Athen. 8, 4. p. 590.: Neocorus ad Ariſtoph. Nubb. 311.: Albertius ad Heſych. p. 1421. To. 1.: Villoiſonius ad Apollonii Lex. Hom. p. 470. Sic Longus Paſtorr. 3, 8. p. 312. καθάπερ τὰς ἀηδόνας ἐς τὴν μουσικὴν ἐρεθίζοντες. Theocrit. Idyl. 5, 111. de cicadis, Οὕτω κ' ὔμμες θὴν ἐρεθίσδετε τὼς καλαμευτάς, h. e. διεγείρετε εἰς ἐργασίαν, ſcholiaſta auctore. Neque vero aliter vtuntur Latini verbis *irritare*, et *irritatio.* vid. Quinctil. 1, 1. 26. Sen. de beneficc. 6, 29. et ep. 9. p. 30. To. 2. Gron.

6. *Baxter,* inquit Profeſſor eximius, *dicit, diphthongos η et ω diſſolui poſſe in geminas εε et οο: quod nemo neſcit.* Vnde illud nouit, hoc neſcire neminem? B. Aqua fontis eleganter dicitur Πειθὼ *Suada* [Cic. Brut. 15.]: Πειθᾶς enim pertinet ad πηγή· quia, dum garrit, cohor-

 tari

tari aduenas videtur, vt accedant, et maneant. v. ad odar. 28, 24. Nam, 'Αδὺ δὲ, inquit Theocrit. Idyl. 8, 78., τῶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτεῖν.

8. *Baxter*, pergit ille, *τοιῦτο reposuit: quod firmatur Vaticani MS. autoritate; verum, quod ille nesciebat, notandum est, τοιῦτον, et τοσῦτον, aeque dici, atque τοιῦτο, et τοσῦτο, praesertim ante vocalem.* Mira haec Baxteri allucinatio, quae tamen MS. firmatur Vaticano. Nesciebat etiam hic idem Baxter, Sylosontem fuisse filiae Polycratis auunculum, dum patruum crederet auunculo diuersum. B. Καταγώγιον *deuersorium* eleganter positum est de *loco, vbi arbor procera, vmbrosaque, est, et garrulus fons.* Conf. Aelianus V. H. 3, 1. p. 195. Gron. Moeris: Καταγώγιον, καὶ κατάγεσθαι, 'Αττικῶς· κατάλυμα, καὶ καταλύειν, 'Ελληνικῶς· vbi v. Salier. et Pierson., itemque Albertius ad Hesych. p. 164. To. 2. Theopompus ap. Athe . 12, 8. p. 531. F de Cotye, Thraciae rege, Καὶ περιιὼν τὴν χώραν, ὅπε κατίδοι τόπες δένδρεσι συσκίες, καὶ καταῤῥύτες ὕδασι, τέτες κατεσκεύασεν ἑςιατόρια. Sed, praeter hunc locum, digni sunt, qui cum hoc odario conferantur, loci Theocriti Idyl. 5, 31. ss. 8, 135. ss. Caeterum versus huius carminis, qui sunt dimetri iambici catalectici, in prima sede habent anapaestos pro iambis, praeter v. 6., cuius primus pes est spondeus.

ΚΓ΄ ΕΙΣ

ΚΓ΄ ΕΙΣ ΧΡΥΣΟΝ *

Ο πλȣ̃τος εἴγε χρυσȣ̃
Τὸ ζῆν παρῆγε θνητοῖς·
Ἐκαρτέρȣν φυλάττων·
Ἵν᾽, ἂν Θανεῖν ἐπέλθῃ,
Λάβῃ τι, καὶ παρέλθῃ.
Εἰ δ᾽ ȣ̓δὲ τὸ πρίασθαι
Τὸ ζῆν ἔνεςι θνητοῖς·
Τί καὶ μάτην ςενάζω;
Τί καὶ γόȣς προπέμπω;
Θανεῖν γὰρ εἰ πέπρωται,
Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;
Ἐμοὶ γένοιτο πίνειν·
Πιόντι δ᾽ οἶνον ἡδὺν
Ἐμοῖς φίλοις συνεῖναι·
Ἐν δ᾽ ἁπαλαῖσι κοίταις
Τελεῖν τὰν Ἀφροδίταν.

VARIETAS LECTIONIS

* *εἰς φιλάργυρον marg. cod. Vatic. p. 685.: in quo hoc odarium eſt quartum, et triceſimum.* εἰς τὸν πλȣ̃τον *Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born.* 1. τὸ πλῆθος *coni. Trillerus Poëtt. Betrr. p. 518. P. 1. male. hoc enim foret interpretamentum gloſſae* πλȣ̃τος. Κροίσȣ *coni. Seuinius Commentarr. Acad. Inſcrr. Pariſ. p. 132. To. 3.: vid. odar. 26, 3.: quod recc. Arg. 1. Deg. 1. 2. temere.* χρυσῷ *coni. Pau.* 2. παρεῖχε βροτοῖς *affert Barn.; quae eſt ſcriptura cod. Vatic., in quo tamen alia manus ſuperſcripſit* θνητοῖς. *Et* παρεῖχε *quidem recepere Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. temere.* 3. φυλάσσων *Arg. 2. Brig.* 4. ἵν᾽ ἀσθενεῖν ἐπέλθῃ *cod. Vatic.* ἂν Θάνατος ἐπέλθῃ *coni. Medenbach. amoenitt.*

amoenitt. literr. p. 49.: recc. Arg. 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born.*, *inuito metro.* ἵν' ἂν ἀσθένημ' ἐπέλθῃ, *vel* ἵν' ἂν Μοίρη μ' ἐπέλθῃ, *coni. Val.* p. 127. *inepte: certe sic omnia fieri ex omnibus possunt.* 6. εἰ δ' ἦν μὴ τὸ πρίασθαι *cod. Vatic.* εἰ δ' οὐδέπω πρίασθαι *coni. Dauis. ad Cic. N. DD.* 2, 47. εἰ δ' οὐδενὶ πρίασθαι *coni. Clericus bibl. sel. p.* 343. *To.* 11. οὐδέ τι *coni. Pau.* ἔτι, *h. e.* οὐδαμῶς, πῶ *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born.*, *e coni. Brunquii. at* πῶ *non suo sic positum loco esse videtur.* ἔτι τῷ *Stroth. e coni. Zeunii p.* 53. *Caeterum Pauo v.* 8.—11. *ita transponendi videbantur, vt ordo eorum esset hic, v.* 11. 10. 8. 9., *atque pro* Θανεῖν γὰρ *legeretur* Θανεῖν δ' ἄρ'. 11. ὠφελεῖ *cod. Vatic.* 13. πίνοντι *coni. Pau. male.* 15. ἀγκαλαῖσι *coni. Scaliger.* ἁπαλαῖσιν ἔν τε κοίταις *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born.*, *e coni. Bruncquii.* 16. τὴν Ἀφροδίτην *Barn. Lam.* τιν' Ἀφρ. *coni. Scal. male.* τελεῖν τά γ' Ἀφροδίτας *coni. Valperga p.* 89., *vt Zeun. p.* 54. τελεῖν τά γ' Ἀφροδίτης. *sine caussa. Stroth. om. v.* 15. *f.: quo consuleretur scilicet animis ingenuis.*

ANNOTATIONES

ODE XXIII

1. Πλοῦτος est, hoc loco, *copia, abundantia:* vt πλοῦτος τῆς σοφίας apud Plat. Euthyphr. 13. Theophil. ad Autol. 2, 16, p. 130. Volf. Romm. 11, 33.: ὁ πλοῦτος τῆς χάριτος Ephess. 1, 7.: πλοῦτος χρημάτων 2. Chronn. 1, 11. Hebr. עֹשֶׁר נְכָסִים, h. e. σωρὸς χρημάτων Theocr. Epigr. 17, 7.: πλοῦτος ἀργύρου μέγας Herodo. 2, 121, 1. Conf. Abreschius dilucc. Thucydd. p. 392.

2. Παράγειν est, non tam *dare, afferre:* Hesychius: Παρήγαγεν· ἤνεγκεν· quam *producere, proferre, prorogare: verlaengern:* conf. v. 6. f.: quomodo iam Flaiderus p. 295. hoc verbum accepit. Atque sic legitur hoc verbum cum verbo συντηρεῖν coniunctum, vt sit *diutius tueri*, ap. Demetr. Cydon. de contemnenda mort. 1, 5.: et quod Latini *ducere tempus* vocant, id παράγειν τὸν χρόνον dixit Plutarchus V. Fabii Max. p. 176. E To. 1. Vechel. Παρῆχε, quod est in cod. Vaticano, aut interpretamentum est verbi παρῆγε, aut potius ab inscitia librarii profectum est.

3. Φυλάττων vox signata est, et ostendit auari animum. B. Ἐκαρτέρουν φυλάττων est *diligenter, perseueranter, custodirem, tuerer, seruarem.* Nam verbum καρτερεῖν aliis verbis iunctum, non tam redundat, quam potius vim aduerbii habet, quo perseuerantia, et constantia, declaretur: vt ap. Xen. Cyrop. 7, 5. 26. εἰ ἔτι δεήσει καρτερεῖν, καὶ πεινῶντας, καὶ διψῶντας, καὶ ἐπιμελομένους, καὶ πονοῦντας, h. e. *si amplius nos oportebit ferre, et famem, et sitim, et curam, et laborem.* vid. Arnaldus animaduerss. p. 15. f. et Clericus biblioth. sel. p. 344. To. 11. Φυλάττων autem absolute dictum est, ita, vt intell. αὐτόν, τὸν πλοῦτον scilicet χρυσοῦ.

4. Ad-

4. Aduertendum, *Θανᾶν* dici pro *Θάνατος*, ſicuti et *τὸ ζῆν* pro *ζωή*. B. Vid. ad odar. 2, 6. et Boſius animaduerſſ. p. 79. ſ. Sophocles Oedip. Colon. 599. ſ. *μόνοις ȣ̓ γίνεται Θεοῖς τὸ γῆρας, ȣ̓δὲ κατθανεῖν ποτε·* qui locus laudatur a Philoſtrato V. Apollon. Tyan. 8, 7. p. 353. Olear.: ſed legitur in libris eius, *μόνοισιν ȣ̓ γίγνεται Θεοῖσι γῆρας, ȣ̓δὲ μὴν θανεῖν ποτε.* *Ἐπέλθῃ* exquiſite dictum eſt, vt *ἐπιςαθεὶς* odar. 3, 6. Nam *ἐπέρχεσθαι* dicuntur *ii, qui ſuperueniunt, alioſque imprudentes opprimunt*: vid. Theocrit. Idyl. 4, 60. 27, 56. Anyte Anthol. 3, 24. 11. Mors vero ſemper venit opinione hominum citius. vid. Eurip. Alceſt. 669. ſſ. et Aeſop. fab. 20. Vnde odar. 24, 7. eſt *πρὶν ἐμὲ φθάσῃ τὸ τέλος.*

5. *Ἵν' — παρέλθῃ* eſt *vt praeteriret, neque me attingeret.* intell. *ἐμέ*. Beza hunc locum ſcienter contulit cum loco Mrtthaei c. 26, 39. *παρελθέτω ἀπ' ἐμȣ̃ τὸ ποτήριον τȣ̃το*, h. e. *praetereat me poculum hoc, ita, vt non iubear illud exhaurire.* Nam quia Hebraei verbum עָבַר ſequi iubent particulas מֵעַל, ita, vt ſit *praeterire aliquem, neque apud eum deuertere*: vid. Gen. 18, 3.: Matthaeus etiam verbo *παρέρχεσθαι* addidit praepoſitionem *ἀπὸ*, quum ei, e Graeca quidem ratione, addere debuiſſet ſimpliciter quartum perſonae caſum, exemplo ſeptuaginta interpretum Gen. d. l.

6. *Baxterum miror gloriantem, ſe voculam τὸ metri cauſa praepoſuiſſe*, inquit Profeſſor Barneſius. Neque tamen ille gloriatus eſt: repoſuiſſe tantum dixerat. O gloria! Non aduerterat forſan, et alios idem feciſſe: quod non fert grauate. Neque ipſe magnificus Profeſſor aduertit, vocalem *α*, vt communem, in priore vocis *ἁπαλαῖσι* modo produci, et in *τὰν* corripi: verum choriambica, et pherecratia, crepat metra, ſatis alieno loco. B. Pauus coni. *ȣ̓δέ τι πρίασθαι nullo omnino modo*, eleganter ſane: ſed fortaſſe ſine cauſſa idonea. Nam altera lectio parit ſenſum commodum, nec aliena eſt ab ingenio linguae. Quidni enim recte dici poſſit *ἔνεςι θνητοῖς τὸ πρίασθαι*, ita, *mortalibus eſt poteſtas, et facultas, redimendi vitam?* Certe hoc exquiſitius dictum eſſe videtur, quam *ἔνεςι*, h. e. *ἔξεςι, θνητοῖς πρίασθαι τὸ ζῆν.* Senſus eſt, *ſi autem mortales, nec auro, nec pecunia, cui tamen omnia parent, nedum aliis muneribus, redimere vitam poſſunt.* Ariſtoph. Rann. 1439. *Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος ȣ̓ δώρων ἐρᾷ·* quem verſum ex Aeſchyli Nioba ſumtum eſſe, Berglerus ſcienter animaduertit. Palladas Anthol. 1, 66. 4. *Τὸν πλȣ̃τον συνάγεις, δαπανῶν χρόνον· ȣ̓ δύνασαι δὲ Ζωῆς σωρεῦσαι μέτρα περισσότερα.*

9. *Γόȣς προπέμπειν* eſt *lamentis vacare, lamentari.* Coniunxit poëta gemitus, et lamenta, vt Homer. Odyſ. *α'*, 242. ſ.: qui locus fieri poteſt vt menti eius obuerſatus fuerit. Aeſchylus Prometh. 33. ſ. *πολλȣ̀ς δ' ὀδυρμȣ̀ς, καὶ γόȣς, ἀνωφελεῖς φθέγξῃ·* a quo etiam Perſſ. 707. coniunguntur *κλαύματα, καὶ γόοι.* *Καὶ* autem eſt *adeo*, non *igitur*, vt putabat Palaeretius ad 1. Gorr. 15, 29. p. 414.

10. *Si mors eſt fatalis: ſi fata volunt, iubentque, me mori.* Hom. Il. *γ'*, 308. ſ. *Ζεὺς μέν πȣ τό γε οἶδε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι, Ὁπποτέρῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐςί.* Aeſchylus Prometh. 752. *Ὅτῳ θανεῖν μέν ἐςιν ȣ̓ πεπρωμένον·* et v. 813. ſ. *ȣ̃ δὴ τὴν μακρὰν ἀποικίαν, Ἰοῖ, πέπρωται σοί τε, καὶ τέκνοις, κτίσαι.* Eurip. Alceſt. 20. ſ. *τῇδε γάρ σφ' ἐν ἡμέρᾳ*

ἡμέρα Θανᾶν πέπρωται, καὶ μεταστῆναι βίου. Hesychius: Πέπρωται — ὥρισται. Schol. Hom. ad Il. σ', 329. πέπρωται· ἥμαρται.

14. Φίλους accipe de παιδικοῖς, et ἐρωμένοις, qui alibi etiam ἑταῖροι appellantur. Sic legitur ap. Plat. Sympos. 10.

15. Vid. odar. 4, 1. s. Pollux 10, 41. ἔστι δὲ εἰπεῖν, ἁπαλὴ στρωμνή, καὶ μαλακή. Sic ap. Theocrit. Idyl. 2, 139. est μαλακῶν ἔκλιν' ἐπὶ λέκτρων.

16. Facete δωριάζει· ridet enim Dores, vt subrusticos, et harum suauitatum imperitos. Barnesius, consueta Ionismi affectatione, reponere sustinuit, Τελᾶν τὴν Ἀφροδίτην, cum nulla reuerentia tactus, quod ipse alicubi de me ait; imo et illepide. B. Τελᾶν τὰν Ἀφροδίταν est *vacare Veneri*. v. Spanhem. ad Callim. h. in Apol. 14. Τελᾶν Κυθήρην ita legitur fragmm. 1, 23.: vt ap. Theocrit. Epigr. 4, 4. Κύπριδος ἔργα τελᾶν· et ap. Theodoret. Θ. ΕΕ. ΠΠ. 12. p. 173. 4. τὰ κυνογάμια ἐν τῇ Ποικίλῃ ἐτέλεσεν. Sed ap. Laërt. 6, 69. est ποιεῖν τὰ Ἀφροδίτης. Haec autem quae sint, cognosci potest ex Theocrit. Idyl. 2, 140. ss. Caeterum metrum huius odarii est dimetrum iambicum catalecticum.

ΚΔ' ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Ἐπειδὴ βροτὸς ἐτέχθην,
Βιότου τρίβον ὁδεύειν·
Χρόνον ἔγνων, ὃν παρῆλθον·
Ὃν δ' ἔχω δραμεῖν, οὐκ οἶδα.
Μέθετέ με αἱ Φροντίδες·
Μηδέν μοι, καὶ ὑμῖν, ἔστω.
Πρὶν ἐμὲ φθάσῃ τὸ τέλος,
Παίξω, γελάσω, χορεύσω
Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου.

VARIETAS LECTIONIS

* *ἄλλο εἰς ἑαυτὸν cod. Vatic., et in marg. ἄλλο simpliciter, p. 686., ita, vt sit odar. ordine duodequadragesimum.* 1. *ἐπειὴ βροτός γ' Barn., probb. Zeun. p. 54. et Valp. p. 80. ἐπειδὴ βροτός γ' Lam. ἐτύχθην cod. Vatic.* 2. *τρίβους coni. Valp. p. 80. ὁδεύων coni. Pau.* 3. *ἔγνον cod. Vatic. χρόνον, ὃς παρῆλθεν, ἔγνων Barn. Lam. χρόνον, ὃν παρῆλθον, ἔγνων coni. Zeun. p. 54. et Valp. p. 80.* 4. *Ὃν ἔχω δραμεῖν, τίς οἶδε; Barn. Lam., probb. Zeun. p. 55. et Valp. p. 80. ὃν ἔχω Mor. ὃν ἔχω δραμεῖν δ' Stroth.* 5. *μέθετέ με, Φροντίδες, cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. et alii, vt Met. 1. 2. Pau. Parm. Brunckii. Analectt. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holst. Stroth. Brig. Born. μέθετ' οὖν με, Φροντίδες δὴ Ioerdens., e coni Zeun. p. 55. et Valp. p. 80.: sed Zeun. coni. etiam, Μεθῆτε, Φροντίδες, με. Sed μέθετέ μ', ὦ Φροντίδες, vel Μεθῆτέ με, Φροντίδες, coni. Pau. μέθετε δέ με, Φροντίδες, Flaid. μέθες οὖν με, Φροντὶ δεινή, Barn. Lam. μέθετέ με, Φροντίδες, μηδ' Εν μοι, καὶ ὔμμιν, ἔστω, coni. Dauisius ad Cic. N. DD. 2, 47., vt Arnald. animadverss. p. 17., relicta tamen scriptura ὑμῖν.* 6. *ἔστω cod. Vatic. ὔμιν coni. Pau. Οὐδέν ἐστι σοί τε κἀμοὶ Barn. Lam. τίπτ' ἐστί μοι, καὶ ὑμῖν; vel, quod magis probabat, Τί μοι, καὶ ὔμιν, ἐστί; coni. Zeun. p. 55. μηδέν μοι, ὔμμι τ', ἔστω coni. Valp. p. 80.* 7. *Φθάσῃ τελευτὴν Barn.;*

Barn., *prob. Zeun. p.* 56. τὸ τέρμα *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born.*, *e coni. Bruncquii. Hesychius*: Τέρμα· — τέλος ζωῆς. Τὸ τέλσον *coni. Arnald. animaduerss. p.* 18. τὸ τέκμαρ *coni. Valp. p.* 80. 90. *Hesychius*: Τέκμαρ· πέρας, τέλος. 8. παίζω, γελῶ, χορεύω *coni. Zeun. p.* 56. γελῶν χορεύσω *coni. Valp. p.* 80. 9. *Barn. addit versiculum istum, ex odar.* 6, 14., *sed vncis tamen inclusum*, Μετὰ τῆς καλῆς Κυθήρης. *Retinuit eundem Lam.*, *prob. Zeun. p.* 56.

ANNOTATIONES

ODE XXIIII

Facetissimum hoc odarium, quod non intelligerent, Faber repudiauit, et Barnesius interpolando foedauit. Modo vero lasciuit Anacreon in metris, tanquam ἐν Σατυρικῇ Μιμήσει. Nam irridet metum mortis, et caeteras vitae curas. B.

1. Duobus primis versibus secundo loco posuit tribrachyn, quo incitatum, et percitum, se ostenderet tam celeri, et praecipiti, vitae cursu. B. βίοτος cf. Bion. IV, 9. et IV, 8. Ilg. Hymn. Ap. Del. 186. p. 217.

2. Haud incompertum habuit Anacreon, animam in vita peregrinari. B. Βιότου τρίβον ὁδεύειν est *vt vitae viam irem*, h. e. *viuerem*. Infinitiuus pendet a particula ὥστε, vel ὡς, quae intellegi debet: vt odar. 20, 16. Nam *vita* ab vtriusque linguae auctoribus comparatur cum *via*. Cic. Cat. M. 18. *Potest enim quidquam esse absurdius, quam, quo minus viae restat, eo plus viatici quaerere?* Conf. Vitringa animaduerss. ad Vorstii philol. S. c. 2. p. 831. s. Lips. Sed verba βιότοιο τρίβος eleganter transtulere ad vitae genus Posidippus, vel Crates, et Metrodorus, Anthol. 1, 13. 3. et 4.

3. Molosso pede ostendit, se libenter immorari suaui recordationi acti temporis. B. Sensus est, *quamdiu vixerim, scio.*

4. Amphimacro significari voluit, labare sibi cogitationem, et fluctuari, respectu futuri. B.

Durat in metaphora facientis iter: et molossus ostendit, degrauari sibi animum curis, mortisque metu. B. Sensus est, *quamdiu futurus sim in vita, nescio.* Transiit poëta a loco, et via, ad tempus, quia loco, et tempori, communis est notio spatii. Nam recte dicitur παρέρχεσθαι χρόνος, atque adeo χρόνον ἔχειν δραμεῖν vt odar. 56, 5. s. Γλυκεροῦ δ' οὐκ ἔτι πολλὸς Βιότου χρόνος λέλειπται. Antonin. 3, 10. τὰ δὲ ἄλλα, ἢ βεβίωται, ἢ ἐν ἀδήλῳ· vbi v. Gatakerus p. 84. a Trai.

5. Rursus tribrachy, iambo, atque dactylo, se curis irasci ostendit, fierique impatientem, et difficilem, prae animi scilicet aegritudine. Denique sequenti versu per molossum, spondeum, atque alterum etiam molossum, se taedio, atque odio, victum, et plane fatigatum,

gatum significat. B. Sensus v. 3. s. est, *Valete, curae, solicitudines, aegritudines.* Αἱ φροντίδες sunt, vt odar. 41, 16., αἱ μέριμναι odar. 25, 2. 26, 2., quae a Theocrito Idyl. 21, 3. κακαὶ μέριμναι, et v. 5. μελεδῶναι, dicuntur: πόνοι, et μόχθοι, odar. 25, 3. Sic nomine *cura* Ennius apud Cic. Cat. M. c. 1. vsus est de solicitudine, et molestia. Hesychius: Μέθετε· ἐάσατέ με.

6. Μηδέν μοι, καὶ ὑμῖν, ἔστω dictum est, vt odar. 17, 4. τί γὰρ μάχαισι, κἀμοί; ita, vt intell. κοινόν.

7. Excussis tandem curis animum in laetitiam soluit. B. Vid. ad odar. 23, 4.

Adhuc durat in ἀγῶνος figura: et decursores, et vita functi, dicuntur τέλειοι, quod vtrique metam suam pertingant. Frustra fuerit iterum monere, breuem produci in voce τέλος, ob sequentem liquidam. B.

8. Lasciuit in spondeo, et anapaesto: et medium vnguem ostendit fato, et fortunae. B. Vid. ad odar. 11, 10. 15, 12. παίζω. cf. Tibu 1, 1, 62; Hor. Od. II, 19; III, 15, 5;

En autem a Barnesio recusam oden, qui in tantum veretur fraudem facere magnis autoribus! Ἐπεὶ βροτός γ' ἐτέχθην Βιότου τρίβον ὁδεύειν, Χρόνον, ὃς παρῆλθεν, ἔγνων· Ὃν ἔχω δραμεῖν, τίς οἶδε; Μέθες δή με, φροντὶ δεινή· Οὐδέν ἐστί σοί τε, κἀμοί. Πρὶν ἐμὲ φθάσῃ τελευτή, Παίξω, γελάσω, χορεύσω Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου, [Μετὰ τῆς καλῆς Κυθήρης.]. Professor, nihil me de metris vidisse, ait; cum tamen interseruerim articulum αἱ ante φροντίδες causa metri, quod vel ipse aduertit. Quin et modo gratificari studens Barnesio repono τὸ γελάσω, suo loco, tactus scilicet reuerentia motus. B. Conf. Spanhemius ad Aristoph. Rann. 406. Caeterum auctor odarii ipse numerasse tantum syllabas versus cuiusque, neglectis legibus metricis, videtur, ita, vt opera, quam viri docti posuerunt in versibus carminis ad numeros legitimos reuocandis, frustra consumta omnis existimanda sit.

ΚΕ΄ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Ὅταν πίνω τὸν οἶνον,
Εὕδȣσιν αἱ μέριμναι.
Τί μοι πόνων, τί μόχθων,
Τί μοι μέλει μεριμνῶν;
Θανεῖν με δεῖ κἄκοντα.
Τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
Πίωμεν ȣ̓̑ν τὸν οἶνον,
Τὸν τȣ̃ καλȣ̃ Λυαίȣ·
Σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς
Εὕδȣσιν αἱ μέριμναι.

VARIETAS LECTIONIS

* τȣ̃ αὐτȣ̃ εἰς οἶνον ᾠδάριον *cod. Vatic. in marg. p. 687.: in quo libro hoc odarium eſt tertium, et quadrageſimum. Pauo videbatur index odarii debere eſſe hic,* εἰς τὸ δεῖν πίνειν πρὸς ἑταίρȣς. 1. πίω *Barn. Lam. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Stroth. Holſt. Brig. Born.* 3. [β] τί μοι πόνων, [α] τί μοι γόων *cod. Vatic.: librarius ſcilicet ſcribere voluit,* τί μοι γόων, τί μοι πόνων. Τί μοι γόων, τί μόχθων, *Barn. Lam.* τί μοι πόνων, τί μοι γόων, *Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Holſt. Parm.* τί μοι πόνων, τί γόων μοι *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born. e coni. Arnaldi animaduerſſ. p.* 20. γόων τί *Ioerdenſ.* 5. Θάνοιμι κἂν μελήσας *Barn. Lam.* θανεῖν με δεῖ κἂν μὴ θέλω *cod. Vatic.: ſed* κἂν *Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1, 2. *Deg.* 1. *Stroth. Holſt. Brig. Born. Parm.* κἂν μὴ θέλω, θανεῖν δεῖ *coni. Dauiſ. ad Cic. N. DD.* 2, 47. κἂν μοι μέλῃ, θανεῖν δεῖ *Deg.* 2. *e coni. V. D. in ephemeridd. literr. Lipſſ. a.* 1781. *n.* 81. κἂν μὴ θέλω, θανεῖν δεῖ *coni. Val. p.* 128. θανεῖν με δεῖ κ᾽ ἀνάγκῃ *coni. Zeun. p.* 57. θανεῖν με δεῖ, κ᾽ ἂν ȣ̓ θέλω *coni. Valp. p.* 91. *Caeterum Pau. cenſebat, v.* 6. *praeponendum eſſe v.* 5. 6. τί τὸν βίον *coni. Barn., prob. Zeun. p.* 57. *ſ.: recepp. Stroth. Ioerdenſ.* 8. πίνωμεν *Regnier.* 9. σὺν τῶι *cod. Vatic.* σὺν τῷ πιεῖν γὰρ ἡμᾶς *Barn. Lam. Stroth. e coni. Scaligeri.* 10. εὕδωσιν *coni. Pau.*

ΑΝΝΘ

ANNOTATIONES

ODE XXV

1. Barnesius de suo posuit πίω caussa metri. Quid? si magis placuerat Anacreonti stabilis spondeus hoc in loco? B Res ipsa requirere videtur aoristum: vt odar. 26, 1. 39, 1. 52, 11. At quum ὅταν πίνω idem sit, quod ὅτε πίομαι· quum fut. continuationem actionis exprimat: nec lectio ὅταν πίνω repudiari vllo modo potest; praesertim ob v. 9. Et nec huius odarii auctorem facile apparet omnino seruasse leges metricas.

2. Xen. Sympos. 2, 24. τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει, τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. Horatius 2. od. 11, 17. s. *dissipat Euius Curas edaces*, et 1. od. 18, 3. s. *Siccis omnia nam dura deus proposuit: neque Mordaces aliter diffugiunt solicitudines.* Neque sane aliam ob caussam idem Horatius A. P. 85. *vina* vocat *libera*, quam quia animum liberant curis; et ex eo solicitudines exigunt, ita, vt sit otiosus, laetus, hilaris.

3. *Baxterus*, inquit Barnesius, *in hac quidem parte satis feliciter pro* Τί μοι γόων, reposuit τί μόχθων, *quod omnino confirmandum duco.* Μεγάλη χάρις αὐτῷ. Verum cum πόνων, et μόχθων, idem sonare putet, de suo ingenio γόων substituit τῷ πόνων nimis audacter. Ipse seruaueram literarum ductum: quod nemo improbabit, scio. Semper me mouet reverentia tactus, quam ille dicit B. Μόχθοι scilicet nascuntur e πόνοις, vt γόοι, ita, vt mirandum non sit, eos saepe coniungi. Vnde poëtam γόων scripsisse, contendit Rhoerius Ferr. Dauentrienss. p. 93: sed scripturam μόχθων tuitus est Horreus obseruatt. ad Herodo. p. 61. Conf. Arnaldus animaduerss. p. 19. s. At nec mihi Baxterus videtur debuisse attingere lectionem Stephani, et cod. Vaticani. vid. ad v. 5.

5. Vide, an recte reposuerimus κἄκοντα ex coniectura propria: siquidem κἂν μὴ θέλω monstri simile erat. Κἄκοντα, nullis accentibus descriptum, potuit imperito exscriptori fraudi fuisse. Quin et glossema censeri potest τὸ κἂν μὴ θέλω. Noli tu credere Barnesio, *Baxterum non vidisse, priorem syllabam τοῦ κἄκοντα esse longam.* Nisi fuisset per Scaligerum, quem et Barnesius secutus est, simile fuisset exemplum etiam in penultimo versu huius odarii. Siquidem ille pro Σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς inficete rescripsit Σὺν τῷ πιεῖν γὰρ ἡμᾶς. Anacreon in isto versu solito lepore vsus est pede molosso, quo ob oculum poneret renitentis voluntatis quasi luctamen quoddam. Barnesius, qui semper veretur fraudem facere magnis autoribus, ipse tamen refinxit versum, in istum morem, Θάνοιμι κἂν μελήσας, B. Neque vero mihi Baxterus videbatur scripturam κἂν μὴ θέλω mutare debuisse. Nam, et numerosior sic existit versus, neque poëta ipse leges metricas ita sequi voluisse videtur, quin versibus dimetris iambicis catalecticis immisceri versum huius generis acatalecticum posse, inuitatu sententiae, putarit: vt v. 3.

6. Πλανᾶσθαι dicitur, hoc loco, *is, qui negotiis multis, et curis, distinetur.* Et Daciera iam, atque Pauus, docuere, accusat. τὸν βίον pendere a praeposit. κατὰ, vel ἀνά.

8. Bacchus celebratur esse auctor, et inuentor, et dator, vini. vnde odar. 17, 4. vocatur μεθυδώτας. Sed hoc loco eum poëta apposite dixit Λυαῖον, quia vino ait curas dissipari edaces: vid. odar. 27, 2. et Horat. Epod. 9, 37, s.

ΚΣΤ΄ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Ὅταν ὁ Βάκχος ἐσέλθῃ,
Εὕδȣσιν αἱ μέριμναι·
Δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσȣ
Θέλω καλῶς ἀείδειν·
Κισσοστεφὴς δὲ κεῖμαι,
Πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ.
Ὅπλιζ'· ἐγὼ δὲ πίνω·
Φέρε μοι κύπελλον, ὦ παῖ.
Μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
Πολὺ κρεῖσσον, ἢ θανόντα.

VARIETAS LECTIONIS

* *ἄλλο εἰς Φιλοπότην, et in marg. τȣ̃ αὐτȣ̃ εἰς Φιλοπότην, cod. Vatic. p. 687.: in quo hoc odarium eſt ſextum, et quadrageſimum.* 1. *ὅτ' εἴς με Βάκχος ἔλθῃ Barn. Lam.: vt odar. 39, 1. ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον. εἰσέλθῃ Steph. Mor. Com. Fab. Lub. Flaid. Met. 1. 2. Arg. 2. Brig. ὅτε μ' ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ, et ὅταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ, affert. Barn. ὅταν εἴς με Βάκχος ἔλθῃ coni. Scal. ὅταν μ' ὁ Βάκχος ἐσέλθῃ coni. Pau. ὅταν ὁ Βάκχος ἔλθῃ Stroth.* 2. *εὕδȣσιν cod. Vatic.* 3. *δοξῶν Flaid. vitioſe: e quo tamen manus docta in meo ex. fecerat δόξων.* 5. *Κισσοφερὴς Corr.: quam lectionem etiam Barn. affert.* 6. *θυμῶι cod. Vat.* 8. *Φέρ' ἐμοὶ Arg. 1. 2. Deg. 2. Holſt. Brig. Born.*

ANNOTATIONES

ODE XXVI.

1. Barneſius, quod tribrachyn improbaret, imitatus Scaligerum, ita recudit verſum, Ὅτ' εἴς με Βάκχος ἔλθῃ· verum huiuſmodi vocum διαλύσεις Anacreonti minime ſunt viſitatae; vtpote cui praecipue placeat dictionis ἀφέλεια. Trochaeus ſecunda ſede aequipollet iambo. Nos etiam pro εἰσέλθῃ, repoſuimus ἐσέλθῃ, quod poëta alias ita ſcribere ſoleat. B. Odar. 27, 3. ſ. eſt, ὅταν φρένας ἐς ἁμὰς ἐσέλθῃ μεθυδώτας, h. e. ὅταν πίνω τὸν οἶνον odar. 25, 1. Sic odar. 66, 6. legitur Διόνυσος εἰσελθών.

3. Πα-

3. Παροιμιακόν B. H. e. *Videor mihi esse longe ditissimus.* Vid. Diogenian. paroemm. 8, 53. et Apostolius 19, 40. Nam τὰ Κροίσȣ sunt *opes*, *diuitiae*, *Croesi*, Lydorum regis: vt odar. 15, 1. τὰ Γύγεω, ex emendatione Bentleii: τὰ Σύρων Xen. Cyrop. 5, 2. 5.: τὰ Γαδάτα ibid. 5, 4. 1.: τὰ Δαρείȣ βασιλέως, ἢ Κροίσȣ, Dio Chrys. 47. p. 526. D Mor. Intell. χρήματα. vid. Albertius ad Matth. 20, 15. Ouid. ex P. 4, 3. 37. *Diuitis audita est cui non opulentia Croesi?* Iustin. 1, 7. 3. *Croesus, cuius opes, et diuitiae, insignes ea tempestate erant.* add. Xen. Cyrop. 7, 2. 7. et Athen. 6, 4. p. 231. f. Vnde Theocritus Idyl. 10, 32. Αἴθε μοι εἴησαν, ὅσα Κροῖσον φαντί πεπᾶσθαι, h. e. *vtinam ego essem praediues.* Caeterum καλῶς ἀείδειν est *dulce*, *suaue*, *canere* assa, sola, voce. v. Theocrit. Idyl. 8, 4.

Propert. 2, 2[illegible] 2[illegible]. [illegible]

5. Κισσοστεφὴς est *hedera tempora cinctus: hedera tempora vincta gerens* [Tibul. 3, 6. 2.]. Hedera enim erat Baccho sacra. vid. ad odar. 6, 6. et 2. Macc. 6, 7. Sic Bacchus ipse dicitur κισσῷ πεπυκασμένος h. in Bacch. v. 9., qui vulgo tribuitur Homero: et κισσοστέφανος Anthol. 1, 38. 11. 11. Species coronae hederaceae est apud Smeicelium in de coronis p. 20.

6. Sensus est, *contemno*, *despicio*, *nihili aestimo*, *omnino omnia.* Hesychius, et ex eo Phauorinus: Πατέȣσι· καταφρονήσȣσι. Sic πατεῖσθαι legitur odar. 46, 6.: et καταπατεῖν ap. Chrysost. de sacerdot. 5, 5, 494. Bengel. add. Apollon. Rhod. 2, 17. et ibi schol.

7. Henr. Stephanus parum litauit Musis, cum versiculum istum perelegantem reddiderit, *Ad arma currat alter.* Poëta puerum suum alloquitur, iubetque se poculo, et cyatho, armare, quo humi prosternat herum suum: quod vel ex voce sequenti κεῖσθαι liquido patet. Et mecum facit ipse Barnesius nam me dicit *merito improbare Stephanum.* B. Poëta compellat, non puerum ministratorem, sed amicum, aut praesentem, aut etiam absentem, sic, *Tu rixere; tu pugnes: ego bibam.* vid. odar. 38, 6. f. 42, 13. Nam ὁπλίζειν positum est, vt medium, vt πυκάζω odar. 21, 6.: ita, vt sit *arma*, vel *ferulam*, *capessere:* vid. odar. 38, 5. ff.: atque adeo idem, quod μάχεσθαι odar. 38, 6. f.

8. Odar. 38, 8. 10. Ἐμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ, — φόρησον. Hesychius: Παῖς· — τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τȣ̃ δȣ́λȣ. Plutarch. II. p. 170. [illegible] de Alexandr: πικρῶς επετιμησε παισιν, ὡς μικρου δι' αυτȣς μοιχος γενομενος.

10. Ἀστεϊσμὸς figura. B. Caeterum hoc odarium auctor eius constare iussit iambeis dimetris catalecticis, sed alienis pedibus contaminatis. vid. v. 1. 2. 5. 7. 8. 9. 10.

ΚΖʹ ΕΙΣ ΔΙΟΝΥΣΟΝ *

Τοῦ Διὸς ὁ παῖς ὁ Βάκχος,
Ὁ λυσίφρων Λυαῖος,
Ὅταν φρένας ἐς ἀμὰς
Ἐσέλθῃ μεθυδώτας,
Διδάσκει με χορεύειν.
Ἔχω δὲ καί τι τερπνὸν
Ὁ τᾶς μέθας ἐραστάς·
Μετὰ κρότων, μετ' ᾠδᾶς,
Τέρπει με κ' Ἀφροδίτα,
Καὶ πάλιν θέλω χορεύειν.

VARIETAS LECTIONIS

* *τοῦ αὐτοῦ εἰς Διόνυσον, ἤγουν οἶνον, marg. cod. Vatic. p. 688.: in quo hoc odarium est septimum, et quadragesimum. Pauus putabat, aptiorem fore odarii titulum hunc, εἰς ἑαυτόν.* 1. *τοῦ tolli iubebat Zeun. p. 59.* 2. *ὁ λυαῖος cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Arg. 2. Brig. Born. Parm.* 3. *φρένας γ' ἐς Barn. ὅταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς cod. Vatic. [qui tamen habet ἐμᾶς] Steph. Mor. Com. Fab. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. 2. Brig. Born. Parm. ἐς ἐμὰς Lam. φρένας τὰς ἐμὰς Brunequ. Analectt. Arg. 2. φρένας τὰς ἀμὰς Arg. 1. Holst. Deg. 1. 2.* 4. *εἰσέλθῃ Steph. Mor. Com. Fab. Lub. Macrop. Met. 1. 2. Brunequ. Analectt. Arg. 2. Brig. Born. Parm. μεθυδῶτας Steph. Mor. Com. Fab. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. 2. Brunequ. Analectt. Arg. 2. Brig. Born. Parm. μεθυδώτης Barn. ἐσέλθῃ μεθυδότης Lam.* 6. *δέ τι καὶ cod. Vatic. ἔχω δὲ κ' ἄλλο τερπνὸν coni. Pau.* 7. *τὰς μέθας cod. Vatic. τῆς μέθης ἐραστῆς Barn. Lam.* 8. *μετ' ᾠδᾶς cod. Vatic. ᾠδῆς Barn. Lam.* 9. *κἀφροδίτη Barn. Lam.* 10. *πάλι Barn. καὶ tollendum censebat Dan. Heinsius, vt Zeun. p. 60., qui tamen etiam coni. πάλιν τε, aut πάλιν δέ, λῶ.*

ANNOTATIONES

ODE XXVII

1. Modo efferatur τῦ Διὸς ἐν συνεκφωνήσει, nihil opus erit Barnesii dactylo. B.

2. Barnesius recte sustulit articulum ὁ, atque ego tollo subdistinctionis notam. Duplex potest esse nominis *Lyaei* interpretatio; quarum altera repraesentatur in epitheto Λυσίφρων, quod omnes animi curas Bacchus resoluat; altera autem a soluendis vuis, quod fit in torculari; atque tunc Bacchus etiam *Lenaeus* appellatur. Hinc est, quod inferius [odar. 52, 5. s.] legimus, Μόνον ἄρσενες πατῦσι Σταφυλὴν λύοντες οἶνον. Existimo, veteres vtramque interpretationem fuisse secutos. B. Vid. Athen. 8, 16. p. 363. Λυσίφρων Λυαῖος idem est, quod λυσιπόνος Διόνυσος ap. Oppian. Cynegg. 4, 252.: et λυσιμέριμνος Anthol. 1, 38. 11. 12.: vt vitis dicitur πανσίλυπος ab Euripide, et ἀκεσφόρος λύπης ab Astydamante, ap. Athen. 2, 3. p. 40. B, et vinum λύπης λήθη Anthol. 2, 47. 30. 8.: et τὸ μεθύειν ab Sophocle ap. Athen. 2, 3. p. 40. A πημονῆς λυτήριον. Sic Amor vocatur λυσιμελὴς ab Hesiodo Θεογ. 121. 911. Nam hic quoque soluit animum, et liberat curis. Conf. ad odar. 39, 9.

3. Barnesius reposuit φρένας γ', metu tribachyos. Haec ode, si qua alia, δωριάζει. nam simplicem, atque ebriosum, Dorem, siue rusticum, cantantem inducit. Quare pro Ὅταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς nos, exigente metro, reposuimus, Ὅταν φρένας ἐς ἁμάς. Est autem ἁμὰς Doricum pro ἡμετέρας· quin et in sequenti versu pro Εἰσέλθῃ μεθυδότας fecimus, Ἐσέλθῃ μεθυδώτας· leui sane mutatione, sed necessaria. Professor tamen Graecus, consueto sibi more, vbique Dorismum sustulit. Nam, et μεθυδώτης reposuit, et τῆς μέθης ἐραστής, et ᾠδῆς, et Ἀφροδίτη. In quarto, et quinto, versu Anacreon pede visus est trochaico, secundo loco: quod cum Barnesius non aduertisset, versus commentus est pherecratios. B. Bacchus vocatur μεθυδώτης etiam a Pseudorpheo hymn. 46, 1., et Anthol. 1, 38. 11, 13. Lucretius 5, 14. s. *Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris Vitigeni laticem, mortalibus instituisse.*

6. Sensus est, *non potest dici, quantopere oblecter, quanta voluptate perfundar.* nam particula καὶ saepe habet vim augendi: qua ipsa vi gaudet pronomen τις adiectiuis additum.

7. Ἀστεϊσμός. B. Scilicet verba ὁ τὰς μέθας ἐραστὰς, h. e. *qui libenter bibo vinum, qui libenter me inuito vino,* sustinent vices pronominis ἐγώ. Hanc elegantiam tollit, et vero totam odarii sententiam turbat, Lennepii coniectura, qui animaduerss. ad Coluth. 1, 10. p. 47. versiculos poëtae sic ordinari, et legi, iubebat, Ἔγω δὲ καί τι τερπνὸν, Καὶ πάλιν θέλω χορεύειν· Ὅταν μέθας ἐραστὰν Μετὰ κρότων, μετ' ᾠδᾶς, Τέρπει [leg. τέρπῃ] με κ' Ἀφροδίτα.

8. Κρότοι pertinere videntur ad *pulsus pedum* saltantis, quibus terra quatitur. vid. Arnaldus animaduerss. p. 20. ss.

10. In vltimo versu poëta anapaestum posuit, quo concitatior, et hilarior, esset rhythmus. Barnesius amore dactyli rescripsit Καὶ πάλι, et Baxterum temeritatis arguit, quod syllabam Καὶ correpte legerit, cum ipse sciat, diphthongum αι esse communem. Posuit etiam Κ'Ἀφροδίτη, ἐν κράσει, etsi illud non fiat perpetuo; nulla cum tactus reuerentia. B. Caeterum hoc quoque odarium versibus constat dimetris iambicis catalecticis, sed contaminatis dactylo, spondeo, et anapaesto, vid. v. 1. 9. 10.

ΚΗ΄ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΕΤΑΙΡΑΝ *

Ἄγε, ζωγράφων ἄριστε,
Γράφε, ζωγράφων ἄριστε,
Ῥοδίης κοίρανε τέχνης,
Ἀπεοῦσαν, ὡς ἂν εἴπω·
Γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην.
Γράφε μοι τρίχας τοπρῶτον
Ἁπαλάς τε, καὶ μελαίνας·
Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,
Γράφε καὶ μύρου πνεούσας.
Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς,
Ὑπὸ πορφύραισι χαίταις,
Ἐλεφάντινον μέτωπον.
Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
Διάκοπτε, μήτε μίσγε·
Ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνη,
Τὸ λεληθότως σύνοφρυν·
Βλεφάρων ἴτυν κελαινήν·
Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον·
Ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης·
Ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης.
Γράφε ῥῖνα, καὶ παρειὰς,
Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.
Γράφε χεῖλος, οἷα Πειθοῦς,
Προκαλούμενον φίλημα.
Τρυφεροῦ δ' ἔσω γενείου,

Περὶ

Περὶ Λυγδίνῳ τραχήλῳ,
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.
Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν
Ὑποπορφύροισι πέπλοις.
Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον,
Ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν·
Τάχα, κηρὲ, καὶ λαλήσεις.

VARIETAS LECTIONIS

* τοῦ αὐτοῦ εἰς κόρην *cod. Vatic. p. 679. in ordine: et in marg. eadem verba adſcripſit alia manus: eſt hoc odar. in iſto cod. quintum decimum.* Πρὸς τὸν ζωγράφον περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐρωμένης *Barn. Lam., prob. Zeun. p. 60.* εἰς τὴν ἑταίραν *Fab.* 3. Ῥοδέης *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Parm.* Ῥοδίης *eſt e coni. Steph.* τύραννε *coni. nonnulli ap. Steph., probb. Fabro, et Valp. p. 91.: atque ita legit Menagius ad Laërt. 10, 25. p. 456. b Meib.* κάρανε *coni. Lennep. ad Phalar. epp. p. 91.: recepp. Arg. 2. Brig. Born. Ioerdenſ.* Ῥοδέης κοίλαινον ἐκ γῆς *coni. Dan. Heinſius. inepte.* 6. τὸ πρῶτον *cod. Vatic. Steph. Mor. aliique.* 10. Γράφε δ' ἐξοχῆς ἀραιῆς *coni. Dan. Heinſ.: rec. Holſt.* Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειὴν Χ' ὑπὸ πορφυραῖσι, *aut,* Γράφε δ' ἐξω ὅλης παρειῆς, *ſcil.* ἐλεφαντίνης, *coni. Abreſchius ad Aeſchyl. p. 197. To. 2.* Γράφε δ' ἐξ ὅλης ἀδείης, *aut* γράφε δ' ἐξοχῆς ἀγαίης, *aut* ἐξ ὅλης ἀρετῆς, *coni. Val. p. 129. inepte.* 11. ὑποπορφύροισι *coni. Fab., vt v. 30.:* ὑποπορφύραισι *coni. Met.* πορφυραῖσι *Barn. recte; etiam Metario iudice.* 14. *pro* μήτε *f. leg.* μηδὲ, *vt odar. 34, 3.* 16. σύνοφρυ *Barn. Lam. Holſt.* τὸ λεληθότως, σύνοφρυν Βλ. *Mor.* σύνοφρυν Βλ, *Steph. Com. Flaid., aliique.* τὸ λεληθοτ$_{o}$ς σύνοφρυν: *cod. Vatic.* τὸ λεληθότως *coni. Steph., vt legit Brunequ. Analectt. Arg. 1.* τὶ λεληθότως σύνοφρυν Βλ. *coni. Pau.* Ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνης, *vel* ἐκεῖνο, Τὸ λεληθότως σύνοφρυ, Βλ. *coni. Zeun. p. 62.* 17. βλεφάρων δ' *Barn. Lam. e coni. Steph. et Dacieriae.* 22. ῥῖνας *cod. Vatic.* 23. τὸ γ. *cod. Vatic.* 27. λυγδίνωι τραχήλωι *cod. Vatic.* 28. π$_{ε}^{ο}$τῶνται *cod. Vatic.: ſed in marg. alia manus adſcripſit* πέτοιντο. 29. τολοιπὸν *Steph., aliique.* 32. ἔλεγχον *cod. Vatic.* 33. ἄπεχε *coni. Steph. et Pau.* ἀπέχου *coni. Metar.: recepit Ioerdenſ. temere.* ἀπέχω *coni. Heumanus ad Marc. 14, 41. p. 681.*

ANNOTATIONES

ODE XXVIII.

Profeſſor Graecus ipſe refinxit odes inſcriptionem in haec verba, Πρὸς τὸν ζωγράφον περὶ τῆς ἑαυτȣ̃ ἐρωμένης· ſicuti et ſequentis, ita, Ἔτι πρὸς τὸν ζωγράφον περὶ τȣ̃ ἐρωμένȣ ἑαυτȣ̃, τȣ̃ Βαθύλλȣ· nimis verboſe: verum tamen iactat titulum. B. Vt elegantiam iudicii veterum etiam hoc in genere cognoſcant planius tirones, comparabunt cum hoc odario Ariſtaenet. 1. ep. 1.: Achil. Tat. 1. p. 17. Salm.: Aelian. V. H. 12, 1. de Aſpaſia: Liban. κάλλȣς ἔκφρασιν p. 709. ſſ. To. 2. Mor.: Claudian. 10, 265. ſſ. de Maria, Honorii vxore. De amiculabus Anacreontis expoſuit Barneſius in eius vita ſ. 17. et 18. Sed ipſum hoc odarium duobus libellis, lingua vernacula conſcriptis, illuſtrauit Suabius, Vinariae a. 1781. et a. 1783., atque locos eius nonnullos attigit Leſſingius in Laocoonte c. 20. et 21. Imitando autem illud expreſſit Hadr. Valeſius ad calcem emendatt. Henr. Valeſii p. 91. ſſ.

3. Non dubium eſt, quin recte correxerit Stephanus Ῥοδίης pro Ῥοδέης. Fuere enim Rhodii pictura inſignes [vid. Flaiderus ad h. l. p. 306.]. *Baxter*, inquit Barneſius, *mediam ſyllabam τȣ̃ Κοίρανε putat producendam, de priori, quae corripi deberet, nihil curans.* Ipſe tamen nouit, diphthongos αι, atque οι, eſſe communi tempore, et α in κέρατα produci in ſecunda oda. Poſuiſſet Baxter trochaeum, niſi vniuerſa ode conſtitiſſet anapaeſtis, et iambis. B. De re ipſa v. Franc. Iunius in praeclaro opere de Pictura veterum 3, 8. 8. Κοίρανος, vel τύραννος [v. Albertius ad Heſych. p. 1072. To. 2.], Ῥοδίης τέχνης eſt *pictor primarius, pictor egregius.* nam κοίρανος, et τύραννος, dicitur *quicunque excellit, et eminet, et regnat, in aliquo genere:* vt Archias Anthol. 3, 24. 7. 7. Homerum vocat κοίρανον ὕμνων· v. Menagius ad Laërt. 10, 25.: quo ſenſu ponitur etiam nomen βασιλεύς· v. Salmaſius ad inſcr. Regillae p. 115. ſ. Vernſdorf. ad Himer. orat. 14, 6. p. 917.: et verbum βασιλεύειν· vt *roſa* ap. Achil. Tat. 2, 1. p. 100. Boden. dicitur τῶν ἀνθέων βασιλεύειν. Neque Latini aliter vtuntur verbis *rex*, et *regnum*. vid. Graevius ad Cic. 9. ep. 18, 1. Cumulat enim poëta verba idem valentia, quo magis capiat pictoris animum, vt vim artis omnem expromat. Vult enim ab eo omnes pulchritudinis numeros, et partes, in vnam amiculae ſuae imaginem conferri. Γράφειν eſt *pingere:* vid. Albertius ad Gall. 3, 1.: et ζωγράφοι dicuntur *pictores* proprie, *quatenus pingunt ea, quae viuunt*, animalia. vid. Plato Cratyl. 36. coll. c. 35. Harpocratio: Γραφεύς, ἀντὶ τȣ̃ ζωγράφος· — καὶ γράφειν τὸ ζωγραφεῖν ἔλεγον. Caeterum de nominibus partium corporis externarum, quae laudantur in hoc, ſequentique, odario, legi poteſt Galenus in Εἰσαγωγῇ c. 10. p. 375. ſſ. To. 4. Baſil.

4. Odar. 29, 2. ὡς διδάσκω.

5. Ariſtaenet. d. l. Λαΐδα τὴν ἐμὴν ἐρωμένην εὖ μὲν ἐδημιȣ́ργησεν ἡ φύσις.

7. Magna venuſtatis muliebris pars ponebatur in capillorum nigredine. v. Iunius in de coma c. 9. Tales capilli dicuntur κυάνεαι ἔθειραι Anthol. 7, 175.: et puellam, huiuſmodi comas habentem, Pindarus Olympionn. 6, 50. vocat παῖδα ἰοβόστρυχον.

8. Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται dictum eſt, vt odar. 49, 7. ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύναιτο, *cerae ſi ferent* ſ. *ferant.* Intell. γράφειν. Veteres enim pinge-

bant etiam ceris, quae inurerentur. Vnde hoc pingendi genus dictum est *encaustum*, et picturae ipsae *encausticae*. vid. Plin. H. N. 35, 7. et 11. Gron.

9. Τρίχες μύρα πνέουσαι sunt *capilli vnguenta olentes*, h. e. *vnguentis delibuti*: qui odar. 29, 3. dicuntur κόμαι λιπαραὶ *capilli nitidi*. Capillis enim odoratis amicularum amatores vehementer ducebantur. Conf. Meursius ad Theocrit. p. 97.

10. Ἐξ ὅλης παρειῆς dixit, quoniam vtraque gena non potuit integra depingi in tabula cerea, vti neque frons. Voluit autem vnam certe integram poni, quo et ipsa frons conspectior fieret. Haec firmat etiam Barnesius, qua est humanitate. B. Scilicet poëta pingere pictorem iubet imaginem suae amicae obliquam: vid. Plin. H. N. 35, 10. p. 585. To. 3. Gron.: quarum imaginum, quae Graeco vocabulo *catagrapha* vocantur, inuentor perhibetur fuisse Cimon Cleonaeus. vid. Plin. H. N. 35, 8. p. 573. To. 3. Gron. Hac in imagine poterat tantum altera mala exprimi integra, alterius pars tantum quaedam ostendi; vnde v. 22. παρειαὶ laudantur, sed v. 18. τὸ βλέμμα vnus *oculus*, totus scilicet, atque integer; ita, vt certum videatur, ὅλην παρειὰν esse *integram genam*, non *plenam, et vberem*, vt Pauus putabat: quo sensu odar. 41, 1. ὅλαι μολπαὶ leguntur. Cum hac mala, quam pictor paulo post iubetur cum quadam parte alterius exhibere, frontem ab eo coniungi quam proxime poëta vult; sic enim intellego verba ἐκ παρειῆς· vt frons scilicet fiat ampla, et porrecta: quae putatur non mediocris esse venustatis muliebris dos. Zeunius ad Viger. 9, 3. 5. ἐκ accepit pro ἐν, et verba ἐξ ὅλης παρειῆς vertit *in ea parte oris, vbi gena tota est expicta*. At gena illa nondum erat picta, neque pingi iam poterat. vid. v. 22.

11. Barnesius de suo accentum mutauit. nam de πορφύραισι fecit πορφυραῖσι. Verum nihil necesse, cum poëtae passim flectant substantiua in morem adiectiuorum. nihil opus est exemplis. Etiam nigri capilli flauescere possunt, vel natura, vel arte, in extremis partibus, qui eam ob causam in sequenti oda ἡλιῶσαι dicuntur, siue solis ortum, atque auroram, referentes. Atque hic quidem capillorum color olim pro pulcerrimo habebatur. B. Πορφυροῦν vocatur *quicquid eximie pulchrum est*. v. Salmasius ad Dosiadae Aras p. 139. et p. 242. Sed πορφυραῖ χαῖται sunt *comae nigrae*, μέλαιναι v. 7. Vid. Eustath. ad Il. ξ' p. 964. 47. Rom. Has enim veterum quoque oculi iudicabant pulchras esse. Suidas: Χαῖται· αἱ τρίχες, αἱ κόμαι. add. Συναγωγὴ λέξεων biblioth. Coislin. p. 476. et ad odar. 3, 22.

12. Ἐλεφάντινον μέτωπον est *candida frons*, vt odar. 29, 29. ἐλεφάντινος τράχηλος *candidum collum*. Hesychius: Ἐλεφάντινα· λευκά. Theocrit. Idyl. 20, 24. Καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις. Neque aliter Latini poëtae vtuntur vocabulo *eburneus*: vt *ceruix eburnea* Ouid. herr. 20, 57.: *eburnea brachia* Amorr. 3, 7. 7. s.: qui idem poëta Metamm. 10, 138. dixit *niuea frons*. Pollux 2, 39. τὸ δὲ ὑπ' αὐτὸ [βρέγμα] πρόσχον, μέτωπον· τὰ δὲ ἑκατέρωθεν, κρόταφοι.

13. Pollux 2, 49. μεσόφρυον δέ, τῶν ὀφρύων τὸ μέσον, ὃ καὶ μετώπιον ὠνόμαζον. vid. Hom. Il. λ', 95.: vbi schol. μετώπιον· τὸ μεταξὺ τῶν ὤπων, τὸ μεσόφρυον. Ouid. A. A. 3, 201. vocat *confinia supercilii*: Gloss. vett. *intercilium*. Conf. Keuchenius ad Ser. Sammonic. p. 230.

14. Aristaenet. d. l. τὸ δὲ μεσόφρυον ἐμμέτρως τὰς ὀφρῦς διορίζει. Claudian. d. l. v. 367. s. *Quam iuncto leuiter sese discrimine confert Vmbra supercilii!*

15. Odar.

15. Odar. 43, 4. Βασιλεὺς ὅπως.

16. Barnesius de suo reposuit σύνοφρυ, parum aduertens, quod ipse ad calcem libelli monueram, subesse σολοικοφανὲς, adeoque σύνοφρυν referri ad ἐκείνη, quod praecesserat, articulumque τὸ coniungi τεχνικῶς, suppresso scilicet αὐτὴν εἶναι, vel aliquo tali, vt sit pro nominatiuo verbi Ἐχέτω. Occurrit etiam aliud insigne σολοικοφανὲς inferius, oda 12 in istis [v 15. ss.]: Νεοθηλέσ' ἅμα κέρασι Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων Βίον ἥσυχον φέρωμεν· in queis verbum φέρωμεν etiam ad Νεοθηλέσ' κέρασι refertur σολοικῶς. Ordo erit, τὸ λεληθότως σύνοφρυν εἶναι ἐχέτω, ὡς ἐκείνη. Etiam Theocrito [Idyl. 8, 71.] Σύνοφρυς κόρα dicitur pro *pulcra*. B. Haec verba schol. ita est interpretatus, κόρη εἰς ταὐτὸ συναπτούσας ἔχουσα τὰς ὀφρῦς [*coniuncta habens supercilia* Suet. Octau. 79.], ἢ δασείας, καὶ συγκεκολλημένας. Pollux 2, 49. ἔλεγον δὲ καὶ σύνοφρυς ἀνὴρ, καὶ γυνή· τὸν δὲ τοιοῦτον καὶ μίξοφρυν καλεῖ ὁ Κρατῖνος. Conf. Keuchenius d. l. Nobis vero locus satis impeditus ita expediri posse videbatur, vt pro σύνοφρυν cum Barnesio legeretur σύνοφρυ· verba τὸ λεληθότως [Hesychius: Λεληθότως· λανθανόντως. Gloss. vett. Λανθανόντως *Latenter*. v. index Aeschin. h. v.] σύνοφρυ de *superciliis leui discrimine iunctis*, sed verba βλεφάρων [v. Pollux 2, 66. Eran. Philo h. v. et Triclin. ad Soph. Aiac. 85.] ἴτυς de *ciliis, palpebris extremis*, acciperentur: κελαίνην denique etiam ad σύνοφρυ, mutato genere, referretur. Neque enim est, quod quis copulam desideret, si cogitet, quam commoto animo, quam concitata voce, ista dixerit poëta. Sensus igitur loci, ex hac ratione, foret hic, *Habeat amicae imago, quae ipsa habet, supercilia, quae leui sint discrimine iuncta, et cilia, nigra,* h. e. *pilis nigris vestita.* Nam ἴτυς proprie dicitur περιφέρεια, *ambitus, orbis extremus, rotae, et clypei*: vid. Hom. Il. δ', 468. Herodo. 7, 89.: sed transfertur etiam ad *extremam partem cuiusuis alius rei rotundae, et orbicularis,* vt h. l. *palpebrarum.* v. Lucian. amorr. 13. p. 411. To. 2. et ibi Bosius. add. Adamantius physiognomonn. 1, 7. p. 342. Franc. Hesychius: Ἴτυς· ἡ ἐσχάτη ἁψὶς ἡ περιφέρεια τῆς ἀσπίδος, καὶ τοῦ τροχοῦ, καὶ παντὸς περιφεροῦς τὸ τελευταῖον μέρος. Caeterum de nigris superciliis, pulchritudinis parte, vid. Meursius ad Theocrit. p. 17.

19. Ἀληθῶς ἀπὸ τοῦ πυρὸς h. e. *plane ardentem* s. *igneum* s. *igne micantem.* Ouid. Amorr. 3, 3. 9. *Argutos habuit, radiant vt sidus, ocellos.* Idem Metamm. 3, 33. *Igne micant oculi*: vbi v. Ciofanius. Apulei. metamm. 3. p. 137. Elmenh. *sic tuis istis micantibus oculis.* Huiusmodi oculi ab Aristaeneto d. l. vocantur ὀφθαλμοὶ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες. Hom. Il. α', 104. ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. Theocrit. Idyl. 23, 8. ὄσσων λιπαρὸν σέλας. Anthol. 7, 210. 3. καὶ γλῆναι λασίησιν ὑπ' ὀφρύσιν ἀστράπτουσαι. Claudian. 10, 266. *aequant — lumina flammae.* Βλέμμα odar. 29, 12. vocatur ὄμμα· et βλέμμα ὑγρὸν notatum est a Polluce 2, 60. add. Aristoph. Plut. 1023. Intell. *oculus*, qui exprimi in obliqua imagine totus poterat. vid. ad v. 10.

20. Βλέμμα γλαυκὸν est *lumen flauum: oculus caesius*: cuiusmodi oculi Mineruae a veteribus tribuebantur: v. Cic. N. DD. 1, 30.: Gell. 2, 26.: Phurnutus N. DD. 20. p. 185. s. Gal.: quam ab Homero, aliisque poëtis, γλαυκῶπιν appellari constat: etiam γλαυκὰν a Theocrit. Idyl. 28, 1. Conf. Heinsius ad Ouid. A. A. 2, 659.

21. Ὑγρὸν plane est, quod Latini *corruptum*, vel *fractum*, nominant. Professor pessime vertit *lubricum*. B. Immo optime. nam

βλέμμα

βλέμμα ὑγρὸν est *oculus paetus, petulanter, et lasciue, mobilis:* quales sunt amantium oculi. Quare ab auctore Priapeiorum [p. 70. Lindenbr.] Veneri tribuitur *paetum lumen.* Vid. Bosius animaduerss. p. 46. s. et ad Lucian. Imagg. 6. p. 463. To. 2. Gloss. bibl. Coislin. p. 476. Ὑγρὸς· ὁ εὐκατάφορος, εἰς τὰς ἡδονὰς ῥευματιζόμενος. Sed verba εἰς τὰς ἡδονὰς pertinere videntur ad nomen εὐκατάφορος. Nam ap. Suidan legitur, Ὑγρός· ὁ εὐκατάφορος εἰς τὰς ἡδονὰς, καὶ ὁ ῥευματιζόμενος. Hesychius: Ὑγρός· ὁ εὐκαταφερὴς εἰς ἡδονάς. Nam oculi lasciui quum mouentur, humore suffundi solent. vid. Graeuius ad Lucian. Amorr. 14. p. 412. s. To. 2. Reit. Vnde Leonidas, non modo dixit λίχνοισιν ἐν ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκέναι Anthol. 4, 27. 15., sed etiam tales oculos vocat ὑγρὰ δερκόμενα ὄμματα Anthol. 3, 25. 52., vt Apuleius metamm. 3. p. 135. extr. Elmenh. *oculos vdos, ac tremulos, et prona libidine marcidos, iamiamque semiadopertulos:* et Varro ap. Non. Marc. 6, 43. *oculos suppaetulos.* v. Martinius Varr. lectt. 3, 26. Nam ὑγρὸν proprie est *vdum, madidum:* vid. ad odar. 3, 21.: deinde transfertur ad *mollia:* v. Plato Sympos. 18.: atque adeo ad *mobilia, flexibilia, agilia.* vid. Xen. Hippic. 10, 6. Conf. Flaiderus ad h. l. p. 318.: Iac. Nic. Loënsis epiphyll. miscell. 4, 26. p. 444. suppl. To. 5. thes. Grut.: et Barthius ad Claudian. p. 841. a. Caeterum ἅμα [μὲν] — ἅμα δὲ est *et — et: simul — simul.* v. index Aeschin. v. ἅμα.

23. H. e. *genas candidas roseo suffusas rubore.* Aristaenet. d. l. λευκαὶ ἐπιμὶξ, καὶ ὑπέρυθροι, παρειαί. Ouid. Metamm. 3, 442. s. *decusque Oris, et in niueo mixtum candore ruborem.* Vid. Schraderus ad Musae. p. 175. s.: Doruillius ad Charit. p. 161.: Bosius animaduerss. p. 80. s.: Abreschius lectt. Aristaenett. p. 38. s.: Meursius ad Theocrit. p. 101. s.

24. H. e. *labia ridentia, et eiusmodi, vt pelliciant, et inuitent, ad oscula:* γέμον Πειθοῦς odar. 29, 24. Nam Suadela praeesse fingebatur, vt Venus, nuptiis, comesque erat Gratiarum. v. Hesiodus Ἔργ. 73. Et *quicquid habet vim alliciendi,* ei tribuitur Πειθώ. v. odar. 22, 6. Ex quo intellegitur, v. 25. adiectum esse interpretationis caussa. Nam φίλημα τὸ κεφίζον τὸν ἔρωτα Theocr. Idyl. 23, 9. Conf. Casaubonus ad Pers. p. 64. 392. Paris.

26. Τρυφερὸν γένειον est *mentum delicatum, tenerum:* Hesychius: Τρυφερός· νέος, ἁπαλός· vt τρυφερὰ χάλη in epigr. biblioth. Vffenbach. p. 578.: atque adeo ἔσω γενείω est *intra mentum:* quod v. 27. magis explicatur. Theocr. 22, 88. 14, 69.

27. Λύγδινος dicitur a Λύγδος, qui locus erat in Paro insula: vnde candidissimum marmor effodi solitum. Barnesius etiam adducit Martialis versum, *Candida non tacita respondet imagine Lygdos.* B. Legitur 6. epigr. 13, 3. Schol. Pindari ad Nemeonn. 4, 131. Πάριος δὲ λίθος ἐστὶν ὁ καλούμενος Λύγδινος. Sic δειρὴ Λυγδινέη Anthol. 7. epigr. 201. Vid. Olearius ad Philostrati Imagg. 1. p. 762. s.: Vesseling. ad Diod. Sic. p. 164. To. 1.: Dracquenb. ad Sil. Ital. 12, 246.: et Albertius ad Hesych. p. 502. To. 2. Itaque Λύγδινος τράχηλος est *candidum, niueum, collum:* quod odar. 29, 29. dicitur ἐλεφάντινος τράχηλος.

28. Gratiae etiam Pandorae collum ornasse monilibus leguntur ap. Hesiod. Ἔργ. 73. s. Musae. v. 63. Πολλαὶ δ' ἐκ μελέων Χάριτες ῥέον. Conf. Meursius ad Theocrit. p. 105. 154. s. et Bosius ad Lucian. imagg. 9. p. 466. To. 2. Köhl. ad Sirion. 89. Nosch. II, 125. Eur. El. 543 sq. Or. 1220.

29. Pro-

29. Professor Graecus vno posuit accentu τολοιπὸν, quod tantundem est. B. Est *iam.* vid. ad odar. 13 10.

30. Πέπλοι hoc loco est *stola:* vid. Aeschyl. Suppll. 466. Xen. Cyrop. 3, 1. 8. 5, 1. 2. s. Pollux 7, 49. s. Eustath. ad Il. ἑ p. 599. Rom.: vt fragm. 54. et 59. est χρυσόπεπλος κόρη· ita, vt πεπλίζειν significet simpliciter *amicire*, *ornare.* vid. Arnaldus animaduerss. p. 22. s. Ap. Hom. Il. ώ, 796. est Πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες μαλακοῖσιν· et *Coae purpurae* laudantur ab Horat. 4. od. 13, 13.: vbi schol. Cruquianus, *pretiosae a loco*, inquit. *nam in Co insula vestes tenuissimae texuntur ad delicias muliebres, et luxum, optimaque purpura tinguuntur.* Atque *purpurea pellucida palla* legitur ap. Tibul. 4, 6. 13. Pro διαφαινέτω v. 31. debebat scribi διαφαινέσθω. vid. odar. 51, 22. Lucian. rhetor. praecc. 15. p. 16. To. 3. ἡ ἐσθὴς ἔστω εὐανθὴς, καὶ λευκὴ, ἔργον τῆς Ταραντίνης ἐργασίας, ὡς διαφαίνεσθαι τὸ σῶμα. vid. Bosius animaduerss. p. 81. Διαφαίνειν autem h. l. respondet verbo Latino *perlucere:* quo Iuuenalis sat. 2, 78. vtitur de viro vestem *lucidam* gestante: sed ap. Mart. 8. epigr. 68, 7. est, *Foemineum lucet sic per bombycina corpus.* Tales vestes gestarunt Tarentini: v. interpp. Aeliani ad V. H. 7, 9.: Ptolemaeus Physcon: v. Iustin. 38, 8. 10.: et Voluptas: v. Xen. Memorr. 2, 1. 22.

32. Barnesius imperite vertit τὸ σῶμα *totum corpus*, cùm figurate sic dicatur *cutis* vtraque lingua, cumque alias retegenda corporis ita verecunde dicant Graeci; ventrem scilicet, et femora, Cupidinis templa. B. Eiusmodi vestem Ouid. Amorr. 3, 1. 9. nominat *tenuissimam*, 1, 5. 13. *raram:* vbi v. Heins.: Plin. H. N. 35, 9. vocat *lucidam*, traditque, Polygnotum Thasium primum mulieres lucida veste pinxisse ante nonagesimam Olympiadem: quam eius solertiam imitatum esse Dionysium Colophonium, auctor est Aelianus V. H. 4, 3. A Seneca Consol. ad Helu. 16. p. 198. To. 1. vocatur *vestis, quae nihil amplius nudat, cum ponitur*, et ep. 90. p. 408. To. 2. *vestis nihil celatura:* vt ab Aristoph. Lysistr. 46. commemorantur διαφανῆ χιτώνια, h. e., interprete Suida, vel potius scholiasta, cuius verba descripsit Suidas, οὐ τὰ λαμπρὰ, ἀλλὰ τὰ ἰσχνὰ, δι' ὧν διαφαίνεται τὰ σώματα τῶν γυναικῶν. Nobilis de tali stola locus est ap. Achil. Tat. 1, 1. p. 14. s. Boden. Caeterum ἐλέγχειν ita positum est hoc loco, vt κατηγορεῖν ap. Xen. Cyrop. 1, 4. 3. et ap. Platon. Phaedon. 18., vt sit *ostendere, indicare*, quale quid sit, *prodere.* Sic ap. Brunckium Analectt. vol. 1. p. 149. in epigr. Bacchylidae v. 2. 5. verba ἐλέγχειν, et μηνύειν, idem declarant. Neque Latini aliter vsurpant verbum *arguere.* vid. Virgil. Aen. 4, 13. Horat. 1. od. 13, 7. epod. 11, 10. Anthol. Lat. 2. epigr. 278, 3. s. p. 696. To. 1. *Nil pingendo neges, tegat omnia serica vestis, Quae totum prodat tenui velamine corpus:* quae verba ex hoc poëtae Graeci loco expressa esse, Burmanus minor suspicabatur.

33. Hesychius: Ἀπέχει· ἀπόχρη, ἐξαρκεῖ· quae glossa sumta videtur e Marc. 14, 41.: vbi etiam interpres Latinus vetus habet *sufficit.* Et quanquam haec Christi vox varie explicatur ab interpretibus N. T.: vid. Heumanus ad Marc. d. l.: adeo, vt Pauus ad h. l. poëtae p. 116. Marcum putarit scripsisse ἀπέχω· tamen Beza iam contulit eam cum hac poëtae voce, quae esset vox comprobantis, et laudantis, *sat est, sufficit*, h. e. *recte: es ist gut.* Bezae assensi sunt, praeter plures alios, Gataquerus ad Antonin. 4, 49. p. 135. b. Trai. et Raphelius ad Marc. d. l.

d. l. Lucas c. 22, 38. ſic dixit, ἱκανόν ἐςι. Etiam Grotius ad Matth. 26, 45. laudauit hunc poëtae locum, ſed vocem ἀπέχει vertit *habet, peractum eſt*, vt Salmaſius in de helleniſt. p. 141., qui ea ait idem declarari, quod voce τετέλεςαι Ioh. 19, 28. 30. Stephanus Theſ. L. Gr. p. 1338. To. I. toni, ἄπεχε, δακτικῶς, quod idem eſſet, quod odar. 29, 42. λάβε μισθόν non inepte: vt legitur ap. Ariſtoph. Rann. 272. ἔχε δὴ τὼ βολώ. Vtraque vero lectio, et interpretatio, etſi verbis, quae ſequuntur, apprime conſentanea eſt: tamen Stephanus, in diſſert. de ſtylo N. T. editioni eius, a. 1576. adornatae, praemiſſa p. 12. ap. Honertium ſyntagm. differtt. de ſtylo N. T., probauit ſcripturam ἀπέχει. Nam ratio Paui, qui legi iubebat ἄπεχε, h. e. *abſtine manum*, nec propterea ferri poteſt, quia modeſtiae, et vrbanitati, adverſatur.

34. Ouid. herr. 13, 155. ſ. *Crede mihi, plus eſt, quam quod videatur, imago. Adde ſonum cerae, Proteſilaus erit.* Τάχα h. l. videtur eſſe, non tam ἴσως, quam ταχέως *bald:* vt ap. Homer. Il. β', 193. Caeterum conſtat hoc odarium, vt ſequens, verſibus iambicis dimetris catalecticis.

ΚΘ' ΕΙΣ

ΚΘ΄ ΕΙΣ ΒΑΘΥΛΛΟΝ·

Γράφε μοι Βάθυλλον οὕτω,
Τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω.
Λιπαρὰς κόμας ποίησον,
Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας,
Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἡλιώσας·
Ἕλικας δ' ἐλευθέρους μοι
Πλοκάμων, ἄτακτα συνθεὶς,
Ἄφες, ὡς θέλουσι, κεῖσθαι.
Ἁπαλὸν δὲ, καὶ δροσῶδες,
Στεφέτω μέτωπον ὀφρὺς
Κυανωτέρη δρακόντων.
Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω,
Κεκερασμένον γαλήνῃ·
Τὸ μὲν ἐξ Ἄρηος ἕλκον,
Τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης·
Ἵνα τις τὸ μὲν φοβῆται,
Τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρέμαται.
Ῥοδίνην δ', ὁποῖα μῆλον,
Χνοΐην ποίει παρειήν·
Ἐρύθημα δ' ὡς ἂν αἰδοῦς
Δύνασαι βαλεῖν, ποίησον.
Τὸ δὲ χεῖλος οὐκ ἔτ' οἶδα
Τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις·
Ἁπαλὸν, γέμον τε Πειθοῦς·
Τὸ δὲ πᾶν, ὁ κηρὸς αὐτὸς
Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.
Μέγα δὲ πρόσωπον ἔστω.
Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρῆλθον,
Ἐλεφάντινος τράχηλος·

Μεταμάζιον δὲ ποίει,
Διδύμας τε χεῖρας, Ἑρμῦ·
Πολυδεύκεος δὲ μηρὺς,
Διονυσίην δὲ νηδύν.
Ἁπαλῶν δ' ὕπερθε μηρῶν,
Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,
Ἀφελῆ ποίησον αἰδῶ,
Παφίην θέλυσαν ἤδη.
Φθονερὴν ἔχεις δὲ τέχνην,
Ὅτι μὴ τὰ νῶτα δεῖξαι
Δύνασαι· τὰ δ' ἦν ἀμείνω.
Τί με δεῖ πόδας διδάσκειν;
Λάβε μισθὸν, ὅσσον εἴπῃς.
Τὸν Ἀπόλλωνα δὲ τῦτον
Καθελὼν, ποίει Βάθυλλον.
Ἢν δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθῃς,
Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλυ.

VARIETAS LECTIONIS

* Ἔτι πρὸς τὸν ζωγράφον περὶ τῦ ἐρωμένυ ἑαυτῦ, τῦ Βαθύλλυ, *Barn. Lam.* εἰς νεώτερον Βάθυλλον *cod. Vatic. p. 680.: in quo hoc odarium est sextum decimum.* 4. τὰς μὲν — τὰς δὲ *cod. Vatic.* 5. εἰς ἄκρον *Baxt., inuito metro.* 6. ἕλικας *cod. Vatic.* 8. ὡς θέλωσι *afferunt Steph. et Barn. Legitur ita scriptum in cod. Vatic.: recepp. Arg. 1. 2. Deg. 2. Brig. Born. male.* 10. ὀφρῦς *cod. Vatic. Steph. Mor. aliique.* 13. γαλήνηι *cod. Vatic.* 14. ἐξάργ(η/ε)ος ἕλκων *cod. Vatic.* 16. φοβεῖται *cod. Vatic.* 17. τῦ δ' — κρέμαται *cod. Vatic.* κρεμᾶται *Baxt. male.* 18. ῥοδ(έ/ι)νην *cod. Vatic.* Ῥοδινὴν *Steph. Mor. Com. Fab. aliique.:* ὅπως τὸ μῆλον *coni. Zeun. p. 66. male.* Χνοΐην δ', ὁποῖα μῆλον, Ῥοδίνην ποίει παρ. Ἐρύθ. δ' ὡς ἂν αἰδῦς Δύνασαι, βαλεῖν π. *coni. Pau. sine caussa.* 20. ἐρύθημα ὡς *Baxt. Brunckqu. Analectt. male.* ὅσσον *affert Barn.* 22. ἐκεῖτ' *Steph. aliique.* 23. τρόπωι — ποιήσ(η/ει)ς *cod. Vatic.* 24. τὸ πειθῦς *cod. Vatic.: et in ex. Flaid. hic totus versus omissus est, operarum incuria.* 26. σιωπῆι *cod. Vatic.* 27. μετὰ *Barn. e m. cod. Vat.*

nam in ordine ipſo eſt μέγα; *ſed in marg. ſcriptum extat* μετά· *quod recepp. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born.* 28. τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν *Barn. Lam. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born.* τὸ δ' Ἀδ. παρελθὸν *coni. Dan. Heinſ. ad Sil. Ital.* 6, 297., *aſſentiente Colomeſio ad Quinctil.* 12, 11. *p.* 1113. *To.* 1. *Burm. et Opp. eius p.* 384. *Fabric.* τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν ἔλεφ. *iam coni. Salmaſ. ad Achil. Tat. p.* 664., *probante Pauo, qui tamen legi malebat* τὸν δ' Ἀδώνιδος παρελθὼν, *vt Vartonius ad Theocrit. p.* 411. *To.* 2. 31. Ἑρμέω *Barn. Lam.* 32. Πολυδεύκεός τε *Barn. Lam. Foppenſ. in ex. ſuo v.* 32. — 37. *omiſit, verecundiae cauſſa.* 33. Διονυσίην τε *Fab. Barn. Lam.* 35. μαλερὸν τὸ πῦρ *coni. nonnulli, auctore Stephano: ſic legit Gu. Canterus lectt. nouu.* 2, 13.: *recepit Flaid.* 36. αἰδῶ *cod. Vatic.* 37. πνέουσαν *coni. Gu. Canterus lectt. nouu.* 2, 13., *me quidem non aſſentiente, maxime ob partic.* ἤδη· *neque loci fragmm.* 3, 7. *ſ. et Horat.* 4. *od.* 13, 19. *huic loco ſimiles ſunt.* 39. μοι *cod. Vatic.* 42. ὅσον *cod. Vatic.* 43. τοῦτον δὲ τὸν Ἀπόλλωνα *coni. Bruncqu.: recepp. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born. ſine cauſſa, minuſque numeroſe.* 45. δὲ ἐς *Lam.* εἰς ἔλθῃς / ἔλθῃς *cod. Vatic.*

ANNOTATIONES

ODE XXVIIII

Hoc odarium, iudice Dan. Heinſio ad Sil. Ital. 6, 297., Graecorum omnium, et Latinorum, ingenia prouocat. Conferri cum hac Bathylli imagine debet deſcriptio ſtatuae eiuſdem a Polycrate tyranno dicatae ap. Apuleium Floridd. p. 350. ſ. Elmenh.

2. Horat. epod. 14, 9. ſ. *Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teium.* Itaque ὁ ἑταῖρος hoc loco idem eſt, quod τὰ παιδικά. vid. Aelian. V. H. 3, 10.

3. Tanquam vnguento delibutas, atque inde refulgentes. Ob eandem cauſam paulo inferius frons ipſa dicitur eſſe δροσώδης, ſiue *roſcida.* De capillorum colore nos ſupra retulimus. B. Κόμαι λιπαραὶ odar. 28, 9. dictae ſunt κόμαι μύρου πνέουσαι. Heſychius: Λιπαρόν· στίλβον, εὔοδμον. Eodem ſenſu *comae nitidae* dicuntur ap. Ouid. herr. 21, 166. et *nitidum caput* ap. Horat. 1. od. 4, 9.

4. Τὰ μὲν ἔνδοθεν reddi poteſt *intrinſecus*, atque adeo τὰ δ' ἐς ἄκρον *extrinſecus.* Nam τὰ μὲν — τὰ δὲ per ſe eſt *vel — vel: partim — partim;* vid. odar. 57, 3: ita, vt non habeatur ratio generis, numeri, caſus, nominum, quae antecedunt: vt Herodo. 1, 173. νόμοισι δὲ, τὰ μὲν Κρητικοῖσι, τὰ δὲ Καρικοῖσι, χρέωνται· add. Sophocles Electr. 1273. Xen. Cyrop. 5, 3. 8. Sed verborum poëtae τὰ μὲν ἔνδοθεν — τὰ δ' ἐς ἄκρον vis omnium planiſſime cognoſci poteſt e verbis Calliſtrati ſtatuarr. 4. p. 894. Olear. his, ἡ θρὶξ, ἐκ ῥιζῶν ἀνιοῦσα μελάντερος [l. μελαντέρα], πρὸς

τοῖς

τοῖς ἄκροις ἐπόρφυρεν· vbi v. Olearius. Et *κόμαι ἡλιῶσαι* sunt *comae aureae, flauentes* [Ouid. herr. 5, 122.], *flauae* [Ouid. herr. 20, 51.], quae etiam *ξανθαὶ* dicuntur. v. Meursius ad Theocrit. p. 93. s.: Iunius in de coma c. 9. et in de pictura 3, 9.: Olearius ad Philostr. V. Apol. 7, 42. p. 321.: Stephanus ad h. l.: a quo etiam locus Ouidii Amorr. 1, 14. 9. s. allatus est, qui v. 4. s. huius odarii plane illustrat: *Nec tamen ater erat, nec erat tamen aureus illis* [capillis], *Sed, quamuis neuter, mistus vterque, color.* Eustath. ad Il. γ' p. 432. Rom. *ἐπαινεῖς δὲ κόμης παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ξανθόν. Διὸ, καὶ ἡλιώδης κόμη, καὶ ἡλιῶσα, ἡ τοιαύτη, καὶ χρυσέα δὲ, καὶ ὁ ταύτην ἔχων χρυσεοκόμας*· vbi Politus p. 928. laudat hunc Anacreontis locum, sed v. 5. legit *τὰ ὕπερθεν ἡλιώτας*, fidem scilicet memoriae sequutus. Vnde Ptolemaeus Philadelphus vocatur *ξανθόκομος* a Theocrit. Idyl. 17, 103., et Menelaus *ξανθόθριξ* Idyl. 18, 1.

7. *Πλόκαμοι* sunt proprie *capillorum sertae, crines*, quatenus *impliciti* sunt, et *innexi*, vittis, et mitellis: quatenus sunt *intorti*, et *inflexi*: v. Salmasius ep. de coma p. 560. ss. et Hesychius h. v.: deinde omnino *capilli*, vt h. l.: sicut ap. Clem. Alex. Paedag. 2, 10. p. 198. D laudantur *πλόκαμοι ἐπιτεχνητοὶ*, et Ariadne ab Theocrito Idyl. 2, 46. vocatur *εὐπλόκαμος*. Sed *ἕλικες* dicuntur *anuli*, et *cincinnuli: die Locken.* v. Salmas. d. l. p. 263. s. Est vocabulum poëticum. v. Pollux 2, 22. Itaque *ἕλικες πλοκάμων* sunt *capilli, cirri, crispati, et torti:* qui a Clem. Alex. d. l. dicuntur *βόστρυχοι ἑλικτοὶ*, et ab Eurip. Phoenn. 319. s. *βοστρύχων χαίτας πλόκαμος ἐλεύθεροι nullo vinculo collecti.* Et quum *ἄτακτα συντιθέναι* sit *sine arte, sine lege, componere:* quod Ouidius remedd. amor. 679. *non componere* dixit: apparet, verbis *ὡς θέλεσι κεῖσθαι* explicari magis nomen *ἄτακτα*. vid. Spanhemius ad Callim. h. in Pal. 22. Salmasius d. l. p. 263. locum totum eleganter vertit, *anulos cirrorum incompositos sine, vt effundi volunt, libere iacere, nullo vinculo collectos.*

9. *Δροσώδης* dicitur omnino de *rebus teneris*, quia ros est imber quasi, et humor, tenuiter sparsus; ita, vt *μέτωπον δροσῶδες* sit *frons tenera*, neque multum adeo differat a *μετώπῳ ἁπαλῷ*. v. Casaub. ad Athen. 9, 8. p. 662. et Spanhem. ad Aristoph. Nubb. 974. Conf. odar. 53, 31. Sic *μηροὶ δροσεροὶ femora tenera* legitur in epigr. quodam anthol. Constantini Cephalae, in Catal. biblioth. Vffenbach. p. 578. Theocrit. Idyl. 20, 24. *Καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις.*

11. Color *cyaneus* idem est, qui et *caeruleus*. Est autem *cyani* flos inter notissima. *Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων*, de Ioue, siue Caelo, dicitur apud Homerum [Il. α', 528.]. B. Vid. Scherpezelius ad h. l. Homeri p. 114. s. et nos ad Phaedon. 61, 28. Schol. min. interpretatur *μελαίναις*· Hesych. *φαιαῖς, μελαίναις*. Indicatur enim color e nigro, et caeruleo, mixtus: qualis est color maris. vnde Neptunus dictus est *κυανοχαίτης*. v. Phurnutus N. DD. 22. p. 193. Gal. Sic *draco caeruleus* ap. Ouid. Metamm. 12, 13.: vt ap. Hom. Il. λ', 26. *κυάνεοι δράκοντες*· et a Theocrito Idyl. 24, 14. draconi tribuuntur *σπεῖραι κυάνεαι*· vt *ἴον* vocatur *κυαναυγὲς* Anthol. 7, 126. 4.: et puellarum epitheta solennia apud poëtas sunt vocabula *κυανόφρυς*, et *κυανέη*. vid. Theocrit. Idyl. 3, 18. 4, 59.

12. *Τὸ γοργὸν truculentum* sonat. vnde et Gorgones traxere nomen. B. Scilicet *γοργὸς* dicitur, vel *agilis, acer, alacer:* Hesychius: *Γοργός· εὐκίνητος, ταχύς*· vbi v. Albertius p. 851. s. To. 1., et Arnaldus animaduerss. p. 24.: vel *terribilis*, quum ea, quae sunt agilia, fere ter-

terreant: atque adeo *toruus, trux, grauis:* Hesychius: Γοργός· σκληρός· Suidas: Γοργός· ἀντὶ τοῦ φοβερός· vt ap. Xen. Cyrop. 4, 4. 1. Aelian. V. H. 13, 1. et Eurip. Phoenn. 149.: vbi ὄμμασι γοργὸς idem est, quod v. 128. φοβερὸς εἰσιδεῖν. Gloss. vett. Γοργὸς *Agilis, pernix, toruus.* Atque sic hoc loco accipi debet: vt in verbis Aeschyli sept. c. Theb. 543. γοργὸν ὄμμ' ἔχων· id quod non modo satis docent v. 14. et v. 16., sed etiam verba κεκερασμένον γαλήνῃ. Nam γαλήνη est, hoc loco, *serenitas, hilaritas,* ita, vt ὄμμα γοργὸν κεκερασμένον γαλήνῃ sint *oculi, vultus, serena grauitate, hilari seueritate, pleni:* qui ab Achille Tat. 1. p. 17. Salm. vocantur ὄμμα γοργὸν ἐν ἡδονῇ. Laërt. 9, 68. τῶν γὰρ ἐμπλεόντων ἐσκυθρωπακότων ὑπὸ χειμῶνος, αὐτὸς γαληνὸς ὢν ἀνέῤῥωσε τὴν ψυχήν. Eumenius panegyr. Constantin. c. 4, 4. *eadem in fronte grauitas, eadem in oculis, et in ore, tranquillitas.* Aelian. V. H. 12, 14. ὑπαναφύεσθαι δέ τι ἐκ τοῦ ἄδους φοβερὸν τῷ Ἀλεξάνδρῳ λέγουσιν.

16. Articulus τὸ in accusatiuo est in vtroque versu. Est enim ἔλλειψις praepositionis διά. B. Nimirum τὸ μὲν — τὸ δὲ est *vel — vel: cum — tum: partim — partim.* Et ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶσθαι eleganter dicitur *is, qui spem habet, qui sperat, sed suspensus tamen, et dubius.*

18. Recte quidem Barnesius malum intelligit Cydonium. B. Sic Virg. ecl. 2, 51. *Cana legam tenera lanugine mala:* quae κυδώνια μᾶλα dicuntur ab Stesichoro ap. Vrsinum fragmm. lyricc. p. 80.: sed ab Aristophane Nubb. 974. simpliciter μῆλα. Nam χνοῦς, vnde χνόϊος ductum est, dicitur proprie *lanugo,* ἡ πρώτη τριχῶν ἄνθη, interprete Polluce 2, 88.: Virgilius *florem* vocat Aen. 8, 160. vid. Callim. h. in Apol. 37. omninoque Iac. Nic. Loënsis epiphyll. miscell. 7, 7. Deinde transfertur ad *lanuginem malorum* Cydoniorum: v. Aristoph. Nubb. 974.: quae Plinius H. N. 15, 14. *lanata* vocat. Itaque χνοΐη παρειὴ sunt *lanatae genae.* Conf. Vernsdorfius ad Himerii orat. 7, 3. p. 515. Ὁποῖα dictum est, vt οἷα odar. 4, 7. 28, 24.: dicitur enim etiam ὅπως, non tantum ὡς· et verba ὁποῖα μῆλον coniungenda esse cum vocabulo χνοΐην, res ipsa loquitur. Sed pro ῥοδίνην, vix dubitandum esse videtur, quin, cod. Vatic. auctoritate, reponi debeat ῥοδέην, *roseas genas* [Virg. Aen. 12, 606.], *purpureas* [Ouid. Amorr. 1, 4. 22.], vt odar. 51, 17. Ῥοδέων ὕπερθε μαζῶν· quum ῥόδινος sit *rosaceus, e rosis confectus.* vid. odar. 5, 15. 6, 2.

20. Est figura hyperbaton. huiusmodi enim est ordo, Ποίησον ἐρύθημα αἰδοῦς, ὡς ἂν δύνασαι βαλεῖν. Occurrit etiam eiusmodi hyperbaton ad finem huius odes in istis, Τὸν Ἀπόλλωνα δὲ τοῦτον καθελὼν ποίει Βάθυλλον, hoc est, Καθελὼν τὸν Ἀπόλλωνα ποίει τοῦτον Βάθυλλον. B. Apertum est, verba turbata esse, et disiecta: quae nobis videbantur sic esse in ordinem redigenda, ποίησον, ὡς ἂν δύνασαι, βαλεῖν ἐρύθημα αἰδοῦς, *fac, quantum possis, vt genae emittant ruborem verecundum.* Ouid. herr. 4, 72. *Flaua verecundus tinxerat ora rubor.* Nam αἰδοῦς *verecundiae* comes, indexque, est rubor genarum: vid. Xen. Cyrop. 1, 4. 4.: quae adeo eleganter dicuntur βαλεῖν ἐρύθημα αἰδοῦς. Gloss. vett. Ἐρύθημα *Rubor.* Conf. Hindenburgius obseruatt. ad Musae. p. 24. Caeterum, pronunciatis verbis τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις, lingua poëtae existimanda est quieuisse paulisper.

26. Λαλῶν σιωπῇ idem est, atque Τάχα, κηρὲ, καὶ λαλήσεις, in oda superiore [v. 34.]. B. Ἐχέτω λαλῶν dictum est pro λαλείτω. Sic Demosth. de f. legat. p. 216. To. 2. Tail. κατασιγήσασα ἔχει, h. e. κατεσίγησε. Hesiod. Ἔργ. 42. κρύψαντες ἔχουσι, h. e. ἔκρυψαν· vbi v.

Proclus:

Proclus: Valquenarius ad Eurip. Phoenn. p. 268. f. et animaduerff. ad Veiler. p. 341. f. Nam ἔχειν hac in forma loquendi habet vim verborum τυγχάνειν, et εἶναι. Et verba γέμον Πειθοῦς quid sibi velint, intellegi poteſt e verbis odar. 28, 24. f. Γράφε χεῖλος, οἷα Πειθοῦς, προκαλούμενον φίλημα. Caeterum τὸ πᾶν eſt, vt alibi τὸ ὅλον, *omnino, denique, vt verbo dicam.* Senſus eſt, *labia ita pinge, vt, dum quieſcunt, et tacent, loquantur.*

27. Barneſius Vaticanum ſecutus exemplar repoſuit ſatis turbate, Μετὰ δὲ πρόσωπον ἔσω· atque improbat amplum vultum in delicatulo puero, parum ſciens Graecarum formarum. Quod ille ait, totum pueri vultum fuiſſe iam per partes deſcriptum, nihil eſt, cum de magnitudine nihil dictum ſit. B.

28. Nimis audacter quoque reducit Profeſſor, quod Anacreon poſuit ἐν παραλείψει, Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρῆλθον, dum de eo fecerit, Τὸν Ἀδώνιδος παρελθών, quo τὸ παρελθὼν conueniat cum τράχηλος, et ſignificet *ſuperans,* ſiue *vincens.* B. Iam Salmaſius, vt ſupra demonſtraui, ita legendum viderat. Et ſane totus locus non poteſt aliter conſtitui, quam conſtitutus eſt a Barneſio, Μετὰ δὲ πρόσωπον ἔσω τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν ἐλεφ. τρ., ita, vt per πρόσωπον intellegantur partes oris ante commemoratae, *ſupercilia, oculi, genae, labia:* Pollux 2, 47. τὸ δὲ ὑπὸ τῷ μετώπῳ, πρόσωπον· ὃ μόνον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων οὕτω καλοῦμεν· Gellius 13, 29. *hominis os, et oculos, et genas, quod Graeci πρόσωπον dicunt:* et παρέρχεσθαι ſit, vt Lat. *praeterire,* et *praecurrere, vincere, ſuperare:* de qua verbi vi, praeter Salmaſium ad Achil. Tat. p. 664., vid. Ritterſhuſius ad Oppian. Cynegg. p. 58. Harpocratio, et ex eo Suidas: Παρελθεῖν ἀντὶ τοῦ νικῆσαι. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Rationem Barneſii probauit Dracquenb. ad Sil. 6, 297.: ſed Baxteri ſententiam tuetur Suebelius ad Bion. 1, 27. p. 17., ita, vt dicat, παρῆλθον dictum eſſe pro ἂν παρῆλθον, et poſt τράχηλος intellegi debere ἔσω. Vertit igitur verba poëtae ſic, *Paene id, quod praecipue in Adonide celebratur, praeteriiſſem, Eburneum ſit collum.* Caeterum me non fugit, librarios pro μέγα non raro ſcripſiſſe μετά· vt ap. Xen. Cyrop. 3, 1. 15. pro μέγα λυπουμένους cod. Guelferb. habet μετὰ λυπουμένους.

29. Ouid. Metamm. 3, 422. *eburnea colla.* Cant. 7, 4. ὁ τράχηλός σου ὡς πύργος ἐλεφάντινος. vid. ad odar. 28, 12.

30. *Μεταμάζιον ea pars pectoris* eſt, *quae ad mammas pertingit.* Nam et μετὰ Ionibus pro πρὸς eſt. B. Heſychius, et ex eo Phauorinus: Μεταμάζιον· τὸ μεταξὺ τῶν μαστῶν. add. Phauorinus v. μετώπιον. Eſt verbum Homericum. vid. Il. ε, 19. Scilicet poëta vult in pueri ſui imagine mammillas ita eminere, vt inter eas pateat cauum. v. Caſaubonus ad Athen. 15, 10. extr. p. 972.

31. Barneſius de ſuo repoſuit pro Ἑρμοῦ, Ἑρμέω, oblitus, Anacreontem conuixiſſe Hipparcho Athenis. Verum hoc leuiuſculum eſt. B. Veteres enim, vt Mercurium mammoſum finxere, ita manus eius, et ob gracilitatem, et ob flexibilitatem, laudarunt, vt praeſidis furum, et mercatorum. vid. effigies Mercurii ap. Begerum theſ. Brandeburg. To. 3. p. 232. ff. Polluci autem, vt pugili bono: vid. Theocrit. Idyl. 22, 2. et Meurſius ad Theocrit. p. 120.: tribuere femora toroſa. Heſychius: Δίδυμοι — δηλοῖ δὲ καὶ δύο.

33. Erat Bacchus tanquam alter Cupido, vsquequaque formosus, non qualis vulgo nostro pingitur. B. Vid. odar. 8, 8.: Himerius orat. 21, 5. p. 736. 738. Vernsd.: Brucusius ad Tibul. 2, 3. 35. et Spanhemius ad Callim. h. in Dian. 160. Suidas: Νηδύς· γαστήρ· vt schol. min. Hom. ad Odyss. ι, 296.

34. Vid. ad odar. 51, 18.

35. Nequaquam assentior Henr. Stephano hoc loco reponenti μαλερὸν pro μηρῶν. Ista enim reduplicatio est, et elegans, et vati nostro consueta: et spondeus est illi familiaris pro anapaesto. Quid? quod si soluatur μηρῶν in μεερῶν, constabit etiam anapaestus. B.

36. Τὸ ἀφελὲς, non solum *simplex* est, verum etiam *nudum*, et *apertum*. Sic inferius [odar. 37, 7.] legimus, Ἀφελῶς ἔλαμψε Τιτάν. *Recte hic Baxter*, inquit clementior solito Barnesius. B. Bruncquius putabat, ἀφελῆ esse hoc loco ἄτριχα, *pudenda depilia*. At huic rationi repugnare videntur verba Παφίην θέλουσαν ἤδη. Nam αἰδῶς Παφίην θέλουσα ἤδη sunt *pudenda lanata*, aut potius *tenta*. Certe Clemens Alex. Protr. p. 40. C grauiter vituperat in imaginibus, quas barbari sibi fieri iubeant, μορίων ἐντάσεις, ταῖς γραφαῖς ἀπογυμνουμένας. Παφίη autem *Venus* vocatur, vt odar. 51, 29., quia Paphus, vrbs Cypri, sedes eius, atque domicilium, fuit. vid. Phurnutus N. DD. c. 24. p. 198. Gal. Strabo 14. p. 683. Casaub. Horat. 1. od. 30, 1. Etymol. M. v. Παφίη, et schol. min. ad Hom. Il. ε, 422. Conf. ad odar. 62, 1. 6. Ἔχων v. 28. est *nosse*, *tenere*, *callere*: vt φθονερὴ τέχνη *inuidiosa*, *inuida*, *ars*: et per νῶτα ἀμείνω intell. *podex*, πρωκτὸς, *pulcher*, *tumidus*, *amplus*, vt iam Faber docuit: qui potius καλλίω dici debebat. Etsi enim glossa τὰ νῶτα· hoc enim nominis genere vtuntur scriptores probi de hominis dorso: vid. Herodi Philet. p. 435. Piers. et Moeris h. v.: in glossario Hesychiano explicata nomine τὰ ὀπίσθια legitur: tamen multa sunt, quae impediant, ne omnino de *tergo* accipi hoc loco possit. Nam in tergo quidem nihil reperitur, quod amorem pueri excitare magnopere possit: et anus rectius, quam dorsum, post pudenda laudatur: denique cinaedos constat apud veteres quam maxime commendatos esse amplitudine podicis. Certe cinaedi dicti reperiuntur εὐρύπρωκτοι, etiam λακκόπρωκτοι. vid. Aristoph. Thesmophorr. 207. Acharnn. 716. Nubb. 1333. Eubulus ap. Athen. 1, 19. p. 25. C, et Hesychius v. Θεόδωρος. Atque eo spectauit vox Arcesilai philosophi ap. Plutarch. sympoff. 7, 5. p. 705. E To. 2. οὐδὲν διαφέρει, τοῖς ὄπισθεν ἄν τις κίναιδον, ἢ τοῖς ἔμπροσθεν· quam Gellius 3, 5. ita interpretatus est, *Nihil interest*, *quibus membris cinaedi sitis*, *posterioribus*, *an prioribus*. Sic vero auctorem odarii apparet etiam pudori legentium ingenuo praeclare seruiisse: vt odar. 51, 10.

41. Sensus est, *Quid opus est*, *vt te doceam*, *quales debeant fieri pedes?*

43. Secundo loco vsus est trochaico pede. quid enim opus est Barnesii Ionico ἀπ' ἐλάσσονος, cum trochaeus non sit, nisi iambus inuersus? B. Τοῦτον positum est δεικτικῶς, ita, vt per Ἀπόλλωνα τοῦτον intellegatur *tabula Apollinis*, quam poëta in officina pictoris forte conspexerat. Reliqua verba sic puto esse explicanda. Pictor quum pinxisset Bathyllum ex praescripto: conspicit poëta Apollinis tabulam in officina de pariete pendentem.

Ea conſpecta, iubet pictorem eam inde demere, atque ex ea Bathylli faciem exprimere denuo, quae ſit viua adoleſcentis, et vera, imago, ita, vt, ſi Samum ipſe aliquando venerit, formam Apollinis recte exprimere poſſit e Bathylli facie. Nam *καθαιρεῖν* dicuntur *ii, qui ea, quae ex loco aliquo ſuſpenſa ſunt, inde demunt:* vid. Herodo. 5, 114. Ariſtoph. Acharnn. 1117. Luc. 23, 53.: atque poëta ſpectat faciem Apollinis ſolam, neglectis inſignibus eius, arcu, ſagittis, lyra, corona laurea. *Ποίει* autem *Βάθυλλον* dictum eſt pro *ποίει*, h. e. *γράφε*, *ἐξ αὐτοῦ Βάθυλλον*.

45. Fuiſſe Sami Apollinis Pythii imaginem, oſtendit ex Pauſania Barneſius. Huius tamen modo alieno loco meminit, cum in gratiam Bathylli poëta meminerit Sami. B. Pauſanias vero 2, 31. p. 185. Kuhn. tradit tantum, vetuſtum Apollinis Pythii templum fuiſſe in vrbe Samiorum. Hac autem oratione omni voluiſſe poëtam celebrare praecipuam faciei amaſii ſui venuſtatem, quae pulchritudini formae Apollinis omnino reſponderet, quis non videt? Caeterum metrum huius odarii non diſcrepat a metro odarii ſuperioris, niſi quod v. 35. et 45. in prima ſede ſpondeus eſt pro anapaeſto, et v. 43. in ſede ſecunda trochaeus pro iambo.

Λ′ ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ *

Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα
Δήσασαι στεφάνοισι,
Τῷ Κάλλει παρέδωκαν.
Καὶ νῦν ἡ Κυθέρεια
Ζητεῖ, λύτρα φέρουσα,
Λύσασθαι τὸν Ἔρωτα.
Κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν,
Οὐκ ἔξεισι, μενεῖ δέ·
Δουλεύειν δεδίδακται.

VARIETAS LECTIONIS

* *ἄλλο εἰς ἔρωτα τοῦ αὐτοῦ cod. Vatic. p. 681.: in quo hoc odar. est vndeuicesimum.* 5. *ζητεῖ, φέρουσα λύτρα, Steph. 2. Com.: male.* 8. *ἔξεισιν cod. Vatic. Mor. male. μένει cod. Vatic.*

ANNOTATIONES

ODE XXX

1. Posito secunda sede trochaeo Anacreonticum Ἡμιίαμβον transit in versum pherecratium: quod per totum istud odarium seruatur. B. Recte. Pauus huius odarii metrum, vt Stephanus, et Barnesius, vocat metrum dactylicum trimetrum acatalectum. Anacreon enim composuerat integra carmina etiam versibus dactylicis tetrametris, auctore Hephaestione enchir. p. 22. Pau. Consuli autem a lectoribus huius carminis, quod Pauus ipse vere elegans esse iudicabat, recte potest opusculum, quod inscribitur *Magazin fuir alte Literatur*, partic. 2. n. 2., quae Caselis A. C. 1789. octonis exiit.

4. Ἡ Κυθέρεια est *Venus:* vid. ad odar. 5, 9.: de qua nominis scriptura vid. Vesselingius ad Diod. Sic. 5, 77. p. 393. To. 1.

5. He-

5. Hesychius: Ζητᾶν· βέλεσθαι, Ἀττικοί. Λύεσθαι dicitur *is, qui captiuum redimit*, λύειν *is, qui dimittit captiuum*: vt ap. Hom. Il. α, 13. 20. v. Neocorus VV. MM. 2, 11. Vnde λύτρα dicuntur *redimiae* Gloff. vett., h. e. πάντα τὰ διδόμενα εἰς ἀνάκτησιν ἀνθρώπων· vid. Morelius ad Dion. Chryfoft. orat. 14. p. 73.: quae ab Homero ἄποινα dicuntur Il. α, 20. 95., aliisque in locis: qui idem poëta Il. α, 13. formula φέρειν ἄποινα vfus eft. Hefychius: Ἄποινα· λύτρα, καὶ δῶρα. Sed ἔξεισι explicandum eft, vt futurum, *volet difcedere liber*: fequitur enim μενεῖ. v. Neocorus ad Ariftoph. Plut. 70. Valquenarius ad Eurip. Hippolyt. 1065. et praefat. ad Velleri gram. Gr. p. 6. Suidas, et ex eo Phauorinus: Ἔξειμι, ἐκ ἐξελεύσομαι, λέγεσιν. Sic Ariftoph. Nubb. 125. ἀλλ' ἄσειμι, σὺ δ' ἐ φροντιῶ. Ducquerus igitur ad Thucyd. 2, 44. p. 125. hunc odarii locum referre ad enallagen temporum non debebat. Denique μένειν eft verbum hoc in genere proprium. vid. odar. 9, 20.

ΛΑ′ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Ἄφες με, τὰς θεὰς, σοὶ,
Πιεῖν, πιεῖν ἀμυστί·
Θέλω, θέλω μανῆναι.
Ἐμαίνετ' Ἀλκμαίων τε,
Χ' ὁ λευκόπους Ὀρέστης,
Τὰς μητέρας κτανόντες.
Ἐγὼ δὲ μηδένα κτὰς,
Πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον,
Θέλω, θέλω μανῆναι.
Ἐμαίνεθ' Ἡρακλῆς πρὶν,
Δεινὴν κλονῶν φαρέτρην,
Καὶ τόξον Ἰφίτειον.
Ἐμαίνετο πρὶν Αἴας,
Μετ' ἀσπίδος κραδαίνων
Τὴν Ἕκτορος μάχαιραν.
Ἐγὼ δ' ἔχων κύπελλον,
Καὶ στέμμα τοῦτο χαίταις,
Οὐ τόξον, οὐ μάχαιραν,
Θέλω, θέλω μανῆναι.

VARIETAS LECTIONIS

* *εἰς ἑαυτὸν μεμεθυσμένον cod. Vatic. p. 67-. in marg.: in quo hoc odar. est octauum.* 1. *ἄφες με τοὺς θεοὺς σοὶ cod. Vatic. Steph. Mor. aliique. ἄφες με, τοὺς θεοὺς σοι, Barn. Lam. et alii. Ἄφες με τὸν θεὸν σὺ coni. Stephanus. Ἄφες μὰ τοὺς θεοὺς με coni. Aem. Portus. Ἄφες με, πρὸς θεῶν, σοι coni. Scal. Ἄφες με τοῖς θεοῖσι Πιεῖν· πιεῖν ἀμυστὶ Θέλω· θέλω μανῆναι coni. V. D., h. e. Gauellius, Obseruatt. miscell. p. 422. vol. 10., probb. Valquen. ad Eurip. Phoenn. 1742, p. 582. et Brunckio: recepp. Brunckii. Analectt. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Hoc vero est neruos ingenii poëtarum incidere, carminaque vi omni, et impetu,* pri-

priuare. Ἄφες με τὰς θιάσους *coni. Lambinus ad Horat.* 3. *od.* 19, 18., *vt Dan. Heinsius in marg. ex. sui ad verba* τὰς θεὰς *adscripserat* νή. Πιᾶν, πιᾶν ἀμυστὶ Θέλω *Ioerdens. male, vt modo diximus.* 5. Χῶ *Barn. Lam.* ὁ ἀελλόπους *coni. Arnaldus animaduerss. p.* 28. λευκόνους *coni. Pauus, et ante eum Balth. Venator in ep. ad Berneccerum ap. Heumanum Poecil. p.* 201. *To.* 2.: *qui idem coni. etiam* λαπόνους· *sed tandem se malle ait retineri* λευκόπους, *et sibi explicari.* Χῶ λευκόχρους, *aut* Χῶ λευκόφρυς, *coni. V. D. Obseruatt. miscell. p.* 6. *vol.* 2. λαγώπους *coni. alius V. D. ibid. p.* 7. λακκόπους, *vel* λεπτόπους, *coni. Bernardius in epp. ad Reisquium p.* 255. 8. πιὼν δὲ λευκὸν οἶνον *affert V. D. Obseruatt. miscell. p.* 7. *vol.* 2. *ex antiquissima membrana, h. e. e cod. Vatic.: qui scilicet in ordine habet* ἐρυθρὸν οἶνον, *sed in marg. adscriptum est* λευκὸν οἶνον. 10. ἐμαίνετ' ἠρακλῆς *cod. Vatic.* 16. ἔχω *cod. Vatic.*

ANNOTATIONES

ODE XXXI

1. Frustra se torserunt interpretes ad hunc versum, dum suspicati sunt, subesse nescio quid mendae, quam ego nullam censeo. Est enim τὰς θεὰς Graecis admodum familiare pro νὴ τὰς θεάς· τὸ σοὶ autem παρέλκει, et leporis caussa adiicitur verbo ἄφες, loco suppositi. Dicit enim ἄφες σοὶ pro ἄφες σὺ, ἐν ἤθει. Sic alias ἴσθι τοι. Etiam Theocrito dicitur in Eidyllio [4, 29.], cui nomen Νομεῖς est: Οὐ τήνα γ', οὐ Νύμφας, pro Οὐ μὰ τὰς Νύμφας, quod aduertit scholiastes Graecus. Barnesius modo omittit iurgia. De amystide nos supra diximus. B. Ad odar. 21, 2. Nobis vero vnice placet eorum ratio, qui legendum censent, Ἄφες με, τὰς θεὰς σοὶ, Πιᾶν, *sine me, quaeso te per deos, bibere*, ita, vt intellegatur verbum ὄμνυμι s. ἐπόμνυμι. Nam locus Theocriti non est similis huic loco: et τὰς θεὰς σοὶ est formula iurisiurandi admodum vsitata. v. Gataquerus ad Antonin. 7, 17. p. 213. Trai. et Arnaldus animaduerss. p. 26. Plene dixit Longus Pastorr. 4. *3. cf. Anacr. X* p. 126. Mol. σοὶ ἐπόμνυμι τὸν ἐμὸν θεόν. add. Xen. Cyrop. 5, 1. 12. *12.* 5, 4. 14. Ori autem poëtae commoti, bibendique auidi, quam maxime conuenire orationem imperfectam, cuius magistra sit ipsa loquendi consuetudo, quis nescit? Ceterum de vi formulae ἀμυστὶ πιᾶν etiam a nobis dictum est ad odar. 21, 2.

4. Quod Eriphylen matrem occidisset, iussu Amphiarai patris, qui ab ea in certam necem tradebatur. B. Eriphyle monile aureum ex gemmis factum acceperat ab Adrasto fratre: quo accepto, prodidit Amphiaraum maritum, vt proficisci cogeretur ad bellum Thebanum, e quo sciret se non esse rediturum. Alcmaeonem, quem pater iusserat, post suam mortem, interficere matrem, Furiae exagitarunt. v. Hygin. fab. 73. Pausan. 8, 24. Timocles comicus ap. Athen. 6, 1. p. 223. D. Fabulam hanc Sophocles, et Euripides, persequuti erant vberius,

5. Professor Graecus de χ' ὁ fecit χφ. Verum nihil necesse. Orestes ab Anacreonte λευκόπȣς dicitur: quo pacto Thetis ab Homero ἀργυρόπεζα. Constat enim, heroas, atque heroinas, pedibus pene nudis incessisse. Barnesius discalceatum fingit Oresten ob insaniam; et quod albis cothurnis ageretur Orestis persona in tragoediis, λευκόποδα dicendum existimat B. Interpretationem Baxteri probat Schraderus animaduerss. ad Musae. p. 185. Certe Hesychius glossam Homericam ἀργυρόπεζα Il. ά, 538. 556. explicat sic, λευκόπȣς· πέζα γὰρ ὁ πȣ̃ς καὶ καλλίπȣς. Λευκόπȣς igitur foret *pulcher*, *formosus*. v. ad odar. 6, 7. Bruncquio λευκόπȣς idem videbatur esse, quod ἀργίπȣς, ita, vt *celeritatem pedum* significaret. poëtam enim respexisse credebat ad errores Orestae, qui a Furiis agitatus totam fere Graeciam peruagatus esset. Ego vero appositum λευκόπȣς accipere malim cum Barnesio, Zeunio p. 73., et aliis, de *nudo*, et *discalceato*, Oresta. nam homines insani sunt fere discalceati: discalceatis *pedes albi* tribuuntur a Iuuen. sat. 1, 111.; et Bacchae, feminae furiosae, ap. Eurip. Cyclop. 72. dicuntur λευκόποδες. Occidit autem Orestes, qui ab Horatio vocatur *tristis* A. P. 124. et *demens* 2. sat. 3, 133., Clytaemnestram matrem, quia Agamemnonem maritum ab Aegistho occidi iusserat. Qua de re Euripidis fabula legi potest, quae inscribitur Ὀρέστης, et Aeschyli Agamemnon, Eumenides item, et Choëphorae.

6. Callistratus ap. Corn. Nep. Epamin. 6, 2. *Argiuos fuisse Orestem, et Alcmaeonem, matricidas.* add. Cic. Tusc. 3, 5. Sueton. Ner. 39. Philostrat. prooem. VV. Sophistt. p. 481. Olear. Plato Alcib. 2. p. 455. A Francof. Aelian. H. AA. 1, 24. ibique Gronou. et Stanleius ad Aeschyl. Choëphorr. 1062.

7. Καταντὰς legitur etiam ap. Hom. Odys. ό, 224.

8. Ἐρυθρὸς οἶνος est οἶνος μέλας· vid. Athen. 1, 25. p. 32. C: vt odar. 52, 1. laudatur μελανόχρȣς βότρυς. Hoc vinum etiam a Latinis vocatur, vel *nigrum*, vel *rubens*, et *rubellum*.

10. Hesychius: Πρίν· πρότερον.

12. Iphiti sagittis, quem antea interfecerat, etiam in vxorem, et liberos, vsus est furens Hercules, vti monet Barnesius. B. Vid. Euripidis Ἡρακλῆς Μαινόμενος, et Senecae Hercules Furens. Pharetra dicitur δεινὴ *horribilis*, quatenus plena est, et grauida, telis mortiferis. Hom. Odys. φ', 11. s. φαρέτρη ἰοδόκος, πολλοὶ δ' ἔνεσαν στονόεντες ὀϊστοί. Κλονεῖν φαρέτρην est *quatere pharetram*. Hesychius: Διακλονῶν· διασείων. Iphitus autem fuit Euryti, et Antiopes, filius, rex Oechaliae, vrbis Messeniae [v. Pausan. 4, 2.], ab Hercule dolo interfectus: v. Sophocles Trachinn. 273. ss.: qui Vlyssi dono dederat arcum paternum, et pharetram. vid. Hom. Odys. φ', 11. ss. 27. 36. s. Sed Hercules ipse quoque ab Iphito, hospite, accepisse videtur pharetram, et arcum, φαρέτρην, καὶ τόξον, Ἰφίτειον, quo insaniens postea abusus est ad Megaram vxorem, filiosque, tollendos.

14. Tanquam a κρᾶς, vel κάρα, et δινεῖν vt in priore monuimus editione. B. Suidas: Κραδαίνων· σείων, δονῶν, σαλεύων. Phauorinus: Κραδαίνων· — κινῶν, σείων, δονῶν, σαλεύων. Gloss. vett. Κραδαίνω *Libro* — *vibro*, *quasso*. Pindarus Nemeonn. 1, 80. hoc in genere

genere vſus eſt verbo τινάσσειν, Ἐν χερὶ δ' Ἀμφιτρύων Κολεῦ γυμνὸν φάσγανον τινάσσων Ἵκετ'. Aiax enim Telamonius, qui dictus eſt μέγας· vid. Meurſius ad Theocrit. p. 83.: quum ſibi Vlyſſen praelatum videret, in furorem actus, in gladium incubuit. vid. Ouid. Metamm. 13. fab. 1, 386. ſſ. Eius clypeus [ἀσπὶς] fuit ſeptemplex [ἑπταβόειος]. v. Il. η, 220. De gladio, quem ei Hector donauit, poſt ſingulare certamen, v. idem Homerus Il. η, 303.

16. De nomine κύπελλον vid. ad odar. 18, 2.

17. Στέμμα idem eſt, quod στέφανος. vid. Athen. 15, 6. p. 676. ſ. Gloſſ. vett. Στέμματα *Serta*. Caeterum hoc etiam odarium conſtat verſibus iambicis dimetris catalecticis.

ΛΒ' ΕΙΣ

ΛΒ΄ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΕΑΥΤΟΥ ΕΡΩΤΑΣ *

Εἰ φύλλα πάντα δένδρων
Ἐπίςασαι κατειπεῖν·
Εἰ ἡμαθῶδες εὑρεῖν
Τὸ τῆς ὅλης θαλάσσης·
Σὲ τῶν ἐμῶν Ἐρώτων
Μόνον ποιῶ λογιςήν.
Πρῶτον μὲν ἐξ Ἀθηνῶν
Ἔρωτας εἴκοσιν θὲς,
Καὶ πεντεκαίδεκ' ἄλλους.
Ἔπειτα δ' ἐκ Κορίνθου
Θὲς ὁρμαθοὺς Ἐρώτων.
Ἀχαΐης γάρ ἐςιν,
Ὅπου καλαὶ γυναῖκες.
Τίθει δὲ Λεσβίους μοι,
Καὶ μέχρι τῶν Ἰώνων,
Καὶ Καρίης, Ῥόδου τε,
Δισχιλίους Ἔρωτας.
Τί φής; ἀεὶ κηρῶ θές·
Οὔπω Σύρους ἔλεξα,
Οὔπω Πόθους Κανώβου,
Οὐ τῆς ἅπαντ' ἐχούσης
Κρήτης, ὅπου πόλεσσιν
Ἔρως ἐποργιάζει.
Τί σοι θέλεις ἀριθμῶ
Τοὺς ἐκτὸς αὖ Γαδείρων,
Τῶν Βακτρίων τε, κ' Ἰνδῶν,
Ψυχῆς ἐμῆς Ἔρωτας;

VARIETAS LECTIONIS

* *ἄλλο τῦ αὐτῦ cod. Vatic., ſed in m. legitur τῦ αὐτῦ εἰς ἔρωτα, p. 678.: eſt autem hoc odarium in iſto codice tertium decimum.* 3. *εἰ τ' ἠμαθῶδες coni. Zeun. p. 73. et Valperga p. 92. κυματῶδες Barn. Lam. e cod. Vatic., prob. Pauo. Vnde Dauiſ. ad Cic. N. DD. 2, 47. legi iubebat κύματ' οἶδας εὑρεῖν Τὰ, probb. Val. p. 130. et Valperga 92.: recepp. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born. Ioerdenſ. ſine cauſſa.* 6. *ποῦ cod. Vatic.: vt odar.* 45, 4. *ἐπόει prob. Val. p.* 130. 11. *ὀρμάδες cod. Vatic.* 13. *καλλιγύναικες cod. Vatic. male.* 16. *καὶ κυρίην ῥόδον τε cod. Vatic.* 18. *τί φῆς ἀεὶ κηρωθεὶς. cod. Vatic. τί φῆς ἀεὶ κηρωθεὶς. Steph. 1. Mor. Macrop. Met. 1. 2. Parm. τί φῆς ἀεὶ κηρωθείς; Steph. 2. Com. Lub. Fab. καρωθεὶς coni. Steph.: rec. Flaid. τί φῄς; Ἀεὶ κ' ἔρωτες; Barn. Lam., prob. Zeun. p. 75. τί φῄς; Ἀεὶ γ' ἔρωτες coni. Scal. τί φῄς, τόσους ἔρωτας; coni. Fab., prob. Bruncquio. ἀεξ' ἔρωτας coni. Pauus. ἀεὶ πυρωθεὶς, vel κυρωθεὶς, coni. Foſſaeus. τί φῄς; ἀακῆ φωνεῖς; coni. Medenb. amoenitt. literr. p. 49. Sed Ioerdenſ. verſ. hunc in ex. ſuo omiſit: caeteri editores Baxterum ducem ſequuti ſunt.* 24. *Κρήτης habet cod. Vatic. in ordine, ſed in m. ὁ ὤμης. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. Ioerd. ἀριθμῶ Καὶ τοὺς Γαδείρων ἐκτὸς, Τοὺς B. e coni. Bruncquii. ἀριθμεῖν Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Barn. Lam. aliique. τί σοὶ θέλεις ἀριθμεῖν καὶ τοὺς Γαδείρων ἐκτὸς cod. Vatic.*

ANNOTATIONES

ODE XXXII

2. **Καταπεῖν** eſt *recenſere, numerare, καταριθμῆσαι, et ἀριθμῆσαι.*

3. Barneſius ex MS. Vaticano repoſuit *κυματῶδες* quod tamen nobis videtur minus probabile, etſi tollat, quem ille dicit hiatum. Certe in exceſſu poëtico maior eſt vis τῦ *ἠμαθῶδες* maior enim arenarum, quam fluctuum, eſt numerus. Eſt autem *ἠμαθῶδες* modo ſubſtantiue poſitum, quaſi quis dicat, *Quantum eſt arenarum in vniuerſo mari.* B. Vtraque lectio, et *ἠμαθῶδες*, et *κυματῶδες*, cum rei, tum vſui loquendi veterum, eſt accommodata. v. Doruillius Van. crit. p. 573. ſ.: qui affert locum Luciani Amorr. p. 874. To. 1. Graeu., iam a Metario in ind. edit. pr. v. *ἐρασμαι* laudatum, quem e loco Anacreontis ductum putabat; hunc: *θᾶττον ἄν μοι — θαλάττης κύματα — ἀριθμήσαις, ἢ τοὺς ἐμοὺς ἔρωτας.* Etiam ap. Aelian. V. H. 13, 15. de Coecylione quodam eſt, *ὅσπερ τὰ κύματα ἠρίθμει ὑπὸ τῆς ἄγαν μανίας.* Sed Hebrr. 11, 12. legitur *ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος* vbi v. Albertius. Zenobius Paroemm. 1, 80. *Ἄμμον μετρεῖν· ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων, καὶ ἀνεφίκτων.* Apoſtolius Paroemm. 3, 5. Ἀμ-

"Αμμον μετρεῖν· ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. Sed ἐπ' ἀόνι κύματα μετρεῖν legitur ap. Theocrit. Idyl. 16, 60. At verbum εὑρεῖν hoc loco arenae accommodatius esse videtur, quam fluctibus: et verba adiecta τὸ ὅλης τῆς θαλάσσης loqui arbitror, poëtam ἠμαθώδες scripsisse, non κυματώδες.

5. Ἔρωτες sunt *pueri*, et *puellae*, formosae, quas poëta a se amari fingit, et quas v. 27. ψυχῆς ἐμῆς Ἔρωτας vocat. Ποιῶ est futurum: et λογιστὴς proprie dictum est de *computatore*, et *calculatore*. Ammonius v. ἀπολογεῖσθαι — λογισταὶ, ἀριθμηταί. Ποῶ, vt legitur in cod. Vatic., est forma verbi Dorica, et Aeolica. Hesychius: Ποεῖν· ποιεῖν. Photius Lex. MS. ap. Albert. ad Hesych. p. 987. To. 2. Πόα χωρὶς τοῦ ῑ λέγουσι.

7. Suspicetur quis, hanc oden ab Anacreonte fuisse conscriptam, quo tempore apud Hipparchum Athenis agebat; quod prima sit Athenarum mentio. B. Vid. Barnesius Vit. Anacreontis §. 31. Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων scripserant libellos Aristophanes Byzantius, Apollodorus, Ammonius, Antiphanes, Callistratus, et Gorgias Atheniensis. vid. Athen. 13, 2. p. 567. A, 13, 6. p. 586. AF, p. 591. CD, 13, 7. p. 596. F. Et Aristophanes quidem numerauit earum centum quinque, et triginta, plures Apollodorus, et Gorgias. vid. Athen. 13, 5. p. 583. D.

8. Τιθέναι est *numerare*, vt v. 11. et 14., ita, vt notae numerorum imprimantur tabulis cereis: si quidem sequare lectionem v. 18., a Baxtero restitutam. Metaphora ducta est ab iis, qui ita numerant, vt calculos ponant. Certe ap. Theophrastum charr. 23, 4. est θεῖναι τὰς ψήφους.

11. Signata vox. B. Nimirum ὁρμαθὸς dicitur, vt in Indice Theophrasteo docuimus, vt de *serta*, s. *serto*, *resticula*, *ceparum*, *ficuum*, *alliorum*, *margaritarum*, *similiumue rerum*: *eine Schnur*, *Reihe*: ita etiam de *numero*, et *multitudine*, de *ordine*, et *serie*, omnium aliarum *rerum*, etiam *personarum*, *magna*, *et continenti*: quatenus tales res inter se *nexae* sunt, et *aptae*. Hesychius: Ὁρμαθός· χορὸς, στίχος. Etymol. M. Ὁρμαθός· στίχος, ἤγουν τὸ σύστημα· ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἁρμόζεσθαι. Phauorinus, nesciebam vnde: Ὁρμαθός· τὸ πλῆθος, ἢ τάξις. Suidas: Ὁρμαθός· σύνδεσμος, στίχος. Sic κριβανωτῶν, vel potius ἐκ κριβανωτῶν, ὁρμαθὸς est ap. Aristoph. Plut. 765.: ἰσχάδων ὁρμαθὸς ap. eundem Lysistr. 648.: ὁρμαθοὶ τῶν ἁμαξῶν, καὶ τῶν σκευοφόρων, ap. Xenoph. Cyrop. 6, 3. 1.: ὁρμαθοὶ μελῶν ap. Aristoph. Rann. 945. s.: ὁρμαθὸς πάμπολυς χορευτῶν τε, καὶ διδασκάλων, καὶ ὑποδιδασκάλων, ap. Platonem Ion. p. 536. A To. 1. Steph.: ὁρμαθοὶ θεῶν ap. Zachar. Scholast. Ammon. p. 177. Barth. Itaque ὁρμαθοὶ Ἐρώτων sunt *ordines*, *series*, *longae*, h. e. magna multitudo, et copia, *amasiorum*, *amasiarumque*. Hebraei ita vtuntur nomine חֶבֶל. vid. 1. Sam. 10, 5. 10.

13. Tractum ex Homero, qui Achaiam dicit καλλιγύναικα [h. e. καλὰς γυναῖκας ἔχουσαν schol. min.]. Vnde natum prouerbium, Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς. B. Vid. Gellius NN. AA. 1, 8.: qui auctore Sotione, vel Phocione [v. schol. Aristoph. ad Plut. 149. et ibi Hemsterhusius], Peripatetico, docet, adagium istud originem debere suam nimiae Laidis petulantiae, quod frustra eat Corinthum ad Laidem, qui non queat dare, quod poscatur. Loci Homeri sunt Il. γ', 75. et 258. Sed de nobili ista meretricula ipsa vid. Epicrates ap. Athen. 13, 3. p. 570. C: qui totus Athenaei liber legi debet ab iis, qui nomina meretricularum Graecarum cognoscere cupiant. De Incredibili autem mere-

meretricum Corinthiacarum copia, quarum singularem insolentiam notauit Aristophanes Plut. 149. ss., iudicari facile potest e Strab. 8. p. 378. Casaub.: quem eius locum, qua sententiam, laudauit schol. Aristoph. ad Plut. d. l. Etiam a Pindaro Olymp. 13, 4. s. Corinthus vocatur ἁ ὀλβία Κόρινθος ἀγλαόκουρος, haud dubie propter insignem puellarum venustatem.

14. Anacreon fragmm. 36, 7. s. laudat amiculam quandam Lesbiam, quae Barnesio V. Anacr. s. 8. videbatur esse ipsa Sappho: qua in sententia iam Chamaeleonta fuisse, Athenaeus 13, 8. p. 599. C auctor est: et Theophrastus ap. eundem Athen. 13, 9. p. 610. A tradit, sedisse, vt apud Tenedios, ita etiam apud Lesbios, iudices venustatis mulierculārum publicos.

15. Verba μέχρι τῶν Ἰώνων, καὶ Καρίης, Ῥόδου τε, videntur habere vim nominum gentilium Ἴωνας, καὶ Κᾶρας, Ῥοδίους τε. Et Aeschines quidem Socraticus in Aspasia mulierculas Ioniacas omnino omnes appellauit μοιχάδας, καὶ κερδαλέας. v. Athen. 5, 20. p. 220. B. Sed de Rhodiorum studio Veneris vid. Meursius Rhod. 1, 20. p. 67. s.

18. In hoc versu mire coecutiunt omnes: qui tamen, ni fallor, facillime restituitur. Impressi codices ita se habent, Τί φῄς; ἀεὶ κηρωθείς. Vide iam, annon omnia plana fiant. Cum Anacreon δισχιλίους Ἔρωτας nominasset: λογιστὴς ille, siue calculator, Anacreontis, quem modo allocutus est, immani numero plane territus, poëtam properanter interpellat, Τί φῄς; inquit: cui Anacreon fidenter, atque pertinaciter, respondet, ἀεὶ κηρῷ θές, hoc est, *assidue in cera pone:* quasi diceret, longe maior numerus adhuc restat, imo propemodum infinitus. Bis ante voce θὲς vsus est, et semel τῷ τίθει· vnde hanc emendationem hausimus: neque quicquam detraximus praeter vnum ἰῶτα, quod tamen speramus non fraudi fore. Egregio Professori haec minus placent, ob productam antepenultimam syllabam, si diis placet, et praefert Scaligeri, τί φῄς; ἀεί γ' Ἔρωτες; nisi quod particulae γὲ ipse suffecerit καὶ, vt sic sententia procedat, Τί φῄς; ἀεὶ κ' Ἔρωτες; quod quam sit frigidum, nemo est, qui non sentiat. Neque sane inconsulto facetissimus poëta moloso [spondeo] pede vsus est, quo vocis lentore operae moram significaret. B. Certum est, vulgatam scripturam carere omni sensu. Sed praestat intactum relinquere vulnus, quam illud male sanare. Ex illa quidem lectione, quam Baxterus sequutus est, sensus existit, nec a linguae ingenio, nec a reliquae orationis serie, alienus: dummodo leges metricae non violarentur: quae pedem tertium iubent esse iambum: etsi video, etiam v. 25. ita scriptum legi in cod. Vatic., vt tertius pes sit spondeus.

19. Λέγειν idem est, quod ἀριθμεῖν v. 24.: vt ap. Hom. Odys. δ' 452. λέγειν est καταριθμεῖν, interprete schol. min. Hesychius: Λέγειν — ἀριθμεῖν. Σύρους simpliciter dictum est, ita, vt e v. 20. intellegi debeat Πόθους, *amiculos, et amiculas, quas ego habeo in Syria:* quae hoc loco accipienda esse videtur de regione, non anguste, sed late, ita dicta, quae a Phoenice pertineret ad Babyloniam. vid. Cellarius geogr. vet. 3, 12. 1. ss. et Hesychius v. Συρίοις.

20. Πόθοι idem est, quod Ἔρωτες v. 5. caeterisque odarii locis: vt Πόθος odar. 33, 8. idem est, quod v. 6. Ἔρως. Vnde etiam verbum ποθεῖν nonnunquam significat *amare.* v. Aelian. V. H. 3, 42. et ibi Perizonius. Nam πόθος per se pertinet proprie ad res *absentes*, ἔρως ad

I *prae-*

praesentes. vid. Plato Cratyl. 32. Κάνωβος, vt hoc nomen etiam in Aeschyli, et Strabonis, libris scriptum legitur, vel Κάνωπος, quam scripturam auctor Etymologici M. praecipit rectam esse: vid. Trillerus ad Christum pat. p. 366.: fuit opidum Aegypti, ita nuncupatum a Canobo, Menelai gubernatore, ibi sepulto: vid. Conon. narrat. 8. et Eustathius ad Dionys. Perieg. 11.: quam tamen opinionem vanitatis conuincere instituit Iablonsquius Panth. Aegyptt. 5, 4. 4. p. 139. ss.: distans ab Alexandria; de qua vid. Barthius ad Zachar. schol. Ammon. p. 285. ss.; stadia centum, et viginti: cuius ciuium luxuries quanta fuerit, iudicari potest vel e loco Strabonis 17. p. 1152. s. Almel. add. Sen. ep. 51. p. 172. s. To. 2.

23. Ἐποργιάζει *sacra sua celebrat*; siquidem cuiusuis dei sacra *Orgia* appellabantur. Nostri homines dicerent, *Where Cupid keeps his Holyday.* B. Philostratus ep. 41. ἀλλ᾽ ἐκ Κρήτης ὅπου πλεῖστος ὁ Ἔρως, ὁ τὰς ἑκατὸν πόλεις περιπλέων, vel, vt legendum censet Meursius in Creta 3, 13. p. 186., περιπολέων. Vt igitur verba ὅπου πόλεσσιν Ἔρως ἐποργιάζει referenda sunt ad amores, puerorum maxime, in quos Cretenses intemperantes fuisse leguntur: vid. Athen. 13, 8. p. 601. F, et Meursius d. l.: ita Creta ipsa dici videtur ἅπαντ᾽ ἔχειν, quod omnis generis pueris, et puellabus, abundauerit.

24. Libenter assentior Scaligero reponenti τὸ ἀριθμῶ pro ἀριθμεῖν, quod et Vaticanus codex id confirmet, auctore Barnesio. Certe elocutio fiet magis moralis, quam si ponas in infinitiuo ἀριθμεῖν. B. Sic odar. 12, 1. τί σοι θέλεις ποιήσω; v. 4. θέλεις ψαλίζω;

26. Gades, insula circa columnas Herculis, vltra Baeticam Hispaniam, terminabat orbem terrarum versus occidentem, Bactriana, et India, versus orientem. Iuuenal. sat. 10, 1. s. *Omnibus in terris, quae sunt a Gadibus vsque Auroram, et Gangem.* Ganges enim tum erat terminus Indiae. Conf. Agathem. 1, 1. 4. Iocatur igitur poëta hoc loco, ostendens, sibi esse Amores, non tantum in terris, sed etiam extra eas. Conf. Himerius orat. 23, 5. p. 774. Sed quum nomina Gaditanorum, Bactrorum, Indorumque, Anacreontis saeculo, Graecis non satis cognita fuisse reperiantur: eum Regnierius putabat auctorem huius odarii esse non posse. Metrum eius non discrepat a metro odarii superioris.

ΛΓ΄ ΕΙΣ

ΛΓ΄ ΕΙΣ ΧΕΛΙΔΟΝΑ *

Σὺ μὲν, φίλη χελιδὼν,
Ἐτησίη μολȣ͂σα,
Θέρει πλέκεις καλιὴν,
Χειμῶνι δ᾽ εἶς ἄφαντος,
Ἢ Νεῖλον, ἢ ᾽πὶ Μέμφιν.
Ἔρως δ᾽ ἀεὶ πλέκει μευ
Ἐν καρδίῃ καλιήν.
Πόθος δ᾽ ὁ μὲν πτερȣ͂ται,
Ὁ δ᾽ ᾠὸν ἐςὶν ἀκμὴν,
Ὁ δ᾽ ἡμίλεπτος ἤδη.
Βοὴ δὲ γίνετ᾽ αἰεὶ
Κεχηνότων νεοττῶν.
Ἐρωτιδεῖς δὲ μικρȣ̀ς
Οἱ μείζονες τρέφȣσιν.
Οἱ δὲ τραφέντες εὐθὺς
Πάλιν κύȣσιν ἄλλȣς.
Τί μῆχος ȣ͂ν γένηται;
Οὐ γὰρ σθένω τοσȣ́τȣς
Ἔρωτας ἐκβοῆσαι.

VARIETAS LECTIONIS

* τȣ͂ αὐτȣ͂ εἰς χελιδόνα *cod. Vatic. p.* 682.: *in quo hoc odar. est quintum, et vicesimum. Pauus putabat, titulum eius debere esse hunc,* εἰς τȣ̀ς ἑαυτȣ͂ Ἔρωτας. 1. χελιδῶν *cod. Vatic.: vt odar.* 12, 2. 2. ἐτισίη *cod. Vatic.* 5. ἢ ἐπὶ *Mor. Flaid.* 6. μεῦ *cod. Vatic.* μὲν *Tollius ad Longin. p.* 237. *male.* 7. ἐν καρδίῃ καλ῾ιὴν *cod. Vatic.* 10. ὁ δ᾽ ἡμῖν ληπτὸς *cod. Vatic. mendose.* ἡμίληπτος *Tollius d. l. male.* 11. γίγνετ᾽ *Arg.* 2. *Brig. Ioerd. bene.* ἀεὶ *cod. Vat. et Salmas. disquis. de mutuo p.* 72. 12. κεχην. *cod. Vat.* νεοσσῶν *Flaid. Bruncqu. Analect. Arg.* 1. 2. *Brig. Born.* 17. ἂν *coni. Zeun. p.* 76. 19. ἐκπιῆσαι *coni. Scal.* ἐκποιῆσαι

coni. Salm. disquis. de mutuo p. 172., h. e. excludere. ἐκτροφῆσαι *coni. Triller. P. 1. der poëtt. Betrr. p. 516.: quod rec. Born., prob. Schneid. p. 159.* ἐξελάσαι, *aut* ἐκβυβάξαι, *aut* ἐκβιάσσαι, *aut* ἐκφοβῆσαι, *aut* ἂν φορῆσαι, *coni. Zeun. p. 76.* ἐκσοβῆσαι *Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Stroth. Brig. Ioerd. e coni. Bruncquii: qui tamen sine caussa se huius emendationis auctorem iactat. nam Pauus iam hanc in coniecturam inciderat, ita tamen, vt ipse ei praetulerit coniecturam suam alteram* εὖ φορῆσαι.

ANNOTATIONES

ODE XXXIII

1. Amicam modo dicit hirundinem propter contubernium. Barnesius *caram* reddidit. minus recte, ac si haberet amoris sociam. B. Videtur esse nil, nisi vox poëtae blandientis.

2. Ἐτησίη μολοῦσα est *quae cotannis huc migras.* Hesychius: Μολοῦσα· πορευομένη. Est glossa Homerica, sumta ex Il. ζ', 286.: vbi schol. min. ἐλθοῦσα, πορευθεῖσα. Hesychius: Ἐτήσιον· κατ' ἔτος γινόμενον. Sic in carmine Homeri mendicantis, Εἰρεσιώνη, ap. Herodo. V. Hom. 33. Νεῦμαί σοι, νεῦμαι, ἐνιαύσιος, ὥστε χελιδών. Aelian. H. AA. 1, 52. Χελιδὼν δ' ἄρα τῆς ὥρας τῆς ἀρίστης ὑποσημαίνει τὴν ἐπιδημίαν. — ἄκλητος ἀφικνεῖται· καὶ ὅτε οἱ φίλον, καὶ ἔχει καλῶς, ἀπαλλάττεται. Accedit autem hirundo tempore verno. Vnde a Simonide dicta est ἄγγελος ἔαρος· vid. schol. Aristoph. ad Auu. 1422.: vt ab Ouidio Fastt. 2, 853. *veris praenuncia*, ab Oppiano Halieutt. 3, 244. εἰαρινὴ ζεφύρου πρωτάγγελος ὄρνις, qui ibid. 1, 729. dixit εἰαρινῇσι χελιδόσι· et carminis, quod aerufcantes apud Rhodios cecinerunt Boëdromione, prima verba fuere haec, ἦλθ', ἦλθε, χελιδών, καλὰς ὥρας ἄγουσα, καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς· v. Theognis ap. Athen. 8, 15. p. 360. C. Conf. Bochartius hieroz. 2, 1, 10. p. 65. f. To. 2.

3. Aelian. H. AA. 3, 24. ἡ χελιδὼν, ὅτ' ἂν εὐποροίη πηλοῦ, τοῖς ὄνυξι φέρει, καὶ συμπλάττει τὴν καλιάν. Ambrosius hexaëm. 5, 17. f. 83. F To. 1. Baf. *Legit enim* [hirundo] *festucas ore, easque luto illinit, vt conglutinare possit. Sed quia lutum pedibus non potest deferre: summitatem pennarum aqua infundit, vt facile his puluis adhaereat, et fiat limus, quo paulatim festucas, vel minutos surculos, sibi colligat, atque adhaerere faciat. Eo genere nidi totius fabricam struit.* add. Aristoteles H. AA. 9, 7. Plutarch. de solert. animall. p. 966. D To. 2. et Antigonus Caryst. hist. mirabb. c. 43. Quia igitur hirundinis nidus fingitur e festucis, et surculis minutis: propterea vocatur καλιή· cuius vocabuli penultima syllaba est fere longa. vid. Hesiod. Ἔργ. 301. Nicand. Therr. 461. Hesychius: Καλιαί· νοσσιαὶ ἐκ ξύλων. Et pro πλάσσειν καλιὴν Anthol. 1, 56. 5. legitur de hirundine πλάσσειν ὑπώροφα γυμνὰ οἰκία, ibid. 1, 56. 7. 1. πηλοδομεῦν, ibid. 1, 56. 11. 6. κάρφεσι κολλητὸν πήξασθαι θάλαμον· et ibid. 1, 56. 12. 5. τεῦξαι δόμους· vt ibid. v. 6. *nidus hirundinis* dicitur πηλόχυτοι θάλαμοι.

4. Auctor ad Her. 4, 48. *Hirundines aestiuo tempore praesto sunt, frigore pulsae recedunt.* Nam ἐς ἀφανεῖς est *recedis, abis, euolas.* Hesy-

Hesychius: Ἄφαντον· ἀφανὲς, ἀθεώρητον, μὴ φαινόμενον. Sic vero intellegi potest, qui factum sit, vt librarii pro ἄφαντος, quod nomen legitur ap Homer. Il. ζ, 60. υ, 303. Pindar. Olympionn. 1, 72. Aeschyl. Agam. 633. 666., scripserint ἀφανὴς, vt ap. Diod. Sic. 4, 65. p. 310. To. 1.: vbi vid. Vesselingius, et Cellarius programm. p. 115. Attici pro eo vsurparunt nomen φροῦδος. Moeris: Φροῦδος, Ἀττικῶς· ἄφαντος, ἀφανὴς, Ἑλληνικῶς.

5. Ante Νεῖλον intellegi, e sequentibus verbis, debet ἐπί. v. ad Odar. 9, 22. Herodo. 2, 22. de Aethiopia sub Aegypto, ἰκτῖνοι δὲ, καὶ χελιδόνες, δι' ἔτεος ἐόντες οὐκ ἀπολείπουσι. vid. Bochartius hieroz. 2, 1. 10. p. 66. s. To. 2. Mosch. II, 51. Joseph. A. I. 734

8. Πτεροῦται h. e. *volucer fit, plumat: wird flück.* Gloss. vett. Πτεροῦμαι Plumesco. Sed pullus inuolucer [Gell. 2, 29.] vocatur ἄπτην· vid. Aelianus V. H. 9, 2. Πόθος autem idem est, quod Ἔρως. vid. Phurnutus N. DD. 25. Vnde *desiderii poculum* dicitur poculum amatorium ab Horat. epod. 17, 80.

9. Hesychius, et Suidas: Ἀκμὴν· ἔτι h. e. *nunc cum maxime: etiamnunc.* vid. Vitterus ad Tho. Mag. v. ἔτι. Verte, *alius nondum exclusus est.* nam ἡμίλεπτος, quo verbo caret thesaurus Stephanianus, cuius tamen appendicem eo auxit Scotus, laudato hoc ipso poëtae loco, est *semiexclusus: halb ausgekrochen.* Nam verbum ἐκλέπειν est verbum hoc in genere proprium de *auibus*, quae *excludunt*, vel *oua*, vel *pullos*: vid. Herodo. 2, 68. Aristot. H. AA. 6, 4. Aelian. H. AA. 4, 37.: atque adeo de *hirundinibus*. vid. Pausan. 10, 4. p. 807. Nam poëta Ἔρωτα comparat cum *hirundine*, et Ἐρωτιδέας cum *pullis hirundinis*.

11. Verte, *Pipiunt vsque biantes Amorculi:* qui v. 12. dicuntur ἐρωτιδεῖς· vt ἀετιδεῖς Aesop. fab. 1.: λυκιδεῖς fab. 161.: ἀλωπεκιδεῖς Aelian. H. AA. 7, 47. Vid. Valquenar. ad Theocrit. Adoniazz. p. 401. s. Nam χαίνειν est *os aperire* cibi capiendi caussa: vid. schol. Aristoph. ad Acharnn. 10., cuius verba in Lexicon suum transtulit Suidas v. κεχήνη· et μικροὶ additum est, quia sequitur οἱ μείζονες. Lucian. Timon. p. 101. To. 1. Graeu. ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες, ὥσπερ τὴν χελιδόνα προσπετομένην τετριγότες οἱ νεοττοί.

16. De verbo κύειν *procreare* vid. index Palaephat. h. v.

19. Scite ἐκβοῆσαι posuit pro ἐξαριθμῆσαι. Veretur enim delicatulus Anacreon, et parum sobrius, ne tam longo carmine rauim sibi contrahat. Quam bellus est Tanaquillus Faber, cum hanc vocem recentioris aeui esse somniet, adeoque vix Graecam! Legitimam, et antiquam, idoneis argumentis confirmat Barnesius. B. Ἐκβοῆσαι videtur esse hoc loco verbum praegnans, vt grammatici vocant, hoc est, valere *clamando exigere ex corde: hinaus schreyen.* Quam quidem interpretationem confirmare videntur verba τί μῆχος οὖν γένηται; h. e. *quid igitur me fiet?* nam μῆχος est verbum Homericum [Il. ι, 249. Odyss. ξ', 238.], et Herodoteum [2, 181. 4, 151], idem declarans, quod μηχανή, h. e. *viam, rationem, qua fieri quid, et expediri, facile potest.* Hesychius: Μῆχος· μηχανή. Suidas: Μῆχος· μηχάνημα, ἐπινόημα. Σθένω autem idem est, quod δύναμαι· Hesychius: Σθένει· δύναται. Scilicet dubitari non potest, quin in poëtam, qui canit, eumque

 ebrium,

ebrium, qui ita canit, vt clamet, verbum βοᾷν recte cadat. vid. odar. 48, 8. fragmm. 1, 7. epigrr. in Anacr. 9, 1. Iam vero verbum ἐκβοᾷν ap. Thucyd. 1, 105. extr. ita legitur, vt sit, ipso scholiasta interprete, μετὰ βοῆς ἐξέρχεσθαι· vid. Abresch. dilucc. Thucydd. p. 109.: et quum βοᾷν τι, et τινα, recte dicatur: sane non apparet, quidni aeque recte ἐκβοᾷν τινα dici ita possit, vt sit βοῶντα ἐκβάλλειν τινά? praesertim quum hic verborum praegnantium vsus non rarus fuisse reperiatur. Sic ap. Aristoph. Equitt. 695. s. Ἐὰν μή σ' ἐκφάγω Ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐ βιώσομαι, dictum est pro σ' ἐκφαγὼν ἐκβάλω. vid. Abreschius dilucc. Thucydd. p. 492. ss. Eodem modo auctores recentioris Graecitatis instituerunt dicere λαλεῖν τινα ita, vt esset *clamando excitare.* Certe ap. Aristoph. Plut. 740. schol. Doruillianus verbum ἤγειρον explicauit verbo ἐλάλησα. Itaque ἐκβοῆσαι hoc loco personae poëtae longe accomodatius esse, quam ἐκσοβῆσαι, quis non intellegit? Caeterum etiam hoc odarium continetur iambeis dimetris catalecticis.

ΛΔ' ΕΙΣ

ΛΔʹ ΕΙΣ ΚΟΡΗΝ *

Μή με φύγῃς ὁρῶσα
Τὰν πολιὰν ἔθειραν,
Μηδ', ὅτι σοι πάρεστιν
Ἄνθος ἀκμαῖον ὥρας,
Τἀμὰ φίλτρα διώξῃς.
Ὅρα, κἀν στεφάνοισιν
Ὅπως πρέπει τὰ λευκὰ
Ῥόδοις κρίνα πλακέντα.

VARIETAS LECTIONIS

* *εἰς κόρην τȣ αὐτȣ cod. Vatic. p.* 688.: *in quo hoc odarium eſt vndequinquageſimum.* 1. *μή μευ coni. Dan. Heinſ. temere.* 2. *τὴν πολιὰν Barn. Lam. αἰθείραν cod. Vatic.* 3. *μηδὲ ὅτι Mor.* 4. *ἄνθος ἀκμαῖον τᾶς ἐμᾶς Δῶρα τὰ φίλτρα διώξεις. Ὅρα κὰν ἐν στεφάνοισιν cod. Vatic. male. κἢν eſt* etiam in, *vid. Valquen. ad. Eurip. Phoenn. p.* 99. *ſ. ἀκμαῖον ἄνθος ὥρας Arg.* 1. 2. *Dεg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born. e coni; Bruncquii. ὥρης Lam. Barn.: qui et ἥβης affert.* 5. *διώσῃς coni. Fab. male.* 6. *κἢν στεφάνοισι Baxt. male. κὰν στεφάνοισιν Mor. Fab. κἢν στεφάνοισιν Com. Flaid.* 8. *ῥοίδοις cod. Vatic. male.*

ANNOTATIONES

ODE XXXIIII

1. Quatuor prioribus verſiculis poëta incipit a trochaeis, duobuſque ſequentibus trochaeos poſuit ſecundo loco, quo properatum fugientis puellae greſſum exprimeret: tandem duobus extremis ad conſuetos numeros aſſurgit. Barneſius vſitato ſibi Ioniſmi ſtudio τὰν, et ὥρας, et κἢν, de ſuo ingenio repoſuit τὴν, ὥρης, et κἢν. Neque enim aduerterat, Anacreontem fuga κακοστομίας adſciuiſſe Doricum ἄλφα. Certe poſito τὰν, idem vocalis ſonus quater recurret; itidemque inſertis ὥρας, et κἢν, fit idem ter. B. Suidas: Ἔθειρ' ἡ θρίξ· ἡ αἰτιατική, ἔθειρα· οἱ δὲ, ἔθειρα, ἐθείρας, φασί. Phauorinus: Ἡ ἔθειρα· ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς. Heſychius: Ἔθειρα· κόμη τημελȣμένη, h. e. *capilli culti:*

vbi v. Albertius p. 1092. To. 2. add. schol. Theocrit. ad Idyl. 1, 34. Pollux 2, 22. Φόβαι δὲ, καὶ ἔθειραι, καὶ σμήριγγες, καὶ ἕλικες, τοῖς μέτροις προσήκουσι. Nam, praeter Homerum, vsi nomine ἔθειρα, et ἔθειραι, sunt Pindarus Isthmionn. 5, 11. Aeschyl. Perss. 1067. Choëphorr. 173., aliique poëtae. Hymn. in Ven. 229. legitur πολιαὶ ἔθειραι, sed Eurip. Alcest. 470. dixit πολιὰν ἔχοντε χαίταν· et fragm. 54. est εὐέθειρα κάρη.

4. Etsi tres sint Ὧραι· verna tamen tempestas simpliciter Ὥρα dicitur: atque hinc etiam *Iuuenta* per tralationem Ὥρα appellatur, atque etiam *forma*. B. Ἄνθος ἀκμαῖον ὥρας dictum est pro ἀκμή, vel ὥρα, h. e. ἥβη odar. 56, 3. et Anacr. epigr. 13, 2. Ap. Eurip. Alcest. 316. est ἐν ἥβης ἀκμῇ, et Aeschyl. sept. c. Thebb. 11. dixit ἀκμαία ἥβη, vt Hom. Il. ν', 484. atque Pindarus Pythionn. 4, 281. ἄνθος ἥβας, et Meleager Anthol. 3, 12. 8. ἀκμαῖον ἄνθος. Nam ὥρα de hominibus ita ponitur, vt *iuuentam*, et *florem* [Terent. Eun. 2, 3. 27. Ouid. A. A. 2, 665.] *aetatis* significet, vel quia homines tum sunt fere formosi, vel quod tum sunt maturi coniugio. Ὥρα enim quia fere de *vere*, et *aestate adulta*, dicitur, saepe, cum *maturitatem*, tum *pulchritudinem*, declarat. Ἀκμὴ autem, vt *cuspidem* proprie, ita etiam *quicquid summum est suo in genere*, significat, atque adeo *maturitatem*, et *florem, aetatis*. Hesychius: Ἀκμή· νεότης, ἡλικία. Sic puella, quae Pseudoaeschin. ep. 10. ὑπέρωρος dicitur, a Paulo 1. Corr. 7, 36. ὑπέρακμος vocatur. Itaque ὅτι σοι πάρεστιν ἄνθος ἀκμαῖον ὥρας est *quia aetate flores*: vt *vir aetate florens* ab Isocr. orat. ad Phil. p. 200. Volf. appellatur ἀνὴρ ἀνθοῦσαν τὴν ἀκμὴν ἔχων. Sic ἄνθος κόμης legitur fragm. 42.

5. Διώξῃς vox comica est, et festiua, a rusticis, et pastoribus, accepta, qui pecora sibi molesta canibus a finibus abigere solent. Quid opus est, me iterum admonere, Fabrum nihil videre? Λέγεται τὸ διώκειν ἐπὶ τοῦ ἀγρεύειν, καὶ αἱρεῖν, inquit Theocriti interpres Graecus. B. Ad Idyl. 5, 107. Nam διώκειν proprie est *agere, impellere*: v. Arnaldus animaduerss. p. 37. s.: deinde saepe valet *abigere*, ἀποδιώκειν· vid. Aelian. H. AA. 2, 49. 3, 1. Hom. Odys. σ', 8.: denique ad eos transfertur, *qui spernunt aliquid*, et *auersantur*, et *oderunt*: vt ap. Xenoph. Agesil. 3, 1. Iam φίλτρα, quo vocabulo fere *pocula amatoria*, omninoque *omnia, quae amorem excitant*, significantur, hoc loco est *amor, amicitia, consuetudo*. v. Aelian. V. H. 1, 30. extr. et 12, 1. p. 722. Gron. Itaque μηδὲ τἀμὰ φίλτρα διώξῃς est *neque meam amicitiam, consuetudinem, auersare, fuge*. Conf. Praefat. extr. edit. nostrae horum carminum primae.

7. Ouid. Amorr. 2, 5. 38. *Quale rosae fulgent inter sua lilia mistae*. nam λευκὰ κρίνα [Theocrit. Idyl. 11, 56. 23, 30.] sunt *candida lilia*, vt vocantur ab Ambrosio in hexaëm. 3, 8. p. 68. F To. 1. Basil. Sed verbo πλακέντα respicitur ad serta compotatorum, e rosis, et liliis, nexa. Caeterum auctor odarii constare illud voluit versibus iambicis catalecticis, sed videtur syllabas tantum numerasse, numeros ipsos neglexisse.

ΛΕ' ΕΙΣ

ΛΕ' ΕΙΣ ΕΥΡΩΠΗΝ *

Ὁ ταῦρος οὗτος, ὦ παῖ,
Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι.
Φέρει γὰρ ἀμφὶ νώτοις
Σιδωνίην γυναῖκα·
Περᾷ δὲ πόντον εὐρὺν,
Τέμνει δὲ κῦμα χηλαῖς.
Οὐκ ἂν δὲ ταῦρος ἄλλος
Ἐξ ἀγέλης ἐλασθεὶς
Ἔπλευσε τὴν θάλασσαν,
Εἰ μὴ μόνος γ' ἐκεῖνος.

VARIETAS LECTIONIS

* *εἰς τὴν Εὐρώπην Steph. Mor. Com. Lubin. Flaid. Fab. Met. 1. 2. Lam. Parm. bene. εἰς Εὐρώπης εἰκόνα Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. ſine cauſſa. εἰς Εὐρώπην cod. Vatic. in marg. p. 689.: quo in libro hoc odarium eſt ſecundum, et quinquageſimum.* 2. *δοκεῖ τις εἶναι μοι Ζεὺς cod. Vatic. bene.* 4. *σιδωνίαν cod. Vat.* 5. *περᾷ δ' ἐς πόντον εὐρὺν cod. Vatic.* 6. *τέμνει τε Bruncqu. Analectt. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. ſine cauſſa.* 7. *Οὐ κὰν ἂν cod. Vatic.* 8. *Ἀγέληθεν ἐξελασθεὶς [prob. Zeun. p. 77.], vel Ἀγέλης ποτ' ἐξελασθεὶς, coni. Scal. ἀγέληφιν ἐξελασθεὶς coni. Faber.* 9. *Επλευση Lam., operarum incuria.* 10. *μόνος ἐκεῖνος cod. Vatic.*

ANNOTATIONES

ODE XXXV

2. Particula *τις παρέλκει·* eſtque figura *ἀστεϊσμός*. B. Immo adiecta eſt propterea, vt oſtenderet poëta, ſe neſcire, quis fuiſſet ille Iupiter, qui Europam rapuerit. nam Cic. N. DD. 3, 17. *Iones quoque plures,* inquit, *in priſcis Graecorum literis inuenimus.* vid. Theophilus ad Autolyc. 1, 15. et Minucius Fel. Octau. 21. Itaque *Ζεύς τις* eſt *Iupiter, neſcio quis*. Caeterum conferri cum hoc odario poſſunt Ouidius Metamm. 2.

 fab.

fab. 13. v. 833. ff. Lucian. diall. marinn. 15, 2. p. 326. To. 1. Reit. Achilles Tat. 1. p. 5. 7. 9. Salm. et Palaephatus fab. 16.

3. *Φέρει — γυναῖκα* h. e. *vehit enim Europam* [Cic. N. DD. 1, 28.]. Nam *Σιδωνίη γυνὴ* est *Europa*, filia Agenoris, regis Phoenices, cuius vrbs fuit Sidon: et Iupiter eam e Sidonide rapuisse dicitur. v. Ouid. Metamm. 2, 840.: a quo Europa dicitur *Sidonis* Fastt. 5, 610.

5. Ouid. Metamm. 2, 872. f. *mediique per aequora ponti Fert praedam.* nam e Sidonide Iupiter fertur Europam transtulisse in Cretam insulam, ita, vt *πόντος εὐρὺς mare magnum* sit *mare mediterraneum* f. *medium:* vt ap. Hom. Il. ζ', 291.

6. Ouid. Amorr. 3, 12. 14. *Aut secat, imposita virgine, taurus aquas.* Nam *κῦμα* sunt *vndae*, vt odar. 37, 3. 51, 3. 11. 19. coll. 28. ap. Hom. Odyf. α', 52. et ap. Aeschyl. sept. c. Thebb. 216.: et *χηλαὶ* dicuntur proprie *vngulae bisulcae:* quales sunt vngulae boum, ouium, capellarum: Gloff. vett *Χηλὴ Distula:* leg. *Bisulca*, aut certe *Disulca:* Hesychius: *Χηλή· ὄνυξ βοός·* Suidas: *Χηλή· ὁπλή, ὄνυξ βοὸς, καὶ προβάτε, καὶ αἰγός·* sed *ὁπλαὶ* sunt proprie *vngulae solidae*. quales sunt vngulae equorum, omninoque animalium eorum, quae non sunt cornigera. v. odar. 2, 2.

8. Vsus est trochaeo, et iambo, quo exprimeretur properata tauri fuga. *Ἐλασθεὶς* passiuum non est, vt sensit Stephanus, qui *abactus* vertit. *Ἐλαύνεσθαι* enim pastoribus pecora dicuntur pascuis suis euagantia, vel quouis modo ab armentis amota. B. Scilicet aor. passiuus vim aor. medii habet, *relinquens, deserens:* et *ἂν ἔπλευσε* verti debet *tranarit*, vel *tranet.*

9. *Πλέειν* idem est, quod v. 5. *περᾷν, tranare.* Sic ap. Musaeum de Leandro est *πλώειν* v. 229.: sed v. 284. *νήχεσθαι.*

ΛΣΤ΄ ΕΙΣ ΤΟ ΑΝΕΙΜΕΝΩΣ ΖΗΝ *

Τί με τοὺς νόμους διδάσκεις,
Καὶ ῥητόρων ἀνάγκας;
Τί δέ μοι λόγων τοσούτων,
Τῶν μηδὲν ὠφελούντων;
Μᾶλλον δίδασκε πίνειν
Ἁπαλὸν πόμα Λυαίου·
Μᾶλλον δίδασκε παίζειν
Μετὰ χρυσῆς Ἀφροδίτης.
Πολιαὶ στέφουσι κάραν·
Δὸς ὕδωρ, βάλ᾽ οἶνον, ὦ παῖ·
Τὴν ψυχήν μου κάρωσον·
Βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτεις·
Ὁ θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ.

VARIETAS LECTIONIS

* *τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἀνέτως ζῆν cod. Vatic. p. 688.: in quo hoc odarium est quinquagesimum.* 3. *τί δ᾽ ἐμοὶ Brunequ. Analect. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born. μοι — τοσοῦτον, aut με — τοσοῦτον, coni. Pau. τί δὲ δεῖ coni. Zeun. p. 79. sine caussa.* 6. *πῶμα Barn. Lam., et Steph. Thes. v. πόμα p. 302.: vt odar.* 41, 11. *ποτὸν coni. Steph. et Scal., prob. Zeun. p.* 79. 8. *χρυσέης Barn. Lam. χρυσῆς μετ᾽ Ἀφροδίτης coni. Scal.: rec. Ioerd. μετὰ τοῦ καλοῦ ἑταίρου Foppens. μετὰ χρυσέης Κυθήρης coni. Zeun. p. 79.* 9. *πολιὰν Fab. κάραν στέφουσι Barn. Lam. κάρα στέφουσι c. Scal., prob. Zeun. p. 79. s., qui tamen legi malebat κάρη· κάρα recepp. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born. πολιὰν στέφοντι κάραν Δὸς ὕδωρ coni. Daceria.* 10. *Φέρ᾽ ὕδωρ, φέρ᾽ οἶνον, ὦ παῖ, affert. Barn.* 11. *κάρωσον* Steph.* 2. *Com. Ψυχὴν δ᾽ ἐμοὶ κάρ. Barn. Lam. Ψυχὴν ἐμοὶ κ. coni. Scal.: sed Zeun. p. 80. sic ἐμοῦ retineri malebat.* 12. *καλύπτεις* Steph.*

Steph. 2. *Com.* βραχύ με ζῶντα *Dacier. Fab.: qui tamen coni.* μή ζῶντά με καλύψας. *Scal. coni.* ζῶον. *Pau. coni.* καλύψας. *Zeun. p.* 80. *coni.* Βραχὺ σῶμα γῆ καλύψας. Ὁ θανὼν γὰρ ἔτι διψῇ, *vel* πίνει, *vel* δεῖται, *aut* Ὁ θανὼν ἂν ἔτι δῆται, *vel* πίνῃ, *aut* πίνει, *vel* δεῖται. *Sic vero omnia mutari in omnia possunt: et pro* δῆται *debebat esse* δέηται.

ANNOTATIONES

ODE XXXVI

2. Facete poëta vsus est spondeo pro anapaesto in initiis quinque huius odae versiculorum, quo animi sui otio dediti lentorem, atque marcorem, ostenderet. Ἀνάγκας dixit rhetorum, et caussidicorum, argumenta, strophas, siue argutias. Est enim idem ἀνάγκη, quod αἰτία, siue *caussa*. dicimus enim διὰ πολλὰς ἀνάγκας aeque, ac διὰ πολλὰς αἰτίας. B. Ἀνάγκαι an tribui recte possint oratoribus, vehementer dubito. Nam oratores sequuntur πιθανολογίαν, et ἀπάτα, soli geometrae [vid. Cic. Acadd. 4, 36.], eorumque exemplo philosophi interdum, vtuntur sumtionibus, et conclusionibus, et demonstrationibus, necessariis, atque absolute veris, quae extorqueant vel inuitis assensum, quae non persuadeant, sed cogant, h. e. ἀνάγκαις· quae dicuntur γραμμικαὶ ἀνάγκαι vid. Fabricius ad Sext. Empir. c. mathemm. 3. p. 327.: γεωμετρικαὶ ἀνάγκαι, et ἀποδεικτικαὶ ἀνάγκαι, ab Zachar. Scholast. Ammon. p. 170. 193. Barth.: γραμμικαὶ ἀποδείξεις ab Eusebio P. E. 1, 3. p. 7. C: et apud Clem. Alex. Strom. 1. p. 313. B leguntur haec, Ἕλληνες δὲ σοφίαν ζητοῦσι, τοὺς ἀναγκαστικοὺς καλουμένους λόγους, καὶ τοὺς ἄλλους συλλογισμοὺς δηλονότι. Sic ἀπόδειξιν, et ἀνάγκην, coniunxit, iisque πιθανολογίαν, et ἀπάτα, opposuit, Plato Theaet. 17.: et Sophist. 37. habet, eodem sensu, μεγίστας ἀνάγκας. Neque aliter verbo ἀναγκάζειν vsi sunt de sophistis suorum temporum idem Plato, vt Cratyl. 41., et Euripides Hippol. 922.; vbi in cod. Paris. verbo ἀναγκάσαι adscriptum est interpretamentum διδάξαι. Sed auctor odarii, quisquis ille fuerit, ἀνάγκας dixisse videtur omnino *omnia argumenta, quibus* oratores *cogunt* auditores *assentiri* orationi. Caeterum v. 1. — 4. continetur sententia, aut haec, *quid mihi prodest eloquentia?* ita, vt οἱ νόμοι pertineant ad *iurisprudentiam*, sine qua tum nulla existere eloquentia poterat: ῥητόρων ἀνάγκαι omnino ad *praecepta artis dicendi:* λόγοι denique ad ipsas *orationes:* aut ista, *quid mihi prodest iurisprudentia? quid eloquentia? quid philosophia?* vt λόγοι sint *quaestiones, et disputationes, philosophorum:* vt ap. Laërt. 4, 27.

3. Λόγος aliquando Graecis est *fabula prolixa*, atque *inanis*. Notandum est, etiam hic esse ἔλλειψιν praepositionis ἀπὸ, vel ἐκ, et verbi ἐστί. B. Immo genitiui λόγων τοσούτων pendent a nomine ὄφελος, verbi aut κέρδος. vid. Abreschius obseruatt. miscell. vol. 10. p. 351. Sed potest haec forma loquendi etiam ita explicari, et nescio sane, an rectius, vt τί δέ μοι λόγων τοσούτων dictum putetur pro τί δέ μοι, καὶ λόγοις τοσούτοις; Certe Coluthus ita dixit, τί γὰρ πολέμων βασιλῆι; v. 147., et τί γὰρ σακέων Ἀφροδίτῃ; v. 159.

4. Τῶν

4. Τῶν μηδὲν ὠφελέντων vrbane dicitur, ficuti illud apud Horatium, *nec quae nihil attinent.* B. Locus eft 1. od. 19, 12. Μᾶλλον eft *immo.* vid. ad odar. 18, 10. Plaut. Merc. Prol. 32.

6. Nihil opus eft Barnefii πῶμα, cum vltima fyllaba τῦ πόμα produci poffit ante liquidam dupiici prolatam fono. B. Ἁπαλὸν πόμα Λυαίε eft *vinum lene*, *vinum molle.* Nam πῶμα, et πόμα, apud poëtas etiam *potum* fignificare, docuit Sucietius differt. ad Theophil. ad Autol. 2, 18. p. 434. f. Volf.

8. Barnefius de fuo Ionifmo repofuit χρυσέης pro χρυσῆς. Trochaeus eft fecunda fede, qui pes aequiualet iambo. B. Χρυσῆ Ἀφροδίτη eft *pulchella amicula.* Odar. 4, 15. κάλει δ' ἑταίρην· odar. 5, 14. 16. μετὰ κόρης βαθυκόλπε — χορεύσω· odar. 41, 22. f. παίζειν Μετὰ τῶν καλῶν γυναικῶν. Venus ipfa a poetis fere χρυσῆ Ἀφροδίτη [Poll. 7, 102.] dici folet: vid. Hefiod. Θεογ. 975 1005. Ἔργ. 65.: etiam πολύχρυσος· vid. Hefiod. Θεογ. 980. Ἀσπ. 8. 46. Ἔργ. 521.: ob eximiam fcilicet pulchritudinem. vid. ad odar. 14, 5.

9. Barnefius inuerfe fcripfit κάραν σέβεσι, quod non credat, primam τῦ κάραν communi dici tempore. Nobis religio eft, quod ait alicubi Profeffor egregius, magnis autoribus fraudem facere. B. Hefychius: Κάρα· κεφαλή· τῦτο Ἀττικοὶ διὰ τῦ α λέγεσι· Ὅμηρος δὲ Ἰακῶς κάρη. Euftath. ad Il. ύ p. 1193: 11. To. 2. Rom. ἡ δὲ τραγῳδία καὶ τὸ κρᾶτα λέγει ἀδετέρως, ὡς καὶ τὸ κάρα· ἡ δὲ κάρα τῶν νεωτέρων ἐστί. Πολιαὶ fimpliciter dictum eft pro πολιαὶ τρίχες· vid. odar. 52, 13.: vt Lat. *cani.* vid. Ouid. Metamm. 3, 516. Vnde πολιὸς dicitur *fenex.* vid. Theocrit. Idyl. 1, 44. Odar. 34, 2. eft πολιὰ ἔθειρα. Senfus eft, *tempora canent*, i. e. *fenex fum.*

10. Βάλλειν idem eft, quod ἐγχεῖν odar. 57, 3.: et ἐγκεράσαι odar. 38, 10. Vinum enim merum bibere, Scythis proprium fuit. Aelian. V. H. 2, 41. ἀλλὰ γὰρ προστιθέασιν αὐτῷ [Cleomeni Lacedaemonio] καὶ τῦτο δήπε τὸ Σκυθικὸν κακὸν, ὅτι ἀκρατοπότης ἐγίνετο — Σκυθῶν γὰρ ἴδιον τὸ πίνειν ἄκρατον. vid. Chamaeleon apud Athen. 10, 7. p. 427. C: quo ipfo auctore ἀκρατέστερον πιεῖν Lacones dixere ἐπισκυθίζειν. Conf. ad odar. 57, 8. et Spanhemius ad Ariftoph. Plut. 1133. cf. Hor. Od. II, 14; Tibull. III, 6,

11. Scite orditur a duobus fpondeis, quo ftuporem a vino morali exprimat rhythmo. B. Τὴν ψυχήν μυ κάρωσον eft *animum meum fopi f. fopora*, aut potius *obrue*, *fepi*, *me vino:* vt Sen. de prouid. c. 3. p. 314. To. 1. dixit *mero fe fopire:* h. e. *hilarem me redde* : *fac, vt curae*, *et folicitudines*, *me fugiant.* Conf. odar. 25. et 26. Hefychius: Καρωθείς· — μεθυσθείς. Suidas, et ex eo Phauorinus: Κάρος· ἡ ἐξ οἰνοποσίας ἐγγινομένη μέθη, καὶ παραφορά. Hefychius, et ex eo Phauorinus: Κάρα· τῆς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν πλησμονῆς.

12. Vtitur pede trochaico fecundo loco, vt faepe alias, atque in fequenti verfu. Pofuit etiam καλύπτεις in praefenti, ἐν ἀστεισμῷ, fiue ἠθικῇ ἐναλλαγῇ. B. Βραχὺ *breui*, *mox:* fere vt μικρὸν Ioh. 16, 16. Καλύπτειν eft *humare*, *terra obruere.* Pindarus Nemeonn. 8, 65. ita dixit χθονὶ γυῖα καλύψαι, et Perfes Anthol. 3, 32. 13. 4 καλύπτειν τάφῳ. Sed verba μὴ ζῶντα *mortuum*, θανόντα, poëtam iufferunt verbum καλύπτειν folum ponere. Caeterum verfus huius odarii funt iambei dimetri catalectici, fed anapaeftis, et fpondeis, contaminati.

ΛΖ΄ ΕΙΣ ΤΟ ΕΑΡ *

Ἴδε πῶς, Ἔαρος φανέντος,
Χάριτες ῥόδα βρύουσιν·
Ἴδε, πῶς κῦμα θαλάσσης
Ἁπαλύνεται γαλήνῃ·
Ἴδε πῶς νῆσσα κολυμβᾷ·
Ἴδε, πῶς γέρανος ὁδεύει·
Ἀφελῶς δ᾽ ἔλαμψε Τιτάν·
Νεφελῶν σκιαὶ δονοῦνται·
Τὰ βροτῶν δ᾽ ἔλαμψεν ἔργα·
Καρπὸς ἰτέας προκύπτει,
Καρπὸς ἐλαίας προκύπτει·
Βρομίου στέφεται νᾶμα·
Κατὰ φύλλον, κατὰ κλῶνα,
Καθελὼν ἤνθισε καρπός.

VARIETAS LECTIONIS

* εἰς τὸ ἔαρ *cod. Vatic. in marg. p. 687.: in quo hoc odar. est quartum, et quadragesimum.* 2. βρύουσι ῥόδα *cod. Vatic.* Χάριτος ῥόδα βρύουσι *Com.* βρύουσι *Steph. 2. Fab. aliique.* Κάλυκες ῥόδα βρύουσιν *coni. Menagius, auctore Regnierio. sine caussa: neque tamen inepte. vid. Vannus crit. p. 102. s. Si quid mutandum esset: Pauus legi malebat* Χάριτας. 3. 4. *omissi sunt in Analectis Bruncquii.* γαλήνῃ *cod. Vatic.* 5. κολυμβᾷ *cod. Vatic.* κολυμβᾷ νῆσσα *Mor.* 8. δινοῦνται *Barn.* 10. καρποῖσι γαῖα προκύπτει *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. 2. Parm.* καρποῖσι γῆ προκύπτει *Barn. Lam. e coni. Dan. Heinsii. Fabro totus versus delendus videbatur, vt Bruncquio. temere. vnde omissus est a Ioerd. Holst. Deg. 2. Born., sed in Arg. 1. 2. Deg. 1. Brig. vncinis inclusus.* Καρποῖσι γαῖα βρίθει *coni. Zeun. p. 81.* 12. Βρομίοιο *Mor.* στέφεται νάμα *cod. Vatic.* στέφεται *Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Stroth. Parm.* Βρομίου στέφεται τὸ νᾶμα *Barn. Lam. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born.* στέφεται κλῆμα *coni.*

coni. Pau. Βρομίȣ βρύει τὸ νᾶμα *coni. Zeun. p.* 82. Βρομίȣ τέφεται νᾶμα Κατάφυλλον κατὰ κλῶνα Καθ᾽ ἑλῶν ἤνθησε καρπὸς *coni. Salmaſ. in ep. ad Iſ. Voſſium ap. Bernard. ad Tho. Mag. p.* 191. 13. κλόνον *cod. Vatic.* κατὰ φύλλα, καὶ κατὰ κλῶνας, *Mor. Flaid.* 14. κατέχων *coni. Pau.* ἤνθησε *Steph. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met.* 1, 2. *Stroth. Born. Parm. recte.* καθ᾽ ὅλ᾽ ἀντέθηλε καρπὸς *coni. Valperga p.* 94. Κατὰ κλῶνα, καὶ τὸ φύλλον Ἑξῆς, *aut* καθεξῆς, *aut* καθαρῶς, ἤνθησε καρπὸς, *vel* Τέλος ἤνθισέν ἑ, *aut* ὁ, *aut* δὲ, καρπὸς *coni. Zeun. p.* 82. *ſ., pro ingenii ſcilicet ſui abundantia.*

ANNOTATIONES

ODE XXXVII

1. Poteſt diſyllabωs efferri τὸ Ἔαρος, vt ſupra, ἐν συνεκφωνήσει· vt nihil opus ſit Barneſii duplici anapaeſto. B. Conſerri cum hoc odario poteſt 1. od. 4. et 4. od. 12. Horatii: itemque Libanii ἔκφρασις ἔαρος p. 176. ſſ. To. 1. Mor.: Meleagri Idyllium in Ver, quod ſeorſim edidit Meinecquius Gottingae A. C. 1788 octonis: et Anthol. 1, 56. 4. 5. 6. 7. 8. 12. Ἦρος φανέντος ſic legitur ap. Theophyl. Simocat. ep. 1. p. 72. Comel.

2. Crediderim, a Graeco βρύειν deduci Latinum *ruere*, praeſertim vbi propellere, proruere, ſonat. B. Βρύειν eſt, hoc loco, *fundere, magna copia emittere, copioſe naſci iubere.* Iac. 3, 11. μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ πικρόν; Himer. ecl. 10, 13. p. 188. ἀλλὰ καὶ πᾶν, ὅ, τι βάλει τῶν ὅσα Μȣσῶν τε, καὶ Ἀπόλλωνος, λειμῶνες βρύασιν· vbi vid. Vernſdorfius: et orat. 1. p. 360. ὧραι δὲ λειμῶνας βρύȣσι. Heſychius: Βρύει· ῥέει, πηγάζει, ἀναβλύζει, πηδᾷ, ἀνίησιν, αὔξεται. Et Gratiae finguntur eſſe roſarum auctores, quia quicquid pulchrum eſt, et venuſtum, a Gratiis proficiſci putatur. Cyprian. ep. 16. p. 3[illegible]. Pamel. *Succeſſit hyemi verna temperies roſis laeta, et floribus coronata.* Vnde ver ab Aeſchylo Prometh. 454. dicitur ἀνθεμῶδες.

3. Trochaico vtitur pede in ſecunda ſede, ſicuti ſaepe alias, et mox in tertio verſu ab iſto; immo etiam et in quarto, modo τὸ γέρανος diſyllabωs efferatur: quod equidem faciendum puto. Conuenient numeri cum Barneſii Ionico ἀπ᾽ ἐλάσσονος. B. Verba ἴδε — γαλήνη reddi poſſunt verbis Virgilii ecl. 2, 2[illegible]. *Vide, quam placidum ventis ſtet mare.* Nam κῦμα ſunt *vndae, fluctus:* vid. ad odar. 35. 6.: et ἁπαλύνεσθαι per ſe eſt *molleſcere* Gloſſ. vett., vt γαλήνη *tranquillitas maris.* vid. Theocrit. Idyl. 6, 35. Suidas, ex Alexandro Aphrodiſ., v. ταυτὸν extr.: ὃ γὰρ γαλήνη ἐν θαλάσσῃ, τȣ̃το νηνεμία ἐν ἀέρι· ἡσυχία γὰρ ἄμφω.

6. Ὁδεύειν eleganter, hoc loco, poſitum eſt de *auibus, quae gregatim volant: ziehen.* De migratione gruum in calidiora loca e frigidioribus v. Aelianus H. AA. 3, 13., quem eius locum deſcripſit Apoſtolius Paroemm. 6, 8.: Cic. N. DD. 2, 49. ex Ariſtot. H. AA. 9, 10.: Herodo. 2, 22.: Heſiod. Ἔργ. 448. ſſ.: Ambroſius in hexaëm. 5, 14. ſ. p. 82. ſ. To. 1. Baſ.: Bochartius hieroz. 2, 1. 11. p. 70. To. 2.

7. Τιτὰν est *Sol*, ita dictus, quia genus ducere fertur a Titane, Saturni fratre: vt ap. Virgil. Aen. 4, 119. et Pseudorph. hymn. 7, 2. vid. Natalis Comes mythol. 6, 20. Aor. ἔλαμψε habet vim praesentis, vt v. 9. et 14.: et Sol dicitur λάμπειν ἀφελῶς, quatenus non latet obductus nubibus. Hesychius: Ἀφελής· ἀσινής, καθαρός. Sic *sol purus* est ap. Horat. 3. od. 29, 45.

8. Verno tempore nubila huc illuc volitant: neque eadem sede, qua prius, manent. B. Νεφελῶν σκιαὶ sunt *nubes vmbrosae*, *atrae*: et verbum δονεῖσθαι, quod fere *agitari*, *circumagi*, κινεῖσθαι, significat: v. odar. 39, 11.: recte hoc loco accipi potest ita, vt sit *fugari*, *fugere*. nam verno tempore caelum est fere serenum, neque nubilum: adeo, vt hoc versiculo afferatur caussa eorum, quae v. 7. dicta sunt.

9. Ἔργα proprie sunt *vrbes*, *templa*, et *arces*, quae iam solis radiis longe coruscant. Barnesius addit *agros*: quod equidem non inuiderim. B. Τὰ βροτῶν ἔργα sunt haud dubie h. l. *arua*, *sata*, τὰ γεώργια, maxime. v. Faber ad h. l. Bosius obseruatt. critt. 6. Villoison. ad Lex. Homer. Apollon. p. 664. Legitur sic nomen ἔργα ap. Hom. Il. β', 751. ε', 92. Hesiod. Θεογ. 903. Ἔργ. 549. Xen. Cyneg. 5, 12. Sed intellegi etiam debere videntur *viridaria*, *oleta*, *vineta*. Certe haec loca coluntur ab hominibus, et verba τὰ βροτῶν ἔλαμψεν ἔργα a poëta diligentius explicantur reliquis odarii versiculis. Λάμπειν autem dicitur *quicquid fulget*, *nitet*, *floret*, *laetum est*: vt *collucere* ap. Cic. N. DD. 2, 39.

10. Pro καρποῖσι γαῖα nos nunc primum reponimus καρπὸς ἰτέας. Certe, et sententia, et σύνταξις, videntur illud flagitare. Pronus erat error exscribentium in syllabis ΚΑΡΠΟΙΣΙΓΑΙΑ, et ΚΑΡΠΟΣΙΤΕΑΣ, praesertim cum diphthongo αι sit idem sonus, qui et vocali ε. Ordiuntur duo isti versus a dactylis, vt putat Barnesius. Verum cum prior syllaba in voce καρπὸς possit corripi, veluti inferius [odar. 53, 2.] in Μέλπομαι ῥόδον θερινὸν, ob tenuitatem liquidae: possunt et dactyli isti, qui videntur, pro anapaestis haberi. Quin et ε in voce ἐλαίας pro longa venire potest, per duplicatum sonum τοῦ λ, et media diphthongus pro breui: quod et Barnesio videtur. B. Emendatio Baxteri ista nobis non placet. Nam primum inepta est: poëta enim commemorare instituit bona, et ornamenta, Veris ea, quibus delectentur compotatores: quis igitur hic salici locus sit, quum conuiuae fere non reperiantur vsi esse coronis salignis, ἰτεΐνοις? Hesychius: Σάλιξ· ἰτέα· Ῥωμαῖοι· nam nonnullos interdum cinxisse tempora στεφάνοις λυγίνοις, non nescio: vid. fragmm. Anacr. 12. et Athen. 15, 3.: neque saliceta ab hominibus ita coluntur, vt referri inter ἔργα eorum possint: deinde superuacanea. nam e vulgata lectione sensus nascitur aptissimus. Terra, tanquam persona, dicitur προκύπτειν καρποῖσι *prospectare fructibus*, i. e. *frugibus*, *et floribus*, ita, vt Καρποῖσι γαῖα προκύπτει sit *Terram vestiunt fruges*, *et flores*. Memorantur flores, quia coronae conuiuales ex iis nectebantur: et quia in compotationibus maximus vnguentorum vsus erat, propterea v. 11. oleae laudantur. Nam καρπὸς ἐλαίας προκύπτει est *oliuae nascentes se ostendunt*: *oliuae nascuntur*: vt ap. Eustathium Amorr. Ismen. 1. p. 6. legitur, τῶν ῥόδων τὸ μὲν προκύπτει τῆς κάλυκος· ap. Himer. ecl. 20, 4. p. 270. ῥόδον ὀψὲ προκύπτει· et τιτθίον προκύψαν ap. Aristoph. Rann. 415.

12. De

12. De Βρομίε σέφεται νᾶμα nos, addita vna literula, nunc facimus Βρομίε σρέφεται νᾶμα· quo ſit plena σιγμῆ ad κλῶνα. Nihil hac emendatione certius, cum pergat Anacreon in elegantiſſima Veris pictura. In ſecundo loco trochaeo vtitur. Nam produci poteſt breuis vocalis ante aſpiratam, vt omnes norunt: ται etiam communi dicitur tempore. B. Senſus v. 12., vt eum Baxterus conſtituit, eſt, *ſuccus, latex, liquor, redit vitibus: latex Lyaeus redit.* Nam Βρόμιος eſt *Bacchus*; quo nomine odar. 21, 2. ipſum *vinum* ſignificatum eſt: et νᾶμα reſpondet Lat. *latex*. Vnde vinum vocatur Βακχᾶον νᾶμα ap. Ariſtoph. Eccleſ. 14., et νᾶμα Βάκχοιο Anthol. 2, 47. 34. 5., atque νᾶμα τὸ τε Βρομίε Anthol. 7, 132.: ſed a Lucretio 5, 14. ſ. *liquoris vitigeni latex*, et *latex Lyaeus* a Virgil. Aen. 1, 686. Conf. Gataquerus ad Anton. 5, 13. p. 174. ſ. Trai. et ad odar. 18, 12. 54, 10.

14. Καθελὼν ſignata vox eſt, et ſupprimitur ἑαυτόν. Καρπὸς enim figurate ponitur pro *pomario*. Quin et libenter aſſentior Barneſio, reponendum eſſe hoc loco ἤνθισε pro ἤνθησε, cauſa metri, cum in duobus extremis verſibus trochaicus pes ſit ſecundo loco: quod verſum efficit Barneſio dictum Ionicum ἀπ᾽ ἐλάσσονος. B. Apertum eſt, v. 13. ſ. pertinere tantum ad *vites*, non ad omnes arbores. Itaque κατὰ φύλλον eſt *in pampinis*, et κατὰ κλῶνα *in palmitibus*. Καρπὸς ſunt *vuae:* et καθελὼν accipiendum eſſe cum Baxtero arbitror, vt medium, ita, vt ſit *haerens, pendens.* Caeterum auctor odarii numeraſſe ſyllabas, abiecta legum metricarum cura, videtur. Voluit enim illud conſtare iambeis dimetris catalecticis.

ΛΗ΄ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Ἐγὼ γέρων μέν εἰμι,
Νέων πλέον δὲ πίνω·
Κᾂν δεήσῃ με χορεύειν,
Σκῆπτρον ἔχω τὸν ἀσκόν·
Ὁ νάρθηξ δ' ἐδὲν ἐςιν.
Ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι,
Παρέςω, καὶ μαχέσθω.
Ἐμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ,
Μελιχρὸν οἶνον, ἡδὺν,
Ἐγκεράσας, φόρησον.
Ἐγὼ γέρων μέν εἰμι·
Σειληνὸν ἐν μέσοισι
Μιμέμενος χορεύσω.

VARIETAS LECTIONIS

* ὡς ἑαυτὸν cod. Vatic. in marg. p. 687.: in quo hoc odar. est quintum, et quadragesimum. 3. Δέον με καὶ χορ. coni. Zeun. p. 83. 4. ἔχων cod. Vatic. γ' ἔχω coni. Zeun. p. 83. 5. ὁ νάρθηξ ἐδέν Baxt. Νάρθηξ γὰρ ἐδέν ἐςιν Barn. Lam. 6. Hic versiculus, et sequens, laudantur ab Hephaest. enchir. p. 16. Pau., Plot. de metris p. 1462. Putsch. et schol. Aristoph. ad Plut. 302.: v. 6. etiam ab schol. Hephaest. p. 86. 7. πάρεςι γὰρ, μαχέσθω Mor. Flaid. Barn. Lam. ex Hephaest. p. 16. Pau., Plotio d. l. et schol. Aristoph. ad Plut. 302. recte: etiam Zeun. p. 83. iudice: restituta est haec lectio a Stroth. Deg. 2. Ioerd. 9. μελίχρεν cod. Vatic. μελιχρῶν Parm. μελιχρὸν, οἶνον ἡδὺν coni. Pau. ἤδη Ioerd. e coni. Degen. inepte. 12. σιληνὸν cod. Vatic. ἐν μέσοις δὲ Barn. Lam. Stroth., prob. Zeun. p. 84. Σειληνὸν δ' ἐν μέσοισι Ioerd. e coni. Steph. ἐν νέοισι, aut ἐν νέοις δὲ, vel Σιληνὸν δ' ἐν νέοισι, coni. Pau.

ANNO

ANNOTATIONES

ODE XXXVIII

3. Diſyllabωs effertur τὸ δεήσῃ, per συνεκφώνησιν, et trochaicus pes eſt in ſecunda ſede. B.

4. Veteres ſaltabant ferulam, vel baculum, manu geſtantes. Praeſultor autem ipſius Bacchi ferulam, vel ſceptrum, gerebat. Atque hinc natum prouerbium, Πολλοὶ ναρθηκοφόροι, παῦροι δὲ Βάκχοι. Hic obiter aduertendum venit, ſaltandi conſuetudinem Bacchi, ſiue Solis, Orgiis originem ſuam debere, adeoque ſtrophas, atque antiſtrophas, planetarum conuerſiones retuliſſe: de quibus conſule eruditum Pindari ſcholiaſten Graecum. Iſte verſus incipit a trochaeo, ſiue iambo inuerſo. B. Senſus eſt, *pro baculo gero vtrem:* qui ſenum ſcipiones etiam ab Aeſchylo Agamemn. 75. vocantur σκῆπτρα· de quo vocabulo vid. Apollon. Lex. Homer. p. 722.: ſed Paulus Silentiarius Anthol. 6, 25. 5. 5. ſ. talem baculum appellat γηραλέον βάκτρον· et Macedonius conſul Anthol. 6, 16. 2. 6. σκηπάνιον· quos duos locos laudauit Suidas v. βάκτρον· et Callimachus epigr. 1, 7. σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον. Per τὸν ἀσκὸν intellegitur, aut omnino *omnis vter*, aut ſingulatim *is, quem acceperit poëta, praemii loco, victor.* Nam Athenis quidem Ἀνθεστηρίων Baccho ſacrorum die altero, cui Χόες nomen erat, indicebatur per praeconem certamen bibendi, vt, qui ebibiſſet, ſtans in vtre vino pleno, congium, is, praeter coronam, acciperet vtrem illum. v. Ariſtoph. Acharnn. 999. ſſ., ibique ſchol., et Meurſius Graec. Fer. in v. Ἀνθεστήρια.

5. Barneſius, quo vitet ſpondeum, ſecundo loco reponit Νάρθηξ γὰρ pro Ὁ νάρθηξ, de ſuo ingenio. B. Νάρθηξ eſt *ferula*, quae, ob leuitatem inſignem, baculorum vſum ſenectuti praebuit, auctore Plinio H. N. 13, 22. Sed geſtari etiam ab ebriis ſolebat, auctore Baccho. vid. Diod. Sic 4 p. 213. To. 1. Rhodom. Plutarch. ſympoſſ. 7, 10. p. 714. To. 2. Vech. Species ferulae fruticis extat ap. Bodaeum commentar. in Theophraſti hiſt. plantt. 6, 2. p. 583. add. index Palaephat. v. νάρθηκες. Caeterum ὁ νάρθηξ οὐδέν ἐστιν idem eſt, quod τί μοι τοῦ νάρθηκος; vt odar. 36, 3. τί δέ μοι λόγων;

7. Etſi Barneſius plures referat antiquos grammaticos, qui verſum iſtum legerunt, Πάρεστι γάρ, μαχέσθω, fuga ſcilicet ſpondei in ſecunda ſede: nobis tamen concinnior videtur vulgaris lectio; quaſi dicat, ſi quis, quod quidem in Bacchicis Orgiis vſu venire ſolet, ad manus venire ſtudet, nolo mecum ferulâ decertet, verum vtre vinario. nam ferulam praeſenti negotio alienam exiſtimo. Certe Πάρεστι γάρ, διὰ μέσα, et frigidum videtur, et duriuſculum. Quin et verbum πάρεστι hoc loco nimis foret ambiguum: imo magis ſonat *in promtu eſt*, quam *per me licet*, vti reddit Profeſſor. B. Lectio Πάρεστι γάρ, μαχέσθω, quum, non tantum auctoritate grammaticorum veterum, in primiſque Hephaeſtionis, nitatur, ſed etiam ſenſum commodiſſimum pariat, mutari a Baxtero non debebat, praeſertim quum παρέστω valde frigeat. Senſus enim loci eſt, *qui vult pugnare, rixari, is pugnet, rixetur: per me ei facere id licet.* Odar. 26, 7. Ὅπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω. Nam πάρεστι, ſequente infinitiuo alius verbi, qui hoc loco intellegi debet, eſt *licet.* vid. Herodo. 3, 122. Aeſchyl. Prometh. 759. Ariſtoph. Plut. 815.

815. Et μάχαι πάροινοι commemorantur odar. 42, 13.: quo in genere Horatius quoque 1. od. 27, 1. verbo *pugnare* vsus est.

10. Sensus est, *ministra mihi poculum, puer:* vt odar. 26, 8. Φέρε μοι κύπελλον, ὦ παῖ. Μελιχρὸν, quod Pauus ad κύπελλον pertinere putabat, recte referri ad οἶνον potest. vid. fragmm. Anacr. 19, 1. Nam homines hilares cumulare solent verba fere idem significantia, quum loquuntur de re ipsis praecipue grata, sublatis etiam orationis vinculis: ita, vt οἶνος hoc loco dicatur ἡδὺς ratione *linguae*, et *palati*, μελιχρὸς ratione *animi*. Sed pro μελιχρὸν fortasse legi debet μελίφρον', assentiente Valio p. 131. Hesychius: Μελίφρονα· προσηνῆ, καὶ ἡδέα, διὰ τὸ γλυκαίνειν τὰς φρένας· καὶ μελίφρων, τὸ αὐτό. Certe ab Homero, et οἶνος, et πυρὸς, vocatur μελίφρων· vid. Il. ζ', 264. θ', 188., vt σῖτος ab Dionys. Perieg. 743. Caeterum quo spectet verbum ἐγκεράσας, intellegi potest e verbis odar. 36, 10. Δὸς ὕδωρ, βάλ' οἶνον. Ap. Homer. Il. θ', 189. est οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν.

12. Hyperbaton est. ordo enim est, μιμέμενος Σειληνὸν χορεύσω ἐν μέσοισι. Ideo Silenum nominauit, quia senex. Barnesius ἐν μέσοις δὲ reposuit, nimis dure: quod ἀσύνδετον non ferret. B. Silenus fertur fuisse paedagogus Bacchi, senex, ventriosus, chorearum amator. vid. Pseudorph. hymn. 53, 1. s. Ouid. Metamm. 4, 26. 11, 90. s. Imaginem eius exhibet e libris Augustini, Gorlaei, et Spanhemii, Perizonius ad Aelian. V. H. 3, 18. Σειληνὸν, vel Σιληνὸν, μιμέμενος dictum est, vt ap. Aristoph. Plut. 290. τὸν Κύκλωπα μιμέμενος· et ἐν μέσοισι est *omnibus spectantibus:* vt Matth. 14, 6. ὠρχήσατο ἐν τῷ μέσῳ. Laërt. 6, 69. αὐτόθι πάντα ποιεῖν ἐν τῷ μέσῳ. Hom. Il. τ', 364. ἐν δὲ μέσοισι κορύσσετο δῖος Ἀχιλλεύς. v. Doruillius ad Charit. p. 547. s. Caeterum de Silenis, eorumque, et Faunorum, Satyrorum item, et Panum, differentia extat docta dissertatiuncula Heinii V. C. in opusculo, quod inscribitur *Sammlung antiquarischer Aufsaetze*, P. 2, 2. p. 53. ss. Et poëta huius quoque odarii metrum voluit esse metrum Anacreonticum.

ΛΘ' ΕΙΣ

ΛΘ΄ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ.

Ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Τότε μευ ἦτορ ἰανθὲν
Λιγαίνειν ἄρχεται Μούσας.
Ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Ἀποῤῥίπτονται μέριμναι,
Πολυφρόντιδές τε βουλαὶ,
Ἐς ἁλικτύπους ἀήτας.
Ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Λυσιπαίγμων τότε Βάκχος
Πολυανθέσιν μ᾽ ἐν αὔραις
Δονέει μέθῃ γανώσας.
Ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Στεφάνους ἄνθεσι πλέξας,
Ἐπιθεὶς δὲ τῷ καρήνῳ,
Βιότου μέλπω γαλήνην.
Ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Μύρῳ εὐώδεϊ τέγξας
Δέμας, ἀγκάλαις δὲ κούρην
Κατέχων, Κύπριν ἀείδω.
Ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Ὑπὸ κυρτοῖς δὲ κυπέλλοις
Τὸν ἐμὸν νόον ἁπλώσας,
Θιάσῳ τέρπομαι κούρων.
Ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Τόδε μοι μόνον τὸ κέρδος·
Τόδ᾽ ἐγὼ λαβὼν ἀποίσω·
Τὸ θανεῖν γὰρ μετὰ πάντα,

VARIETAS LECTIONIS

* *ἐς συμπόσιον τȣ̃ αὐτȣ̃ cod. Vatic. p. 688.: in quo hoc odar. eſt duodequinquageſimum.* 2. *τότε μὲν cod. Vatic. τότ' ἐμεῦ ἰανθὲν ἦτορ Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. Ioerd. At etiam odar. 3, 9. 33, 6. eſt μεῦ. Zeun. p. 84. coni. τότε κῆρ ἐμȣ̃ ἰανθέν.* 3. *Μȣ̃σας λιγαίνειν ἄρχεται Mor. Flaid. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born. Ioerd. Μȣ̃σας ἄρχεται λιγαίνειν Barn. Lam. ἡδ', h. e. ἡδὺ, aut λιγέ', h. e. λιγέα, ἄρχεται λιγαίνειν, omiſſo τῷ Μȣ̃σας, coni. Zeun. p. 84. inepte. Ἄγεται Μȣ̃σας λιγαίνειν coni. Val. p. 131. male.* 5. *ἀπορίπτανται cod. Vatic. ἀπορίπτεται μέριμνα Barn. Lam., prob. Zeun. p. 84.* 6. *πολυφροντίδες τε Baxt. δὲ Lam.* 7. *αὔτας Flaid.* 9. *ὅτε μοι β. cod. Vatic. τότε λυσιπαίγμων B. Mor. Φιλοπαίγμων τότε Barn. Lam. e coni. Fabri. Λυσιπράγμων coni. Pau. Λυσιπήμων coni. Pierſonius Veriſimm. p. 231.: quod recepp. Brunequ. Analectt. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Ioerd. Stroth.* 10. *πολυανθέσιν ἐν αὔραις cod. Vatic. ἐν ὥραις Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born. Ioerd. e coni. Salm. ἐν αὐλοῖς coni. Dacier. ἐν αὐλαῖς coni. Zeun. p. 85. temere.* 11. *Δοκέει Lam., operarum incuria.* 14. *τε Met. 1. 2. τῶι καρήνωι cod. Vatic.* 15. *Μέλπω βιότȣ γ. Barn. Lam. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. minus numeroſe. μέλπω βίȣ γαλήνην coni. Valp. p. 94.* 17. *μύρωι cod. Vatic. εὐώδει Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born.* 18. 19. *omiſit Foppenſ.* 21. *ὑποκύρτοις coni. Fab. ὑποκύρτοισι κ. Barn. Lam. Stroth., prob. Pauo. ὑπὸ κυρτοῖσι κ. Brunequ. Analectt. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. Ioerd. κυρτοῖσιν ἐν κυπέλλοις coni. Zeun. p. 85.* 22. *νόον γ' Barn. Lam. ſine cauſſa. vid. Arnald. animaduerſſ. p. 39.* 23. *Θιάσῳ γέγηθα κ. Barn. Lam. τέρπομ' ἑταίρων coni. Pau., prob. Zeun. p. 86.* 25. *τόδ' ἐμοὶ Arg. 1. 2. Deg. 2. Holſt. Brig. Born. Ioerd. τȣ̃το μοι μόνωι cod. Vatic. μόνῳ Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Barn. Lam. Met. 1. 2. Parm.* 26. *τȣ̃τ' ἐγὼ cod. Vatic. ὃ λαβὼν ἐγὼ ἀπ. coni. Pau.* 27. *τὸ θανεῖν γὰρ δεῖ μετὰ πάντων cod. Vatic. ſed δεῖ ſuperſcriptum eſt. πάντων Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Barn. Lam. Met. 1. 2. Parm. recte.*

ANNOTATIONES

ODE XXXVIIII

3. Barneſius conſueta ſibi audacia verſum iſtum intervertit, vt ſit Μȣ̃σας ἄρχεται λιγαίνειν, ſpondeo, et tribus trochaeis: et Stephanum deridet, qui dicit acatalecticum. Equidem exiſtimo, tam in hoc, quam in priore, trochaeum poni ſecundo loco, et diphthongum αι in λιγαίνειν, et in ἄρχεται, breuis eſſe temporis: vt ſit Barneſii verſus Ioni-

cus

cus ἀπ' ἐλάσσονος. B. Μευ ἦτορ idem eſt, quod ἐγώ· vt odar. 36, 11. τὴν ψυχήν μȣ, h. e. ἐμέ· et odar. 42, 9. φθόνον ȣ̓κ οἶδ' ἐμὸν ἦτορ, h. e. ἐγώ. Heſychius: Ἦτορ ἡ ψυχή, θυμὸς, στῆθος. Ἰαίνεσθαι valet *gaudere, laetari, exultare*: Heſychius: Ἰαίνομαι· εὐφραίνομαι· item: Ἰάνθη· ἐχάρη, διεχύθη, ηὐφράνθη· ſunt gloſſae Homericae: vid. Odyſ. τ', 537 ο, 165.: et λιγαίνειν non differt a verbo μέλπειν v. 15.: vt odar. 62, 4. Heſychius: Λιγαίνει — ᾄδει. Suidas: Λιγαίνων· ὑμνῶν, κηρύσσων. Phauorinus, neſciebam vnde: Λιγαίνω τὸ ὑμνῶ ποιητικῶς. Verſ. 19. eſt Κύπριν ἀείδω. Caeterum ex eo, quod diphthongus αι v. 3. 5., et vocalis ω v. 15., correptae legantur, collegit Arnaldus animaduerſſ. p. 29. 35., hoc odarium eſſe a poëta quodam recentiore profectum.

5. Profeſſor Graecus numero poſuit ſingulari Ἀποῤῥίπτεται μέριμνα. Obſtupuit enim viſo ſpondeo in ſecundo loco: et tamen poſſit iſte ſpondeus haberi trochaeus. B.

7. Παροιμιακόν eſt. *Irrita ventoſae rapiebant verba procellae,* inquit Statius ſecundo Achilleidos [v. 286.]. B. Ἀῆται *venti, flamina,* eſt verbum Homericum: quod Homerus ponit, vel ſimpliciter, vt Odyſ. ί, 139.: vel ei iungit nomen ἄνεμος, vt Il. ξ', 254. ό, 626.: vt Heſiodus Ἔργ. 675. ſcripſit, νότοιό τε δεινὰς ἀήτας. vid. index Palaephat. v. πνεύματα. Heſychius: Ἀήτης· ἄνεμος, ἀρσενικῶς. Plato Cratyl. 25. οἱ γὰρ ποιηταί πȣ τὰ πνεύματα ἀήτας καλȣ̃σιν. add. ſchol. Sophoclis ad Aiac. 684. Ἀῆται ἁλικτύποι ſunt *venti aequorei* [Ouid. Trr. 1, 8. 358.], h. e. *agitantes aequora* [Ouid. Trr. 2, 149.]. Sed βȣλαὶ πολυφρόντιδες ſunt vno verbo *ſolicitudines*. Fragmm. 2, 9. ſ. Ἐμῶν φρενῶν μὲν αὔραις φέρειν ἔδωκα λύπας. Theocritus p. 295. Reiſqu. Αἱ δὲ ταῦτά γε φέρειν ἀνέμοισιν ἐπιτρέπεις. Horat. 1. od. 26, 1. ſſ. *triſtitiam, et metus, Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis.* add. infra odar. 41, 13. ſ. Vocabulum πολύφροντις Stephanianus Theſaurus non habet: ſed Sap. 9, 15. legitur νȣ̃ς πολύφροντις, h. e. *ſenſus multa cogitans*, vt vertit interpres Latinus vetus.

9. Fruſtra Faber hic reponit φιλοπαίγμων, cum λυσιπαίγμων eiuſdem figurae ſit, atque λυσιτελής· hoc enim eſt *qui tribuit reditum*, vel *vectigal*, illud autem *qui tribuit luſus*. Barneſius aſſentit Fabro, quod non credat, vocalem Y in prima ſyllaba eſſe communi tempore. *Baxtero*, inquit, *alia mens, ſed metri neſcia.* Baxter ille mallet haerere in metris, quam magnis autoribus fraudem facere. Aduertendum, et trochaeum eſſe ſecundo loco; ſicuti et in Στεφάνȣς ἄνθεσι πλέξας. B. Aſſentior Baxtero, ita, vt λυσιπαίγμων ſit *laetitiae dator*, vt Bacchus appellatur a Virgilio Aen. 1, 734.: idem, quod φιλοπαίγμων odar. 42, 2.: quum a laetitia ioci non ſint ſeiuncti. Xen. Sympoſ. 2, 24. ὁ οἶνος — τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. Nam primo vocabulum λυσιτελής ſatis docet, Graecos verbo λύειν etiam *dandi*, et *tribuendi*, notionem ſubiecisse: deinde, id quod maximum eſt, ipſum attributum Bacchi, μὴ δονέει γυνώσας, requirit appoſitum, quo laetitiae, et hilaritatis, auctor indicetur, adeo, vt nec hanc ob cauſſam λυσιπαίγμων mutari cum Pauo in λυσιπράγμων, aut cum Pierſonio in λυσιπήμων, poſſit: quae vocabula idem valent, quod λυσιμελής ap. Heſiod. Θεογ. 121. 911. et λυσιμέριμνος Anthol. 1, 38. 11, 12. vid. ad odar. 27, 2.: vbi Bacchus dicitur λυσίφρων. Vocabulum λυσιπήμων ipſum legitur ap. Pſeudorph. hymn. 1, 11. 58, 20.

10. Αὖραι πολυανθεῖς sunt *aurae*, non *coronae*, *odorae* s. *odoriferae*: quatenus odor existit e floribus variis. Vinum enim, et vnguenta, non magis, quam flores, e quibus nexae erant coronae compotatorum, hoc est, rosae, hyacinthi, lilia, exspirasse intelleguntur facile odores suaues, et gratos, iisque triclinia replesse. Sic θυώδεες αὖραι ap. Nonnum Dionyss. 18, 100. et φιλεύιος αὔρη ap. eundem paraphr. euang. Ioh. 2, 38. Δονέειν, verbum Homericum: vid. Il. ρ΄, 55.: vt πολυανθής vid. Odyss. ξ΄, 353.: est *circumagere*, *exultare*, *choreas ducere*, *iubere*. Hesychius: Δονεῖ· κινεῖ, ταράσσει, σαλεύει. Et γανοῦν est *bilarem reddere*. nam ductum est a nomine γάνος, quod etiam de *laetitia*, et *gaudio*, dicitur. Hesychius: Γάνος· — χάρμα. Vsus est hac verbi forma Aristoph. Acharnn. 7.: vbi ad illustrandam glossam ἐγανώθην schol. attulit haec, ἐχάρην, ἐφαιδρύνθην· ἀπὸ τοῦ γάνυμαι· Ὅμηρος [Il. ν΄, 493.], Γάνυται δὲ φρένα ποιμήν· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν λαμπρυνομένων χαλκωμάτων. Nam pro γανοῦν dicitur etiam γανύειν. Hesychius: Ἐγάνυσαν· — χαρῆναι ἐποίησαν. Conf. odar. 8, 3.

13. 14. Sensus est, *cinctus tempora sertis floreis*. Flores isti erant fere rosae, et lilia, et hyacinthi: vid. odar. 31, 7. s. 42, 5.: Theocrit. Idyl. 10, 28. s.: Pollux 6, 106: et verbum πλέκειν est verbum hoc in genere proprium. Aelianus V. H. 2, 41. p. 175. To. 1. Gron. Καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἀνθινοὺς, καὶ τοὺς ἐκ τῆς μυῤῥίνης, καὶ τὸν ἐκ τοῦ κιττοῦ, καὶ τὸν ἐκ τῆς δάφνης, ἐνταῦθα ἀνέπαυσε, καὶ ἀπέλιπε. Pindar. Isthmionn. 8, 147. s. Πλεκέτω μυρσίνας Στέφανον. Aristoph. Ecclesf. 839. Στέφανοι πλέκονται· Thesmophorr. 407. s. ἐάν τις πλέκῃ Γυνὴ στέφανον.

15. Et hic etiam temere Barnesius inuertit Βιότου μέλπω in Μέλπω βιότου· quod nesciret, τὸ μέλπω modo esse iambum, ob tenuitatem liquidae consonantis. B. Vt odar. 53, 2. 58, 2. Βιότου γαλήνη est *securitas*, *otium*, *et tranquillitas*, *vitae*.

18. Et hic poëta trochaico pede vsus est secundo loco: sicut et inferius in Κατέχων, Κύπριν ἀείδω, et in Ὑπὸ κυρτοῖς δὲ κυπέλλοις. B. Μύρῳ εὐώδεϊ τέγξας Δέμας est *vnguentis nitens*. Odar. 41, 22. μεμυρισμένος. Hesychius: Εὐώδει· εὐόδμῳ· item: Τέγγει· βρέχει, ὑγραίνει, σάζει· et: Δέμας· σῶμα. Aeschyl. Prometh. 400. s. παρειὰν Νοτίοις ἔτεγξα παγαῖς· Perss. 538. ss. διὰ μυδαλέοις Δάκρυσι κόλπους Τέγγουσ᾽. Gloss. vett. Εὐώδης *Suauis*, *bene olens*. Ἀγκάλαις κατέχειν est Lat. *vlnis amplecti*. vid. Ouid. Metamm. 11, 63.

21. Barnesius sola coniectura nisus pro Ὑπὸ κυρτοῖς δὲ reposuit Ὑποκύρτοισι, deleto δὲ, quod putat inutile. B. Ἁπλοῦν τὸν νόον est *explicare*, *laxare*, *bilaritati dare*, *animum*: *diffundere animum* [Ouid. Metamm. 4, 765.]. Ποτήρια κυρτὰ sunt *pocula conuexa*, *caua*, h. e. *magna*, *profunda*: quo sensu odar. 17, 5. erat ποτήριον κοῖλον. Nam magis arridet vulgata lectio ὑπὸ κυρτοῖς, ita, vt ὑπὸ sit *ad*, vt odar. 6, 4. ὑπὸ βαρβίτῳ.

22. Carminis statuminandi causa Barnesius, vt ipse ait, de νόον fecit νόον γ᾽, nescius, sequentem aspirationem modo facere positionem. B. Vid. Arnaldus animaduerss. p. 39.

23. Idem hic eximius Professor, deleto τῷ τέρπομαι, reposut γέγηθα, suo de cerebello: puto, quod non crederet, diphthongum αι posse

corripi

corripi ante consonantem. Et hic, et in vltimo versu, trochaeus est in secundo loco. B. Homer. Il. ή, 61. τερπόμενοι ἀνδράσι. Θίασος κέρων sunt *pueri sodales*. Caeterum de θιάσοις, et θιασώταις, proprie ita dictis, h. e. de *sodalitiis*, *collegiis ad cultum dei alicuius*, *vel deae*, vt Bacchi, Apollinis, Dianae, *institutis*, *eorumque sodalibus*, *et collegis*, v. Salmasius ad I. A. et R. p. 146. s. et Dalius differtt. ad Marmora antt. 9, 1.: sed legi etiam potest Spanhem. ad Aristoph. Plut. 508., et Albertius ad Hesych. p. 1686. et p. 1717. To. 1. Zonaras Lex. MS. ap. Albertium ad Hesych. p. 1717. To. 1. Θίασος· τὸ ἀθροιζόμενον πλῆθος ἐπὶ τιμῇ θεȢ. Sed hoc nomen saepe ita ponitur, vt sit omnino *collegium:* vt ap. Theodoret. Θ. ΠΠ. ΕΕ. 5. p. 78. 3. Sylb. ἅπαντα τῶν Ἀποςόλων τὸν θίασον· et *multitudo*, ἄθροισμα, πλῆθος, σύλλογος, χορός. vid. Harpocratio, et Hesychius, et Suidas, h. v.

25. Pro μόνῳ, quae nihili vox est, facili negotio μόνον reposui, idque licet renitente Professore. B.

26. Ἀπολέσω ἐν ἀςεϊσμῷ dictum est. nam morale verbum est. B. Verte, *fruar hoc bono.*

27. Pro μετὰ πάντων haud dubie est reponendum μετὰ πάντα· etsi Professor contra stet. B. At etiam μετὰ πάντων recte habet, vt sit *tandem.* nam particulae μετὰ sic non raro secundus quoque casus additur. v. Raphelius ad Marc. 10, 30. Δεῖ in cod. Vatic. superscriptum est interpretationis caussa. Caeterum huius quoque odarii metrum poëta voluit esse metrum iambicum dimetrum catalecticum.

Μ′ ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ *

Ἔρως ποτ᾽ ἐν ῥόδοισι
Κοιμωμένην μέλιτταν
Οὐκ εἶδεν, ἀλλ᾽ ἐτρώθη·
Τὸν δάκτυλον δὲ δαχθεὶς
Τᾶς χειρὸς ὠλόλυξε.
Δραμὼν δὲ, καὶ πετασθεὶς,
Πρὸς τὴν καλὴν Κυθήρην,
Ὄλωλα, μᾶτερ, εἶπεν,
Ὄλωλα, κἀποθνήσκω·
Ὄφις μ᾽ ἔτυψε μικρὸς
Πτερωτὸς, ὃν καλοῦσι
Μέλιτταν οἱ γεωργοί.
Ἁ δ᾽ εἶπεν, Εἰ τὸ κέντρον
Πονεῖ τὸ τᾶς μελίττας·
Πόσον, δοκεῖς, πονοῦσιν,
Ἔρως, ὅσους σὺ βάλλεις;

VARIETAS LECTIONIS

* ἄλλο εἰς ἔρωτα *cod. Vatic. in marg. p.* 685.: *in quo hoc odar. est tertium, et tricesimum.* 1. πότ᾽ *cod. Vatic.* 2. μέλισσαν *Arg.* 2. *Brig. Born. Ioerd.* 3. ἐτρώθη Τὸν δάκτυλον. Πατάξας τὰς χεῖρας ὠλόλυξε *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born. Ioerd.* 4. δηχθεὶς *Barn.* δεχθεὶς *Lam.*, *operarum incuria.* τὸν δάκτυλον παταχθεὶς τὰς χεῖρας ὠλόλυξε *cod. Vatic.* 5. τῆς *Barn. Lam.* 8. Ωλωλα, *bis, Steph.* 2. *Flaid. Macrop. Lam.* μῆρ *cod. Vatic.* μῆτερ *Val. p.* 131. *Arg.* 2. *Brig. Born. Ioerd.* 9. κ᾽ ἀποθνήσκω *Steph. Mor.* καπὸθνήσκω *cod. Vatic.* 11. καλοῦσιν *cod. Vatic.* 12. μελίττην *Val. p.* 131. μέλισσαν *Arg.* 2. *Brig. Born. Ioerd.*: *qui tamen odar.* 42, 11. *retinuere* γλώττης. 13.

Ἡ

Ἡ δ' *Barn. Lam. Arg. 2. Brig. Born. Ioerd. Val. p.* 131. τῷ κέντρῳ Πονᾶς σὺ τᾶς μ. *coni. Pau. sine caussa.* 14. τῆς μελίττης *Barn. Lam. Val. p.* 131. τὰς μελίττας *cod. Vatic.* τῆς μελίσσης *Arg. 2. Brig. Born. Ioerd.*

ANNOTATIONES

ODE XXXX

Conferri cum hoc odario potest Theocriti Idyl. 19., quod transtulit Stobaeus in Eclogg. ethth. c. 61. p. 390. Turic. Vtrumque carmen illustrauit singulari libello Lindnerus, Arnstadii A. C. 1773. 4. edito.

1. Mire conuenit sermo Doricus, vtique rusticior, simplicitati huius fabellae. B. *ρεδ. cf. Hom. Il. β. 89. Tibull. II, 1, 49.*

3. Hinc videtur esse illud, quod in quarto Georgicorum [v. 458. f.] Virgilii de Eurydice narratur, *Immanem ante pedes hydrum moritura puella Seruantem ripas alta non vidit in herba.* B. Particula ἀλλὰ habet vim copulandi orationem: vt ap. Plat. Sympos. 20. ἀλλὰ παρίημι, φάναι τὸν Φαῖδρον, ἀλλ' ἐρώτα. Doruillius ad Charit. p. 296. eam docet idem valere, quod ἀλλ' οὖν, et ἀλλ' ὅμως. Nam Cupido fingitur sequi rosas, vt nectat sibi inde corollas. vid. odar. 59.

4. Barnesius εὐστομίας ignarus reposuit δηχθεὶς, et sequenti versu τῆς. Quis non videt κακοφωνίαν τᾶ Δάκτυλον δηχθείς? Contra posito Dorismo ter recurret idem sonus. B. Παταχθεὶς, quod iam Doruillius e codice Vaticano attulit ad Charit. p. 266., vsui quidem loquendi non repugnat, nam apicula dicitur πατάσσειν τὴν χεῖρα, h. e. *aculeo pungere, laedere*, ap. Achil. Tat. 1. p. 77. Salm.: quod Theocritus Idyl. 19, 1. κεντεῖν, v. 3. ὑπονύττειν, v. 6. τραύματα ποιεῖν, dixit. Sed leges linguae particulam δὲ abesse vetant, iudice etiam Zeunio p. 86. Δάκτυλα χειρῶν dixit etiam Palladas Anthol. 2, 50. 11., vt Theocritus Idyl. 19, 2. f. ἄκρα χειρῶν δάκτυλα.

5. Phauorinus, nesciebam vnde: Ὀλολύζω· — μετὰ κλαυθμοῦ, καὶ κραυγῆς, τὴν φωνὴν ὑψῶ. vt ap. Homer. Odyss. δ', 767. vid. Strunzius dissert. de vlulatu in sacris Mineruae f. 1. Ap. Achil. Tat. 1. p. 77. est ἀνέκραγεν. Theocritus d. l. v. 4. habet τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἅλατο. Hinc intell. Cic. Tusc. 2, 22. *qua* [voluptate] *quum liquescimus — apis aculeum sine clamore ferre non possumus.*

6. Et velis, et remis, vti dici solet, hoc est, anseris ritu, quo velocius properaret, currendo volauit, et volando cucurrit. Theocritus etiam in hanc materiam suauissimum Eidyllion [19.] composuit, quod vide. Barnesius reposuit [v. 13.] Ionicum Ἡ δ', vt et in sequenti versu, τῆς μελίττης. inani opera. B. Aor. pass. πετασθεὶς, *volans*, habet vim medii, ductus a verbo πέταμαι [odar. 2, 6. 9, 2.], vel πετῶμαι· v. index Palaephat. v. πέτεσθαι· vt ap. Aristotelem H. AA. 9, 40. p. 440. D E To. 2. Duual. legitur ἐκπετασθῶσι, et ἀποπετασθῇ.

9. Verte

9. Verte *Perii!* [Terent. Andr. 1, 3. 8.] *occidi!* Suidas: Ὄλωλα· ἀπόλωλα. Phauorinus, ex Georgii Lecapeni gram. [v. Matthaeius lectt. Mosquenss. vol. 1. p. 72.]: Ὄλωλα δὲ, καὶ ὀλώλεκα, ὀ συνήθεις, ὀ μήπω σπάνιον, καὶ παρὰ ποιηταῖς.

10. Τύπτειν idem est, quod ap. Theocritum d. l. v. 1. 3. verba κεντᾶν, et ὑπονύττειν· apud quem verbum τύπτειν Idyl. 10, 4. legitur de spina pedem ouiculae sauciante.

14. Πονεῖν, hoc loco, actionem indicat, *vrere*, *dolorem afferre* s. *ciere: dolore afficere:* vt ap. Pindar. Pythionn. 4, 268., iam a Metario laudatum: intell. σέ· Latini verbo *dolet* ita addunt datiuum nominis personae, vel rei: vid. Plaut. Amphitr. 3, 2 41.: ap. Theocrit. d. l. v. 6. est τραύματα ποιεῖν· sed v. 15. passionem exprimit: vt odar. , 2.: quo ipso loco v. 27. legitur verbum τύπτειν de Cupidine, vt oestro, eo sensu, quo hic positum extat verbum βάλλειν, *sagittis*, *telis*, *vulnerare.* Caeterum versus huius odarii sunt iambei dimetri catalectici.

ΜΑʹ ΕΙΣ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.

Ἱλαροὶ πίωμεν οἶνον,
Ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον,
Τὸν ἐφευρετὰν χορείας,
Τὸν ὅλας ποθοῦντα μολπὰς,
Τὸν ὁμότροπον Ἔρωτι,
Τὸν ἐρώμενον Κυθήρης·
Δι᾽ ὃν ἡ Μέθη λοχεύθη,
Δι᾽ ὃν ἡ Χάρις ἐτέχθη,
Δι᾽ ὃν ἀμπαύεται Λύπα,
Δι᾽ ὃν εὐνάζετ᾽ Ἀνία.
Τὸ μὲν οὖν πόμα κερασθὲν
Ἁπαλοὶ φέρουσι παῖδες·
Τὸ δ᾽ ἄχος πέφευγε μιχθὲν
Ἀνεμοτρόπῳ θυέλλῃ.
Τὸ μὲν οὖν πόμα λάβωμεν·
Τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν.
Τί γάρ ἐστί σοι τὸ κέρδος
Ὀδυρωμένῳ μερίμνας;
Πόθεν οἴδαμεν τὸ μέλλον;
Ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος.
Μεθύων θέλω χορεύειν,
Μεμυρισμένος δὲ παίζειν,
Μετὰ τῶν καλῶν γυναικῶν.
Μελέτω δὲ τοῖς θέλουσιν,
Ὅσον ἐστὶν ἐν μερίμναις.
Ἱλαροὶ πίωμεν οἶνον,
Ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον.

VARIETAS LECTIONIS

τῦ αὐτῦ εἰς συμπόσιον *cod. Vatic. p. 685.: sed in margine adſcriptum extat* ἄλλο· *quo in cod. hoc odarium eſt ſextum, et triceſimum.* 1. λιαρὸν πίομεν *cod. Vatic., non improb. Salmaſio.* 3. ἐφευρέτην χορείης *Barn. Lam.* ἐφευρέταν *cod. Vatic.* 5. γ' Ἔρωτι *Barn. Lam.* ὁμότροφον *affert Barn.* 7. δι ὃν *cod. Vatic., etiam v. 8. 9. 10.* δι' ὃν μέθη *Lubin.* 8. τ' ἐτέχθη *Barn. Lam.* 9. ἀμπαύετο Λύπη *Barn.* 10. Ἀνίη *Barn. Lam. Sed Lamius v. 9. omiſit omnino: quem etiam Zeun. p. 87. ſpurium eſſe putabat, temere.* 11. πῶμα *cod. Vatic.* πῶμα *Barn. Lam., vt odar. 36, 6.* 14. ἀνεμοτρόφωι θυέλλῃι *cod. Vatic.* Ἀνεμοτρόφῳ *Barn. Holſt. e coni. Fabri, prob. Pauo.* ἀνεμοτρόφῳ *Lam. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born. Ioerd.* ἀνεμοτρεφεῖ *coni. Zeun. p. 88.: quod etiam Brunckius probabat in Arg. 2. p. 126.* 15. πῶμα *Barn. Lam., prob. Zeun. p. 88., qui tamen etiam* ποτὸν *legi poſſe putabat.* 16. τὰς φροντίδας *coni. Zeun. p. 88.* 17. ἔτι σοι κέρδος *cod. Vatic. Steph. Com. Lubin. Fab. Met. 2.* ἔςιν σοι κέρδος *coni. Pau.* ἐσσί σοι τὸ κ. *Lam. vitioſe.* τί σοι γάρ ἐςι κέρδος *Mor. Flaid., prob. Zeun. p. 88.* τί γάρ σοί ἐςι κέρδος *Met. 1.* 18. ὀδυρώμενος μεριμναις *cod. Vat.* μερίμναις *Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Barn. Lam. Met. 1. 2. Brunck. Analect. Parm.* ὀδυνωμένῳ μερίμναις *coni. Aem. Portus: quod recepit Barn., et poſt eum Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. Ioerd., prob. etiam Zeun. p. 89. Caeterum in cod. Vatic. p. 686. ineunte v. 17. et v. 18. repetiti leguntur.* 23. Μετὰ καὶ κ. *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Barn. Lam. Met. 1. 2. Brunck. Analect. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. recte, credo.* ἑταίρων, *pro* γυναικῶν, *Foppenſ. Ante hunc verſiculum inſeruit Barn. in ſuo exemplo iſtum,* Μετὰ τῶν καλῶν ἐφήβων· *ſed vncis tamen incluſum. Barneſium ſequutus eſt Lam. Val. p. 132. inſeri malebat verſum hunc,* μετὰ τῶν καλῶν τε παίδων. *Brunck. ſpatium reliquit vacuum, vt Deg. 1. 2. Holſt. Brig.* 24. θέλει *cod. Vatic.* 25. ὅσον ἐςὶν τῶν μεριμνῶν *Ioerd. e coni. Zeun. p. 89.* 26. ἀναμέλψωμεν *Ioerd.*

ANNOTATIONES

ODE XXXXI

Pauus putabat, odarium integrum ipſum contineri verſibus quatuordecim primis, ita, vt v. 1. πίνομεν legi deberet, et v. 2. ἀναμέλπομεν· huic ineptas librariorum manus adiunxiſſe odarium aliud, capite, et cauda, carens, inde a v. 15. vſque ad v. 25.: tandem, vt haec rudis iſtorum hominum negligentia lateret, vt omnia imperitis integra apparerent, grammaticos addidiſſe v. 26. ſ.

2. Per

2. Per συστολὴν dicitur ἀναμέλψομεν pro ἀναμέλψωμεν, tum in hoc, tum in extremo, versu. B.

3. Barnesius importunus est cum Ionismo suo, dum reponit, Τὸν ἐφευρετὴν χορείης· nec cernit, elegantissimum poëtam ὁμοφωνίᾳ studere in hoc, et sequenti, versu. B. Bacchus vocatur ἐφευρετὴς χορείας, quia vinum paulo largius sumtum homines reddit adeo hilares, vt choreas ducere gestiant. vid. odar. 27, 3. ss. 39, 9. 11. Vnde χορείη opponitur ὀδύνῃ, et ἄλγει, ap. Theocrit. Idyl. 27, 25. Nomen ἐφευρετὴς legitur etiam apud Paulum Romm. 1, 30. Caeterum conferri cum hoc odarii loco potest hymnus in Bacchum Anthol. 1, 38. 11., et hymnus Gregorii Nazianzeni p. 92. Hoelchel.

4. Vox ὅλας adiuuanda est pronuntiatione. B. Μολπαὶ ὅλαι sunt *carmina integra, quae numeris suis constant, et tota canuntur*, vt Pauus bene interpretatus est. Sic ὅλη παρειὰ, *integra gena*, odar. 28, 10. Zeunio p. 87. μολπαὶ ὅλαι videbantur esse *cantiones cum tripudio*, quod μολπὴ esset, primum *cantus*, deinde *tripudium ad cantum*, atque adeo ὅλη μολπὴ *saltatio, et cantio*. At ex locis Homeri, quos eam in rem e Thesauro Stephani attulit, vereor, vt intellegi possit, μολπὴν etiam *tripudium ad cantum* simpliciter significasse. Certe hoc loco χορεία est *saltatio, quae fit in orbem cum cantu, chorea cantatrix*, ita, vt μολπαὶ sint *carmina*, quibus Bacchus ab iis, qui choreas pedibus plaudunt, celebratur.

5. Barnesius mauult sufflamine suo versum succutere, quam cedere caesurae [vid. Clarquius ad Hom. Il. α', 51. n. 7.]. nam, et hic ὁμότροπον γ' posuit, et paulo inferius [v. 8.] χάρις τ' nulla cum Venere. B. Bacchus vocatur ὁμότροπος Ἔρωτι, quia vterque, et Bacchus, et Cupido, impellit, et incitat, ad amoris vsum: v. ad Plat. Phaedon. 33. 31.: sed ἐρώμενος Κυθήρης, quia vsus amoris coniunctus esse cum vsu vini solet, ita, vt Bacchus ὁ ἐρώμενος esse videatur, Venus ἡ ἐράστρια.

7. More veteri de rerum appellationibus personas Anacreon fingit corporales. B. Sensus est, *Vinum est temulentiae, et hilaritatis, auctor.* nam aoristi λοχευθῃ, et ἐτέχθη, habent vim praesentium: Hesychius: Ἐλοχεύθη· ἐγεννήθη· item: Λοχεύει· τίκτει, γεννᾷ· et praepositio διὰ quarto casui ita iungitur saepe, vt sit *per, a, beneficio*. vid. Albertius ad Ioh. 6, 57. et Obseruatt. miscell. vol. 3. p. 99.

8. Satis festiue poëta vsus est molli trochaeo secundo loco in duobus sequentibus. Barnesius iterum, quod non ferat diphthongum αι breui tempore, de suo ingenio ἀμπαύετο reposuit, et εὐνάζετο, sustulitque Dorismum in Λύπα, atque Ἀνία, Anacreonticae εὐστομίας prorsus ignarus. B. Verba ἀμπαύεσθαι, et εὐνάζεσθαι, vnum, idemque, significant, *fugere, pelli*: φεύγειν v. 13. Sic γόον εὔνασον legitur ap. Coluth. 329., et τῆς δ' εὔνησε γόον ap. Hom. Odyss. δ', 758.: schol. ἔπαυσεν, ἐκοίμισεν. Λύπη autem est vocabulum generis, *aegritudo*, sed ἀνία est nomen formae, *molestia*, aegritudo permanens. vid. Laërt. 7, 111. s. coll. Cic. Tusc. 3, 25. 4, 8.

11. Barnesius immutauit πόμα in πῶμα, duobus locis, et per hoc trochaeos infercit alienis locis. B. Πόμα est *vinum*: quod odar. 36, 6. dictum est πόμα Λυαῖο· et πόμα κερασθὲν est *vinum aqua mistum*. vid. odar. 36, 10. 38, 10. Ἁπαλοὶ παῖδες sunt *pueri delicati, formosi*.

14. Idem

14. Idem Professor lubentissime assentitur Fabro, immutanti ἀνεμοτρόπῳ in ἀνεμοστρόφῳ· verum nulla cum ratione. Ἀνεμοτρόπος dicitur procella, quod circumagat ventum. B. Hesychius: Ἄχος· λύπη· quo nomine vtuntur, non tantum poëtae, vt Hom. Il. ά, 188. Eurip. Phoenn. 252.: vbi tamen ἄχη sunt *incommoda*, *calamitates*, caussae angoris: sed etiam reliqui scriptores, vt Xen. Cyrop. 5, 5. 3. 6, 1. 20. Significatur eo proprie, vt nomine ἄχθος, *angor*, aegritudo premens, λύπη βαρύνουσα. vid. Laërt. 7, 112. coll. Cic. Tusc. 4, 8. Gloss. vett. Ἄχοος *Tristitia*: leg. Ἄχος. Hesychius: Θύελλα· ἀνέμου συστροφή, καὶ ὁρμή, ἢ καταιγίς. Ammonius: Ἄελλα, καὶ Θύελλα, διαφέρει· Ἄελλα μὲν ἄημα συνεστραμμένον· Θύελλα δὲ ἄελλα θύουσα, καὶ ὁρμῶσα. Gloss. vett. Θύελλα *Turbo*, *procella*, *tempestas*. Pro ἀνεμοτρόπῳ legendum videri cum Lamio, e cod. Vatic., possit ἀνεμοστρόφῳ, vt θύελλα ἀνεμόστροφος sit *procella rapida*, *praeceps*: cuius generis vocabula alia laudauit Valquenar. diatr. ad reliquias Eurip. c. 19. p. 202. Homerus ita vsus est vocabulo ἀνεμοτρεφές, quod grammatici veteres interpretati sunt verbis ὑπὸ ἀνέμου ηὐξημένον· vid. Il. ό, 625. et ibi schol. min. atque Eustathius p. 1034. Rom.: pro quo tamen fuerunt, qui ἀνεμοτρεπὲς scribendum esse censerent. vid. Apollon. Lex. Homer. p. 153. Sed quum hoc quoque odarium haud dubie profectum sit a recentiore quodam poëta, eoque non satis docto, qui quaesiuerit verba, quibus perficeret, et compleret, versiculos: fieri potest, vt ἀνεμοτρόπῳ recte habeat, et ita explicandum sit, vt Baxterus illud explicauit: modo cogites, impetum venti diuersum fingi debere ab ipso vento. Latine reddi posset *turbo versabundus*: *vortex turbineus*, vt loquitur Ouidius Metamm. 8, 556., sed alio tamen sensu. De re ipsa vid. ad odar. 39, 7. et Barthius ad Claudian. p. 321. et p. 929.

15. Caesura est. B. Πόμα λάβωμεν idem est, quod v. 1. πίωμεν οἶνον. Sed poëta legit hoc loco formam loquendi alteram, vt verbum μεθῶμεν v. 16. haberet, quo referretur.

16. Modo poëta vsus est amphimacro pro anapaesto. neque enim trochaicum puto versum, sicuti Professor Barnesius. B. Φροντίδες sunt *curae*, *solicitudines*: quae v. 18. dicuntur μέριμναι, et odar. 39, 6. dictae sunt πολυφρόντιδες βουλαί. Hesychius: Μεθῶμεν· ἀφῶμεν, ἀμελήσωμεν. Caeterum Metarius, Barnesio praeeunte, putabat, respexisse ad hunc odarii locum Macedonium consulem Anthol. 1, 25. 4. 7. s. versiculis his, Τὴν γὰρ Ἀνακρείοντος ἐνὶ πραπίδεσσι φυλάσσω Παρφασίην, ὅτι δεῖ φροντίδα μὴ κατέχειν. At res incerta est, ita, vt nec existimari inde plane possit, Anacreontem esse huius odarii parentem.

17. Barnesius ostendit, Fabri filiam ante me inseruisse articulum τὸ ante κέρδος, et me frustra fuisse gloriatum. *Da veniam fasso, tu mihi Caesar eris.* Dixeram interseruimus, et illud erat gloriari. B.

18. Pro Ὀδυρωμένῳ, voce hoc loco necessaria, Barnesius inficete rescripsit Ὀδυνωμένῳ, si diis placet, cauens metro: ac si ignoraret, in plerisque apud veteres, vocales α, ι, υ, esse communi tempore positas. Stephanus affirmat. et ὀδύρεσθαι dari, et ὀδυρᾶσθαι· quo mouetur Professori bilis. B. At quum forma verbi ὀδυρᾶσθαι inaudita sit, et inusitata; quum secunda syllaba verbi ὀδύρεσθαι semper producta, et longa, reperiatur; quum Stephanus ediderit μερίμναις, qui casus verbo ὀδυνᾶσθαι, non item verbo ὀδύρεσθαι, quod casum sibi quartum iungi iubet: v. Suidas v. ὀδύ-

ὀδύρομαι· accommodatus eſt: vix dubitandum videtur, quin Barneſius recte ſequutus ſit Porti coniecturam, qui ὀδυνωμένῳ μερίμναις legi iuſſit.

19. Odar. 15, 10. τὸ αὔριον τίς οἶδεν; Horat. 3. od. 29, 29. *Prudens futuri temporis exitum Caliginoſa nocte premit deus.* Caeterum vſus eſt hoc loco Pfochenius in differt. de purit. L. Gr. N. T. ſ. 99., vt doceret, Matthaeum c. 3, 7. recte ſcripſiſſe ἀπὸ τῆς μελλέσης ὀργῆς pro ἀπὸ τῆς μελλέσης ἔσεσθαι ὀργῆς.

20. Senſus eſt, *homines neſciunt, quando ſint morituri.* Cic. Cat. M. 20. *moriendum certe eſt: et id incertum, an eo ipſo die.*

21. Vid. odar. 48, 5.

22. Vid. odar. 39, 17. ſ. 36, 7. ſ.

23. Pro καὶ nos repoſuimus τῶν, quod καὶ prorſus ſit inutile. Ne hoc verum ſit, celeberrimus Profeſſor Academicus integrum verſum, ope, puto, Muſarum, de cerebello ſuo huic verſui praepoſuit, in hunc modum: Μετὰ τῶν καλῶν ἐφήβων, Μετὰ καὶ καλῶν γυναικῶν. Quid apertius? B. Odar. 42, 7. eſt μετὰ παρθένων ἀθύρειν. Καὶ autem, pro quo Baxterus ſubſtituit τῶν, eſt *etiam*, *adeo*, ita, vt neceſſe non ſit dicere, omiſſum eſſe, ante hunc verſum, alium, ad quem particula καὶ referatur.

25. Adiuuandus eſt iſte verſus decenti prolatione. Fabri ineptias mitto, neque enim placent Barneſio. Cerebroſum hunc appellat, et moroſum, nec iniuria. B. Senſus eſt, *qui vult, dedat ſe curis, et conficiat.* Poſt τοῖς θέλουσιν intell. ἐπιμέλεσθαι, ſimileue verbum: vt odar. 38, 6. ſ. ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι, — μαχέσθω. Caeterum huius quoque odarii auctor videtur numeraſſe tantum ſyllabas cuiuſque verſus, vt exiſterent ſcilicet iambei dimetri catalectici.

ΒΜ΄ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Ποθέω μὲν Διονύσȣ
Φιλοπαίγμονος χορείας·
Φιλέω δ', ὅταν ἐφήβȣ
Μετὰ συμπότȣ λυρίζω.
Στεφανίσκȣς δ' ὑακίνθων
Κροτάφοισιν ἀμφιπλέξας,
Μετὰ παρθένων ἀθύρειν
Φιλέω μάλιςα πάντων.
Φθόνον ȣ̓κ οἶδ' ἐμὸν ἦτορ,
Φθόνον ȣ̓κ οἶδα δαϊκτόν·
Φιλολοιδόροιο γλώττης
Φεύγω βέλεμνα κȣ̃φα·
Στυγέω μάχας παροίνȣς
Πολυκώμȣς κατὰ δαῖτας·
Νεοθηλέσ' ἅμα κȣ́ραις,
Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων,
Βίον ἥσυχον φέρωμεν.

VARIETAS LECTIONIS

* τȣ̃ αὐτȣ̃ ἐρωτικὸν ᾠδάριον *cod. Vatic. p.* 686.: *in quo hoc odar. eſt quadrageſimum.* 1. ποθέω μεν *cod. Vatic.* Διονύσσȣ *Mor. Flaid.* 2. χορείης *Barn. Lam.* 3. ὅτ' ἂν *cod. Vatic.* εὖτ' ἂν *Barn. Lam.* ὅπȣ ἐφήβȣ *coni. Zeun. p.* 90. ὅταν γ' ἐφήβȣ *coni. Valp. p.* 96. 6. κροταφοῖσιν *Brunequ. Analectt.* ἀμφεπλέξας *Lam. mendoſe.* 10. ȣ̓ δείδια δήκτην *Barn. Lam.*: *ſed in huius exemplo operae neglegentes dedere* δικτην· *Valp. p.* 96. *id putabat alienum eſſe a mente poëtae. Metar. et Pauus coni.* δαΐκτην· *quod recepp. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born.* 11. φιλολοιδόροισι *cod. Vatic.* φιλολοιδόρȣ δὲ *coni. Scal.* 12. ἔφευγε *cod. Vatic.* κȣφὰ *coni. Valquen. animm. Ammonn. p.* 133.: *recepp. Brunequ. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born.* 14. καταδαῖτας *cod. Vatic.* πολυκώμȣ *coni. Val. p.* 133. 15. νεοθηλαῖσιν ἅμα

ἅμα cod. Vatic. Steph. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. *Parm.* νεοθηλαῖς *Mor.* Νεοθήλοις δ' *Barn. Lam.* Νεοθηλέσσ' *iam coni. Fab. Dacier. Arnald. animaduerff. p.* 42., *probb. Metar. et Pauo.* νεοθήλοισι ἅμα κέροις *Foppenſ.* 16. βαρβίτωι *cod. Vatic.* 17. *Ante hunc verſiculum Barn. inſeruit in exemplo ſuo iſtum,* Φέρε, φίλταται, λέγοιμι· *ſed vncinis tamen incluſum. nam Stephano viſum erat poſt v.* 16. *aliquid deeſſe. Idem Lam. fecit in ſuo exemplo.* φέρω μὲν, *aut* φέροιμι, *coni. Pau.* φέροιμι *prob. Val. p.* 132. φορήσω, *aut* φορέσσω, *coni. Zeun. p.* 91.: *et Holſt. iubebat v.* 15. 16. *vncinis includi. Bruncqu. poſt* δαῖτας *poſuit comma, et punctum poſt* χορεύων.

ANNOTATIONES

ODE XXXXII

Pauo videbantur odaria duo conflata eſſe in vnum: alterum, idque integrum, a v. 1. ad v. 8. pertinere: alterum, idque mutilatum, a v. 9. incipere.

1. Secundo loco trochaeus eſt: ſecundo item verſu Barneſius Ioniſmi cauſa poſuit χορείης· item tertio repoſuit de ſuo εὖτ' ἂν pro ὅταν, quo ſit trochaeus: ſiquidem nequiuit ferre caeſuram. B. Ηδέω eſt *delector, iuuat me:* quod v. 3. et v. 8. dicitur φιλέω. Bacchus vocatur φιλοπαίγμων, quia delectatur *hilaritate*, et *laetitia*, atque adeo *iocis*, et *riſibus:* vid. Plato Cratyl. 23.: Heſiodus Θεογ. 941. eum φιλογηθῆ nominat: et χορεῖαι ei tribuuntur, quia eſt earum auctor. Quam ipſam ob cauſſam odar. 41, 3. dictus eſt ἐφευρετὴς χορείας.

4. Ἔφηβος συμπότης eſt *adoleſcens compotor.* Pollux 8, 105. εἰς μὲν τοὺς ἐφήβους ἐσήεσαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γενόμενοι. Sed φιλέω, ὅταν λυρίζω dictum eſt pro φιλέω λυρίζειν· vt v. 7. ſ. ἀθύρειν φιλέω. Κῶμοι, et συμποτῶν ὁμιλίαι, et στέφανοι, et μοῦσα, coniuncta leguntur apud Eurip. Alceſt. 343. ſ., et Graecorum συμποτικαὶ εὐωχίαι laudantur a Clem. Alex. Paedag. 2, 4. p. 165. D.

5. Queritur Profeſſor, me primum reieciſſe particulam δέ. Equidem non reieceram: ſed neſcio quomodo me fugit, vel ſaltem operas. In iſto etiam verſu trochaeus eſt ſecundo loco, vt in Ionico ἀπ' ἐλάσσονος. Idem fit, et in nono, et decimo, verſu. B. Στεφανίσκους κροτάφοισιν ἀμφιπλέξαι idem eſt, quod odar. 6, 1. ſ. στεφάνους κροτάφοισι συναρμόσαι· ita, vt στεφανίσκους ὑακίνθων κροτάφοισιν ἀμφιπλέξαι ſit *praecingere, velare, tempora hyacintho.* nam στεφανίσκους ὑακίνθων haud dubie dictum eſt, ex orientali ratione, pro στεφανίσκους ὑακινθίνους· vt odar. 5, 15. ῥοδίνοισι στεφανίσκοις· 6, 1. ſ. στεφάνους ῥοδίνους. Sic ap. Ariſtoph. Acharnn. 991. eſt ἔχων στέφανον ἀνθέμων· ſed tales coronae odar. 64, 2. ſ. dicuntur ἀνθεμοῦντες στέφανοι, et a Plutarcho V. Artaxerxis p. 1022. B To. 1. ἀνθινοὶ στέφανοι. Euſtath. Amorr. Iſmen. 8. p. 289. habet, ὁ τῆς

δάφνης στέφανος· quem 1, p. 5. ipse vocat δάφνινον στέφανον. Plato Sympos. 30. ἐστεφανωμένον αὐτὸν κιττῷ τινὶ στεφάνῳ δασεῖ, καὶ ἴων. Anacreon fragmm. 17, 1. s. σελίνων Στεφανίσκους. Conf. Athen. 15, 6. p. 676. F et ibi Casaub. p. 956. s.

7. Vid. odar. 41, 22. s.

9. Ἐμὸν ἦτορ, h. e. *ego*. v. ad odar. 39, 2.

10. Barnesius semper mirus in cudendis versibus pro οὐκ οἶδα δαϊκτὸν reposuit de penu proprio, Οὐ δείδια δήκτην, nulla cum tactus reuerentia, vt ipse alicubi de Baxtero. B. Baxterus recte tuetur lectionem δαϊκτόν. nam vocabula huius generis saepe actionem significant: vt ἀθέατος Xen. Memorr. 2, 1. 31.: ita, vt φθόνος dicatur δαϊκτὸς quatenus inuidia existimationem aliorum obtrectationibus laedere, et imminuere, et quasi lacerare, studet: vel potius, quatenus macerat animum eius, qui ea flagrat. Nam vocabulum δαϊκτὸς ductum est a verbo δαΐζειν, quod ponitur etiam de iis, qui comas *lacerant*, loricas *discindunt*. vid. Hom. Il. β', 416. σ', 27.: vbi schol. διακόπτων, σπαράσσων. Sic *macerare* de inuidia legitur ap. Lucret. 3, 75.: et *fama* alicuius *lacerari* dicitur Liu. 38, 54. 10.

12. Proferendum est τὸ φεύγω per διάλυσιν, ac si esset φεύγω· quomodo et Cn. Martius apud Liuium [25, 12. 5.]: *Amnem Troiugena Cannam Romane feüge* [nunc tamen ibi legitur *fuge*]. B. Φιλολοίδορος γλῶττα est *maledica lingua*: cui, e consuetudine loquendi orientali [v. Ps. 57, 5.], tribuuntur βέλεμνα, h. e. βέλη· vid. odar. 45, 13. coll. v. 10.: Hesychius: Βέλεμνα· βέλη· *tela, sagittae*, h. e. *criminationes*: vid. Achilles Tat. 6, 10. p. 532. Boden. et Abreschius animaduerss. ad Aeschyl. p. 162. To. 2.: quae tela dicuntur κοῦφα *leuia*, quia *non feriunt*, h. e. *quia obtrectationes inuidorum, et maledicorum, sunt irritae, neque laedunt, vulnerantque, eum, cui obtrectant.* Eundem sensum parit vocabulum κωφά, quod Valquenarius d. l. substitui volebat in locum vocabuli κοῦφα. Certe Homerus Il. λ', 390. dixit βέλος κωφὸν, h. e. ἀμβλὺ εἰς ἀλγηδόνα, interprete scholiasta minore: cui v. 269. 392. opponitur ὀξὺ βέλος. Virg. Aen. 2, 544. vocat *telum imbelle sine ictu.* Neque vero nescio, librarios nonnunquam pro κωφὸς scripsisse κοῦφος. vid. Casaubonus ad Pers. p. 77. Paris. At quia tamen sagitta Cupidinis feriens, et vulnerans, odar. 45, 12. 16. βέλος, βέλεμνον, βαρὺ dicitur: poëtam puto etiam hoc loco scripsisse κοῦφα.

13. Hesychius: Στυγέει· μισεῖ. Μάχαι πάροινοι sunt *rixae, quae fiunt inter pocula.* Tangit eas poëta odar. 38, 6. s. 57, 8. s.: et Horatius 1. od. 18, 7. s. et 27, 4.

14. Duobus sequentibus versibus poëta pede vsus est trochaico secundo loco: sicuti et superius. B. Δαῖτες πολύκωμοι sunt, credo, *epulae, conuiuia, lauta, instructa*, quatenus in iis multum vini ministratur, et bibitur, quo incalescant compotores, et choreas ducant. Nam κῶμος etiam de *ebrietate* ponitur, et de *saltatione ebria.* Suidas: Κῶμος· ἡ μέθη, καὶ ὁ ὀρχισμός· leg. ὀρχησμός. Idem, et ex eo Phauorinus: Κῶμοι — ὀρχήσεις μετὰ μέθης. Bacchus ipse vocatur πολύκωμος Anthol. 1, 38. 11. 17.

15. In editis erat vitiose scriptum Νεοθηλαῖσιν· de quo nos fecimus Νεοθηλέσ' pro νεοθηλέσι. Barnesio magis placuit Νεοθήλοις. Est autem

autem νεόθηλος illi *recens-ferens-mamillas:* quod minus videtur esse huius loci. B. Lectionem νεοθηλέασ' tuetur etiam Arnaldus animaduerss. p. 42. s. Κȣ̃ραι νεοθηλεῖς sunt *virgines adolescentulae.* Νεβρὸς νεοθηλὴς dixit ipse Anacreon ap. Athen. 9, 12. p. 296. D: vid. Anacr. fragmm. 21, 1. s.: et ap. Dionys. Perieg. 843. legitur, Σὺν καὶ παρθενικαὶ, νεοθηλέες οἷά τε νεβροί.

16. De verbis ὑπὸ βαρβίτῳ vid. ad odar. 6, 4.

17. Superius docuimus, subesse huic versui σολοικοφανές. nam et tertia persona νεοθηλεῖς κȣ̃ραι ingreditur primam χορεύων, quod ostendit plurale verbum φέρωμεν. Hoc viderat inclytus Professor Graecus. quare, quo mederetur huic incommodo, ipse depromsit de penuario suo versiculum istum, Φέρε, φίλταται, λέγοιμι, Βίον ἥσυχον φέρωμεν. B. Sensus est, *hilares simus, et securi: vitam agamus securam, et otiosam.* Paulus 1. Tim. 2, 2., sed alio sensu, dixit ἥσυχιον βίον διάγειν, vt Eurip. Rhes. 600. διοίσει νύκτα τὴν ἐς αὔριον. vid. obseruatt. miscell. vol. 5. To. 3. p. 91. Et quum verbum φέρειν saepe idem declaret, quod verbum ἄγειν· quum verba simplicia maxime in carminibus saepe agant verborum compositorum partes; quis dubitare de elegantia formulae βίον φέρειν, h. e. βίον διάγειν, audeat? praesertim quum magna nobis hodie diuitiarum linguae Graecae pars sit incognita. Orationem autem hominis commoti, cuius menti obuersarentur puellarum imagines, a singulari numero ad pluratiuum transiisse, quis miretur? Conf. odar. 4, 9. 14, 19. Caeterum metrum odarii auctor eius voluit esse iambicum dimetrum catalecticum.

ΜΓ′ ΕΙΣ ΤΕΤΤΙΓΑ *

Μακαρίζομέν σε, τέττιξ,
Ὅτι δενδρέων ἐπ' ἄκρων,
Ὀλίγην δρόσον πεπωκὼς,
Βασιλεὺς ὅπως, ἀείδεις.
Σὰ γάρ ἐςι κεῖνα πάντα,
Ὁπόσα βλέπεις ἐν ἀγροῖς,
Χ' ὁπόσα φέρουσιν Ὧραι·
Σὺ δὲ φιλία γεωργῶν,
Ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων·
Σὺ δὲ τίμιος βροτοῖσι,
Θέρεος γλυκὺς προφήτης·
Φιλέουσι μέν σε Μοῦσαι,
Φιλέει δὲ Φοῖβος αὐτὸς,
Λιγυρὴν δ' ἔδωκεν οἴμην·
Τὸ δὲ γῆρας οὔ σε τείρει,
Σοφὲ, γηγενὴς, φίλυμνε,
Ἀπαθὴς, ἀναιμόσαρκε,
Σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος.

huuc versum intelligo ut Ovid. A. A. II, 9. At caret insidiis hominum, quia ...tis, hirundo

VARIETAS LECTIONIS

* ἄλλο εἰς τέττιγα ᾠ, h. e. ᾠδάριον, cod. Vatic. p. 684.: in quo hoc odarium est ſecundum, et triceſimum. 1. μακαρίζω μὲν attulit Steph. ad Aeſchyl. Agamemn. 596. p. 378. et ad Max. Tyr. p. 250., pro quo ſe reſtituiſſe ait μακαρίζομεν. 2. ὅτε cod. Vatic. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born. Ioerd. ſine cauſſa. ὅττι Flaid. δενδρίων affert Barn. 4. ἀείδεις ἀείδης cod. Vatic. 5. καινὰ cod. Vatic. κἂν ἅπαντα affert Barn. 6. Χ' ὁπόσα Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. Ioerd. ſine cauſſa. 7. κὠπόσα cod. Vatic. Χὠπόσα Barn. Lam. φέρουσιν ὧραι ὗλαι cod. Vat. unde ὗλαι recepp. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. Ioerd. 8. Σὺ γὰρ εἶ φίλος γεωργῶν Barn. Lam. γεωργοῖς affert idem Barn. σὺ δὲ

φίλος

φίλος ἐ γεωργοῖς coni. Faber. φίλιος coni. Arnaldus animaduerss. p. 45.: repugnante verborum structura. nam tum etiam γεωργοῖς scribi debuisse videtur. Sed receperunt tamen Brunckqu. Analect. Arg. 1. 2. Brig. Boru. Ioerd. 9. μηδενὸς τί cod. Vatic. 10. βροτοῖσιν cod. Vatic. 14. Λιγρὴν Lam. vitiose. 15. γέρας — τηρᾶ cod. Vatic. 16. γηγενῆ φίλυπνε cod. Vatic. 17. ἀπαθὲς ἂν ἁιμοσαρκε cod. Vatic. ἄναιμ', ὑσαρκε Barn. Lam. e coni. Scal., probb. Pau. et Zeun. p. 93.

ANNOTATIONES

ODE XXXXIII

1. Qui laudant, aliquando etiam inuident. B. Τέττιξ est *cicada mas.* Plin. H. N. 11, 26. *Mares* [cicadae] *canunt, feminae silent.* Xenarchus ap. Grot. excc. tragg. et comicc. p. 699. Εἶτ' εἰσὶν οἱ τέττιγες οὐκ εὐδαίμονες, Ὧν ταῖς γυναιξὶν οὐδ' ὁτιοῦν φωνῆς ἔνι; add. Aristot. H. AA. 5, 30. p. 319. C To. 2. Duual. Aelian. H. AA. 11, 26. schol. min. et Venet. Hom. ad Il. γ', 152. Aristarchus ap. schol. Aristoph. ad Pac. p. 478. Bas. Eustath. ad Il. γ' p. 395. extr. Rom. De verbo μακαρίζειν v. index Gr. Thucyd. Ducqueri. Caeterum comparari cum hoc odario vtiliter poterunt epigrammata Meleagri, Niciae, et Archiae, in cicadam, quae extant Anthol. 3, 24. 5. 6. 7., et Theophyl. Simocat. ep. 1. p. 72. Comel.

2. Homer. Il. γ', 151. s. τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵ τε καθ' ὕλην Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱᾶσι· quem locum expressit Timon ap. Laërt. 3, 7. Hesiod. Ἀσπ. 393. s. χλοερῷ — ἠχέτα τέττιξ Ὄζῳ ἐφεζόμενος· et Ἔργ. 583. δενδρέῳ ἐφεζόμενος. Meleager d. l. v. 3. Ἄκρα δ' ἐφεζόμενος πετάλοις πριονώδεσσι κώλοις —. Theocrit. Idyl. 16, 94. ss. ἁνίκα τέττιξ — ἔνδοθι δένδρων Ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσι. Vnde extitit vox Stesichori, οἱ τέττιγες χαμόθεν ὑμῖν ᾄσονται· vid. Aristot. rhet. 2, 21. 21.: h. e. τὰ δένδρα ὑμῶν ἐκκοπήσεται· vid. Demetrius Phaler. περὶ ἑρμην. s. 254. De forma nominis δένδρος vid. Gregor. in de dialectt. p. 24. s. Koen.

3. Virg. ecl. 5, 77. *Rore pascuntur cicadae.* Meleager d. l. v. 1. Ἀχήεις τέττιξ δροσεραῖς σταγόνεσσι μεθυσθείς. Antipater Anthol. 1, 67. 19. 1. s. Ἀρκεῖ τέττιγας μεθύσαι δρόσος· ἀλλὰ πιόντες Ἀείδειν κύκνων εἰσὶ γεγωνότεροι. Hesiod. Ἀσπ. 395. ᾧ τε [τέττιγι] πόσις, καὶ βρῶσις, θῆλυς ἐέρση. add. Theocrit. Idyl. 4, 16. Aelian. H. AA. 1, 20. Athen. 2, 7. p. 46. E. Conf. Vrsinus Virgil. illustr p. 53. Leou. Atque inde intellegi debent verba Philonis de vita contemplat. p. 894. D Paris. ἐθισθέντες, ὥσπερ φασὶ τὸ τῶν τεττίγων γένος, ἀέρι τρέφεσθαι.

4. An et reges canunt? Puto, cicadam non tam referre regis imaginem canendo, quam sedendo ἐπ' ἄκρων δενδρέων, atque iis etiam, quae sequentibus versibus dicuntur. Etsi diffitendum non sit, heroicis temporibus plerosque reges fidibus sciuisse, lyraque cecinisse. B. Baxterus verba βασιλεὺς ὅπως [v. odar. 14, 9.] recte docet referenda esse ad sedem cicadae: Theophyl. Simoc. ep. 1. p. 72. de cicada, βῆμα τὸ δένδρον ποιούμενος· et ad ea, quae v. 5.—7. dicuntur; Theophyl. Simoc. d. l. θέατρον

τὸν ἀγρὸν [ποιέμενος]. Verbo ἀείδειν de cicada, praeter plures alios, Hesiod. Ἀσπ. 394. vtitur: vt Ἔργ. 583. formula ἀοιδὴν καταχεύεσθαι. Etiam Himerius orat. 6, 3. p. 500. cicadae tribuit ᾠδήν. Et ab Achille Tat. 1. p. 55. Salm. cicada vocatur ᾠδὸς, h. e. *garrula* Phaedr. 3. fab. 16, 10.: vt ab Hesiodo Ἀσπ. 393. Ἔργ. 582. ἠχέτα· ab Aristoph. Auu. 1095. ἀχέτας· et ab Ananio ap. Athen. 7, 7. p. 282. B. ἠχέτης. Conf. Bochartius hieroz. 2, 4. 5. p. 474. 476. To. 2. Sed proprie cicadae dicuntur τερετίζειν, a Latinis *fritinnire*. Zenodotus ap. Valquenar. animaduerss. ad Ammon. p 229. ἐπὶ τεττιγῶν, τερετίζειν, ἠχᾶν· Anonymus ib. p. 231. τέττιξ ἠχᾶ, τερετίζει. Pollux 5, 89. ἄκοις δ' ἂν τέττιγας τερετίζειν. vid. Clem. Alex. Protr. p. 1. B Colon., et Mollius ad Longum Pastorr. 1, 12. p. 88. f. Boden. Vnde facile apparet, Thryllitium temere censuisse, ap. Theophyl. Simocat. ep. 1. p. 72. pro τερετίζει γὰρ ὁ μελῳδὸς ex Theocr. Idyl. 5, 111. reponendum esse ἐρεθίζει· loquitur enim ibi Theophylactus de cantu cicadae. Caeterum natura cicadis cantum commodauit maxime meridianum. v. Apuleius Floridd. p. 349. Elmenh. Aristoph. Auu. 1095. f. Ἡνίκ' ἂν ὁ θεσπέσιος ὀξυμελὴς ἠχέτας, Θάλπεσι μεσημβρινοῖς ἡλιομανὴς, βοᾷ.

7. Barnesio magis placuit Χὠπόσα, quam χ' ὁπόσα· nulla cum ratione. B. Nam etiam infra odar. 51, 10. legitur Χ' ὅσα. vid. Arnaldus animaduerss. p. 43. Ὧραι sunt maxime *ver*, et *aestas*. vid. index Aeschin. v. ὥρα, et Proluss. de vitiis Lexx. N. T. 4, 2. p. 102. Sed ὧραι φέρουσι dixit etiam Longus Pastorall. 2. p. 32. Villoison., qui est ad eum locum videndus p. 182.

8. Φιλία modo dicitur, vt φιλότης. Nequeo satis mirari, hoc latuisse Barnesium, tantum virum, qui, deleta vera scriptura, de suo reposuit, Σὺ γὰρ ὁ φίλος γεωργῶν. B. Hesychius: Φιλότης· φιλία. Phavorinus, nesciebam vnde: Φιλότης· καὶ ἡ τῶν φίλων συνάθροισις κυρίως, καὶ ὁ φίλος.

9. Abreschius dilucidd. Thucydd. p. 685. [ἀπὸ] coniungendum esse censet cum μηδενὸς, ita, vt ἀπὸ μηδενὸς dictum sit pro μηδενὶ, διὰ μηδενὸς, et intellegatur αὐτοῦ. Sed praestat ἀπὸ coniungere cum participio βλάπτων, quae erat Ducqueri ad Thucyd. 7, 29. p. 462., et Paui, sententia, vt ἀποβλάπτων μηδενός τι sit *nihil laedens in vllo cuiusquam agro*, atque adeo μηδενὸς pertineat ad γεωργῶν. Nam verba e particula ἀπὸ composita innumeris in locis ponuntur pro simplicibus ab scriptoribus omnis generis, et aetatis: neque talia hyberbata rara sunt apud poëtas maxime. vid. odar. 3, 9. 15. Gregorius in de dialectis p. 210. f. Valquenar. ad Eurip. Hippol. 934.

10. Cicada ideo in honore inter mortales fuit, praecipue vero apud poëtas, quorum carminibus perpetuo celebratur, quod esset θέρεος προφήτης [h. e. *aestatis praenuncia*, vt *hirundo* ab Ouidio Fast. 2, 853. dicitur *praenuncia veris*]. Est autem Θέρος vna ex tribus Horis, nempe numen illud, quod aestati praeerat. Prophetae deorum cantores erant, seu poëtae, deorum, quorum interpretes agebant, numine afflati. Atque hinc est, quod poëtae, et vates, et sacri habebantur. B. Hesiodus Ἀσπ. 392. ff. ἠχέτα τέττιξ — θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδειν Ἄρχεται. Theophyl. Simoc. ep. 1. p. 72. ὁ τέττιξ ὁ μουσικὸς, ἦρος φανέντος, τῆς μελῳδίας ἀπάρχεται. Γλυκὺς προφήτης vocatur, et ob cantus *suauitatem*, et quia aestas, cuius nuncia est, hominibus *grata* reperitur. Caeterum

terum vt auctor odarii dixit τίμιος βροτοῖσι, ita etiam ap. Homer. Odyſ. κ΄, 38. legitur ὡς ὅδε πᾶσι φίλος, καὶ τίμιός ἐστιν. De Apolline Homerus H. in Ap. 25.

12. Ob ſuauem cantum: ita, vt cicadae etiam Muſis, et Apollini, ſacrae putarentur. vid. Aelianus H. AA. 12, 6. et ſchol. Ariſtoph. ad Nubb. 980. Nam Muſae ipſae cicadis tribuiſſe cantum, et hoc dediſſe, feruntur, vt viuerent ſine cibo, et potu, et mortuae ad ipſas proficiſcerentur, nunciarentque, quibus mortalium carae in terris eſſent: quam in rem loci claſſici ſunt apud Platonem Phaedr. p. 259. To. 3. Steph. et apud Philoſtrat. V. Apollon. 7, 11. p. 287. Olear. Conf. Libanius orat. 31. p. 646. D To. 2. Mor. et Vernſdorfius ad Himer. p. 199.

14. Heſychius: Οἴμη· φωνή. Homerus Il. γ΄, 152. vocem cicadarum vocat ὄπα λειριόεσσαν, h. e. ἡδεῖαν, Heſychio interprete. Sed idem grammaticus gloſſam λιγυρὸν interpretatus eſt verbis ἡδὺ, et γλυκύ. Pro διδόναι Homerus eodem illo loco habet ἱέναι. Theocrit. Idyl. 1, 148. τέττιγος ἐπεὶ τύγε φέρτερον ἄδεις.

15. Secundum illud Lucretii [4, 56.]: *Cum veteres ponunt tunicas aeſtate cicadae.* Cicadae noſtrati vulgo Batauico verbo *Cricceri* dicuntur. neque enim ſunt locuſtae, ſiue ἀκρίδες. Praegrandes ſunt apud Graecos. B. Add. Lucret. 5, 801. ſ. Γῆρας ὃ σε τείρει eſt forma loquendi Homerica. nam Il. δ΄, 315. legitur, Ἀλλά σε γῆρας τείρει ὁμοίιον· ex quo loco ſumta eſt in gloſſario Heſychii gloſſa haec, Τείρει· καταπονεῖ· Schol. min. δαπανᾷ, καταπονεῖ. Horat. 2. od. 16, 30. *Longa Tithonum minuit ſenectus.* Ouid. Metamm. 6, 37. *longaque venis confecta ſenecta.*

16. Cicada σοφὸς dicitur ob muſicae, ſiue prophetiae, peritiam, quam cum Apolline, Mercurio, et Muſis, communem habet. Dii etiam omnes ſunt γηγενεῖς, h. e. *Caelo, et Terra, editi,* iuxta Heſiodi Θεογονίαν. Sed et ἀναιμόσαρκοι ſunt iuxta Homerum, qui pane, et vino, non veſcuntur. Vox enim ἀναιμόσαρκος conficta eſt ex Homerica [Il. ε΄, 342.] ἀναίμονες. Spectat τὸ φίλυμνος ad σοφὸς, atque ἀπαθὴς ad ἀναιμόσαρκος. B. Cur τέττιξ dicatur σοφὸς, intellegi poteſt e verbis Demetrii, cicadas cantantes appellantis, ap. Philoſtrat. V. Apol. Tyan. 7, 11. p. 287. his, ὦ μακάριοι, καὶ ἀτεχνῶς σοφοὶ, ὡς ἐδίδαξάν τε ὑμᾶς ᾠδὴν ἄρα Μοῦσαι, μήπω ἐς δίκας, ἢ διαβολὰς, ὑπαχθεῖσαν, γαστρός τε κρείττους ἐποίησαν. Heſychius: Γηγενής· ὁ ἐκ τῆς γῆς τὴν γένεσιν ἐσχηκώς· vid. Plutarch. ſympoſſ. 2, 3. p. 637. B To. 2. Φίλυμνος, quo vocabulo caret theſaurus Stephanianus, dicitur cicada, quia non tacet aeſtate. Ouid. A. A. 1, 271. *Vere prius volucres taceant, aeſtate cicadae.* vid. Anonym. V. Homeri p. 320. Gal. Tzetzes chil. 8, 166. 10, 301. Ἀπαθὴς eſt *immunis malorum,* i. e. *morborum, ſenectae,* etiam *inſidiarum.* Sic Herodotus 9, 79. dixit ſimpliciter ἀπαθὴς, ſed 7, 184. habet ἀπαθὴς κακῶν, vt 1, 32. ἄνουσος, ἀπαθὴς κακῶν. Caeterum vocatiuis commixti ſunt nominatiui γηγενὴς, et ἀπαθὴς· vid. ſchol. Sophoclis ad Aiac. 948.: quam formam loquendi lingua Graeca orientis conſuetudini debere videtur.

17. De eleganti voce ἀναιμόσαρκε Scaliger, quem et Profeſſor noſter ſecutus eſt, duo effinxit vocabula, ἄναιμε, et ἄσαρκε· quod exiſtimaret, ea voce deſignari *ſanguine,* et *carne, expertem,* cum ſit *carne praeditus, quae ſit nullo ſanguine:* qualem ſane cernimus cicadarum pulpam. Neque ipſe Homerus deos facit ἀσάρκους, ſed ἀναίμονας tantum.

 Refert

Refert et ipſe Barneſius, etiam in Vaticano MS. reperiri ἀνεμόσαρκε· imperita ſcriptura. B. Etiam Stephanus in Theſauro L. Gr. in v. ἄναιμος, et ἄσαρκος, legit ἄναιμ᾽, ἄσαρκε.

18. Ὅμοιος modo ἀκυρολόγως ponitur pro ἴσος. B. Sic gloſſam ἰσόθεος Odyſ. ά, 324. ſchol. min. explicauit verbis ὅμοιος θεῷ κατὰ ἀρετήν. Plut. de ſuperſtit. p. 167. E To. 2. Κεῖνοι γὰρ ἄνοσοι, καὶ ἀγήραοι, πόνων τε ἄπειροι, βαρυβόαν πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος, ὁ Πίνδαρος θεοὺς φησι. Et quia ap. Homer. Il. έ, 341. ſ. eſt, Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ᾽, οὐ πίνουσ᾽ αἴθοπα οἶνον. Τοὔνεκ᾽ ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται· arbitror etiam ipſe, ſcripturam ἀναιμόσαρκε recte ſe habere. Σχεδὸν eſt hoc loco *fere*, vt Act. 13, 44. 19, 29.: ſed proprie eſt *prope*, de loco, ἐγγὺς, πλησίον. vid. Hom. Il. γ´, 15. Anacr. epigr. 4, 2. Caeterum verſus huius odarii ſunt iambei dimetri catalectici, qui in prima ſede habent anapaeſtos.

ΜΔ´ ΕΙΣ

ΜΔʹ ΕΙΣ ΤΟ ΕΑΥΤΟΥ ΟΝΕΙΡΟΝ *

Ἐδόκευν ὄναρ τροχάζειν,
Πτέρυγας φέρων ἐπ' ὤμων·
Ὁ δ' Ἔρως ἔχων μόλυβδον
Περὶ τοῖς καλοῖς ποδίσκοις
Ἐδίωκε, καὶ κίχανε.
Τί θέλει ὄναρ τόδ' εἶναι;
Δοκέω δ' ἔγωγε, πολλοῖς
Ἐν Ἔρωσί με πλακέντα
Διολισθανεῖν ἐν ἄλλοις,
Ἑνὶ τῷδε συνδεθῆναι.

VARIETAS LECTIONIS

* *τῦ αὐτῦ ὄναρ cod. Vatic. in marg. p. 683.: in quo hoc odarium est duodetricesimum. εἰς τὸ ἑαυτῦ ὄναρ Met. 2. 3. μόλιβδον cod. Vatic. 5. κίχανεν cod. Vatic. Steph. Lub. Flaid. Fab. Met. 1. 2. Parm. 6. τὸ δ' ὄναρ cod. Vatic. vnde τόδ' ὄναρ recepp. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holst. Brig. Born. Ioerd., inuitis auribus, et metri legibus. τί δ' ὄναρ θέλει τόδ' εἶναι; coni. Bruncqu. ἦναι. Steph. Mor. θέλει γ' ὄναρ Barn. Lam. θέλει δ' coni. Zeun. p. 93. 9. διολισθένειν μὲν ἄλλοις cod. Vatic. διολισθανεῖν μὲν Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. recte. 10. ἑνί τῳ δὲ coni. Pauus, prob. Zeun. p. 93.*

ANNOTATIONES

ODE XXXXIIII

1. Figura ἔλλειψις pro κατ' ὄναρ. B. Ὄναρ enim est fere *in somnis, per quietem:* vid. odar. 65, 3. Aeschyl. Eumenn. 116. 131.: sed κατ' ὄναρ *monitu somnii.* v. Abreschius lectt. Aristaenett. p. 299. ss. et Audendorpius ad Tho. Mag. p. 650. Hesychius: Τροχάσας· — δραμών. Legitur haec verbi forma ap. Herodo. 9, 66. Theophr. charr. 14, 3., aliosque: vt συντροχάζειν odar. 7, 3.

2. Πτέρυγας

2. Πτέρυγας φέρων ἐπ᾽ ὤμων, h. e. *alatus, aliger:* vt Cupido, qui odar. 3, 17. f. dicebatur φέρειν πτέρυγας.

3. De varia scriptura nominis μόλυβδος· fcribitur enim μόλυβδος, et μόλυβος, μόλιβδος, et μόλιβος· vid. Vaffius ad Thucyd. 1, 90.: Vesfeling. ad Diod. Sic. p. 125. To. 1.: Pierfonius ad Moeridem in v. μόλυβδος. Caeterum nomen ποδίσκος in thefauro Stephaniano notatum non extat.

5. Hefychius: Κιχάνειν· — καταλαμβάνειν. Eft verbum Homericum: vt Il. φ, 524. κίχανεν· et Il. β, 18. ἐκίχανεν· vbi fchol. min. κατέλαβεν· quod ipfum verbum refertur ad verbum διώκειν Phill. 3, 12.

6. Barnefius, τί θέλει γ᾽, metu vacui. B. Ouid. Metamm. 9, 473. *tacitae quid vult fibi noctis imago?* Amorr. 3, 5. 31. f. *Dic, age, nocturnae, quicunque es, imaginis augur — vifa quid ifta ferant.* Conf. Palaeretius ad Actt. 2, 12. Sic βέλεται ἄναι multis in locis Cratyli Platonici idem valet, quod σημαίνει, μηνύει, vt c. 38.

7. Saluinius obferuatt. mifcell. p. 442. vol. 3. intellegi poft verba δοκέω ἔγωγε iubet pronomen μοι, fine cauffa idonea. Nam δοκῶ per fe eft *puto, credo.* vid. odar. 61, 3. Aefchyl. Agamemn. 600.

8. Ἐν referendum eft ad πλακέντα· vid. ad odar. 43, 9.: et πολλοῖς ἐν Ἔρωσι πλακεὶς dicitur *is, qui multorum puerorum, puellarumque, amore implicitus, et impeditus, tenetur: qui multos pueros, et puellas, amat.*

10. Pulcerrima ἀλληγορία, a volucribus defumpta, aucupumque retibus. Barnefius fufpicatur, Anacreontem iam aetate prouectum duxiffe vetulam. Certe - - - *optima fummi Nunc via proceffus vetulae vefica beatae.* B. Sunt verficuli Iuuenalis fat. 1, 38. f. Scriptura τῷδε ita defendi recte poteft, vt τῷδε dicatur δεικτικῶς pofitum, atque adeo intellegi *puella*, vel *puer*, quem poëta fibi vifus fit videre in fomnis. Pauus tamen legi iubebat ἐνί τῳ δέ. At primum offendit particula δὲ, non fuo loco pofita: deinde tum nec fcriptura διολισθανεῖν μὲν, quae eft in cod. Vaticano, et Stephaniano exemplo, attingi debebat: et quum verbo διολισθαίνειν addatur quartus cafus perfonae: vt ap. Ariftoph. Nubb. 433. τὰς χρησὰς διολισθεῖν· vix dubitari poffe videtur, quin pro ἄλλοις reponi debeat ἄλλας· nifi quidem dicere malis, ἄλλοις effe datiuum incommodi, vt grammatici vocant. Nam διολισθαίνειν, quod verbum Suidas cum Ariftophanis fcholiafta ad Nubb. d. l. verbo ἐκφεύγειν explicat, eleganter dicitur de *eo, qui amare defìnit, neque fe amoris vinculis teneri finit:* fed συνδεθῆναι de *eo, qui amoris vinculis ita impeditus tenetur, vt expedire fe inde non poffit.* Gloff. vett. Διολισθαίνω *Perlabor.* Sed particulam μὲν etiam fimpliciter poni, ita, vt in altero incifo non fequatur particula δὲ, quis nefcit? Caeterum verbo δοκέω etiam Hom. Il. η, 192. fic fut. infinitiui addidit. Metrum autem huius odarii non diuerfum eft ab odarii fuperioris metro.

ΜΕ΄ ΕΙΣ

ΜΕ΄ ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΕΡΩΤΟΣ ΒΕΛΗ *

Ὁ ἀνὴρ ὁ τῆς Κυθήρης,
Παρὰ Λημνίαις καμίνοις,
Τὰ βέλη τὰ τῶν Ἐρώτων
Ἐποίει λαβὼν σίδηρον·
Ἀκίδας δ' ἔβαπτε Κύπρις,
Μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα·
Ὁ δ' Ἔρως χολὴν ἔμισγεν.
Ὁ δ' Ἄρης ποτ' ἐξ ἀϋτῆς
Στιβαρὸν δόρυ κραδαίνων,
Βέλος ηὐτέλιζ' Ἔρωτος.
Ὁ δ' Ἔρως, Τόδ' ἐστιν, εἶπε,
Βαρύ· πειράσας νοήσεις.
Ἔλαβεν βέλεμνον Ἄρης·
Ὑπεμειδίασε Κύπρις.
Ὁ δ' Ἄρης ἀναστενάξας,
Βαρὺ, Φησίν· Ἆρον αὐτό.
Ὁ δ' Ἔρως, Ἔχ' αὐτὸ, Φησί.

VARIETAS LECTIONIS

* *ἄλλο τοῦ αὐτοῦ εἰς βέλος cod. Vatic. in marg. p. 683.: in quo hoc odar. est septimum, et vicesimum. εἰς τὰ Ἔρωτος βέλη Barn. Lam.* 2. *λιμνίαις cod. Vatic.* 4. *ἐπόει cod. Vatic., vt odar.* 32, 6. *ποῶ.* 6. *μέλι λαρινὸν coni. Fab. βαλοῦσα coni. Brunequ. in Arg.* 2. *p.* 128. 7. *ἔμισγε cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Parm.* 8. *τότ' coni. Pau.* 11. *εἶπεν cod. Vatic.* 12. *post v.* 12. *in cod. Vatic. insertus legitur v.* 17., *etiam suo loco redditus. Librarius scilicet scripto v.* 12. *videtur oculos suos coniecisse in v.* 17., *deceptus primo verbo v.* 16., *eoque scripto noluisse lituram facere.* 14. *ὑπεμειδίασσε Barn.* 17. *Φησιν cod. Vatic. Barn.*

ANNOTATIONES

ODE XXXXV

1. Veneris maritus eſt Vulcanus. v. Homer. Odyſ. θ', 267. ſſ. Eius officinarum [χαλκεώνων] fertur fuiſſe, alia in Lipara, inſula Aeoliarum inſularum facile principe, inter Siciliam, et Italiam: vid. Callim. h. in Dian. 47. ſ. et ibi Spanhemius: alia in Lemno, inſula maris Aegaei, quae *Vulcania Lemnos* dicitur a Valer. Flac. 2, 78. ſ. 4, 440.: conf. Heinius ad Virg. Aen. 8, 416. Vnde fornacem Vulcani poëta vocat Λημνίας καμίνους. Nam vocabulo κάμινος poëtae vtuntur fere de *fornace Vulcani*. v. Spanhemius ad Callim. h. in Dian. 60.

4. Ἐποίει λαβὼν σίδηρον, h. e. *fabricabatur ferro*: vt v. 5. ſ. ἀκίδας ἔβαπτε Μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα *cuſpides melle dulci imbuebat*. Heſychius: Ἀκίς· — τὸ σιδήριον τοῦ βέλους. Pollux 1, 137. ὁ δὲ σίδηρος, ἀκίς. Gloſſ. vett. Ἀκὶς *Spiculum*. Chryſoſtomus de ſacerdot. 6, 12. p. 352. Beng. ἀκίδα βέλους ἐκκεκλασμένην, καὶ ὀφθαλμὸν ἔχουσαν ἐμπεπερονημένον. Sed Cupido eaſdem felle veneni armaſſe dicitur, vt intelligeretur, initia amoris dulcia, et ſuauia, quantae, et quam graues, et quam acerbae, moleſtiae ſequerentur. v. Barthius ad Claudian. p. 462. et p. 819. Vnde ſagittae Cupidinis a Theocrito Idyl. 23, 5. dicuntur πικρὰ βέλη.

6. Audi tu Profeſſorem, vbi collibitum eſt, vera profitentem: Τὸ γλυκὺ, inquit, *vltimam ſuam producit, idque triplicem ob rationem, ob caeſuram nempe, ex vi accentus, et ante liquidam.* Cur non ſemper hoc videt? B.

8. Ἐξ αὐτῆς — κραδαίνων eſt contracta forma loquendi, *e pugna reuerſus — vibrans, quatiens.* Sic ap. Theophraſt. charr. 16, 1. ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας, καὶ περιῤῥανάμενος, ἀπὸ ἱεροῦ *lauat manus, et corpus ſpargit aqua luſtrali, e templo egrediens*: et Marc. 7, 4. ἀπὸ ἀγορᾶς ἐὰν μὴ βαπτίσωνται *e publico reuerſi domum niſi lauerint manus*: vbi v. Raphelius, Munthius, et Loeſnerus: itemque Girigius ad Plutarch. apophthegmm. Laconn. 12, 2. add. Theocrit. Idyl. 2, 80. et ibi ſchol. Nam αὐτὴ eſt, hoc loco, idem, quod μάχη· vid. ad odar. 16, 3.: et verbum κραδαίνειν, quod hic de Marte *haſtam* vibrante poſitum eſt: quo in genere Theocritus Idyl. 17, 103. verbo πάλλειν vtitur: odar. 31, 14. legebatur de Aiace *gladium* vibrante. Heſychius: Στιβαρόν· — βαρύ. Eſt gloſſa Homerica. vid. Il. α', 100. ε', 746.: vbi ſchol. min. ἰσχυρόν· add. Batrachom. 206. Gloſſ. vett. Στιβαρὸν *Graue, grande*. Στιβαρὸν *Ponderoſum, grande*. *Haſta grauis* eſt ap. Ouid. Metamm. 12, 82.

10. Signata vox. B. Scilicet εὐτελίζειν βέλος eſt *ſagittam eleuare: ſagittam reprehendere, vt leuem, quae graue vulnus non faciat.* Gloſſ. vett. Εὐτελίζω *Adnihilo, vilo, vilito*. Εὐτελίζει *Inuilitat, derogat*. Phavorinus, neſciebam vnde: Εὐτελίζω· ἀθερίζω· ſed ἀθερίζειν eſt, Heſychio interprete, ἀποδοκιμάζειν. Nam verba εὐτελίζειν, et ἐξευτελίζειν, Stephanus ait antiquis ſcriptoribus minime vſitata fuiſſe exiſtimari.

12. Elocutio de medio accepta. B. Βαρὺ vocatur Cupidinis ſagitta, quatenus *cordi grauis* eſt, et *moleſta*, quatenus *animum* vrget *dolore*. v. odar. 3, 32. Vnde Cupido ipſe dicitur βαρὺς θεὸς a Theocrito Idyl. 3, 15. Νοεῖν eſt *ſentire, videre*.

13. Hoc

13. Hoc est, *corpore suo accepit.* B. *Feriri se telo a Cupidine, et vulnerari, siuit.* vid. Zeunius ad h. l. p. 94. s. Bentleius vero in ep. ad Franc. Gaconium p. 127. Arg. 1. p. 145. s. Arg. 2. verbum ἔλαβεν ita explicauit, vt Cupido putaretur non contorsisse iaculum, sed manu tantum accipiendum tradidisse: at repente iaculum ait, ex viuo scilicet igne, et aethereo fulgure, constans, in Martis corpus se sponte insinuauisse, et reconditum latuisse, existimari debere. At talia non erant tela Cupidinis a Vulcano fabricata. vid. v. 4. ss.

14. Barnesius maluit ὑπεμειδίασσε, consueto sibi διπλασιασμῷ. Verum ἄλφα medio tempore est: quod saepius dictum est. B. Scilicet verba in άω purum desinentia penultimam syllabam in futuris, et aoristis, longam habent. vid. Clarquius ad Homer. Il. ά, 67. Gloss. vett. Ὑπομειδιάω *Subrideo.* vid. Virg. Aen. 1, 254. Hesychius: Ὑπομειδιῶντι· γελῶντι. De vi nominis μειδίαμα, et verbi μειδιᾷν, locus nobilis est ap. Clem. Alex. Paedag. 2, 5. p. 167. Colon.

16. Comicum subest ἦθος in βαρύ· atque etiam in ἆρον αὐτὸ [*euelle istud*], et in ἔχ᾽ αὐτό. Quare decenti prolatione adiuuandum. B. Caeterum metrum huius odarii prorsus simile est odarii superioris metro.

ΜϚΤ' ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ *

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι·
Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι·
Χαλεπώτερον δὲ πάντων
Ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα.
Γένος οὐδὲν εἰς Ἔρωτα·
Σοφίη, Τρόπος, πατεῖται·
Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.
Ἀπόλοιτο πρῶτος αὐτὸς,
Ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας.
Διὰ τοῦτον οὐκ ἀδελφός·
Διὰ τοῦτον οὐ τοκῆες·
Πόλεμοι, φόνοι, δι' αὐτόν·
Τὸ δὲ χεῖρον, ὀλλύμεσθα
Διὰ τοῦτον οἱ φιλοῦντες.

VARIETAS LECTIONIS

12. πτόλεμοι, φθόνοι, *Met.* 1.

ANNOTATIONES

ODE XXXXVI

* Barnesius adiecit φιλοκερδῆ de suo. verum quid opus? B. Idem fecit in suo exemplo Lamius. In cod. Vatic. p. 683. hoc odarium adiunctum est odario superiori, vt pars eius. Menagius autem putabat, Regnierio auctore, Anacreontem composuisse hoc carmen tum, quum Polycrates, Samiorum tyrannus, Smerdien, adolescentem Thracium, cuius amator esset poëta, auro sibi, et argento, conciliasset. vid. Max. Tyrius diss. 10. p. 104. Dauis. min.

3. Comparatiuus cum genitiuo πάντων habet vim superlatiui, *grauissimum*, *acerbissimum*, *est.* Sic 1. Corr. 15, 19. ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων *miserrimi:* Ephess. 3, 8. ὁ ἐλαχιστότερος πάντων τῶν ἁγίων *minimus Christianus:* Matth. 13, 32. Marc. 4, 31. μικρότερον πάντων τῶν σπερμάτων *minimum granum.* vid. Sanctius Mineru. 2, 10. p. 218. Amstel. a. 1733.

4. Ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα est *inuenustum esse.* v. Donatus ad Terent. Andr. 1, 5. 10. Sic verbum ἀποτυγχάνειν legitur in loco Ctesiae, quem Pseudodem. Phaler. περὶ ἑρμην. §. 219. laudauit, ἐρασθεὶς τῆς γυναικὸς, ἀπετύγχανεν.

5. Sensus est, *genere non conciliatur Amor: Amor non sequitur generis nobilitatem: nil prodest amanti nobilitas.* Caeterum conferri cum hoc loco, qua rem, potest locus Ouidii A. A. 2, 273. ss.

6. Praeclare Ouidius in Amorum libris [3, 8 3. s.], *Ingenium quondam fuerat pretiosius auro: At nunc barbaria est grandis, habere nihil.* B. Τρόπος est *virtus: ingenium candidum* [Horat. epod. 11, 11. s.]: σοφίη autem, hoc quidem loco, pertinere videtur maxime ad *facultatem carmina pangendi*, vt fragm. 1, 4.: sicut poëtas ipsos constat simpliciter σοφοὺς appellari. vid. odar. 53, 23. Et πατεῖσθαι valet *sperni, despici, neglegi, contemni, non curari:* vid. Apollon. Rhod. 2, 17. et ibi schol.: vt βλέπειν v. 7. *curare, spectare, suspicere, diligere, sequi.* vid. ad odar. 26, 6. et Trillerus ad Christum pat. p. 353. Sic *calcatum ius* legitur ap. Claudian. in Eutrop. 2, 125.

7. Aristoph. Plut. 146. Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα.

8. Nequibat dicere ἐκεῖνος. B.

10. Sensus est, *argenti gratia fratres oppugnantur, et produntur, a fratribus, liberi a parentibus, et contra.* Sen. de ira 3, 32. *haec* [pecunia] *fora defatigat, patres, liberosque, committit, venena miscet, gladios, tam percussoribus, quam legionibus, tradit. — propter hanc — reges saeuiunt, rapiuntque, et ciuitates longo saeculorum labore constructas euertunt.* Quam ipsam in rem dignus est, qui cum hoc loco comparetur, locus Sophoclis Antigon. 300. ss. Conf. Cortius ad Sallust. Catil. 10, 4.

13. Verba τὸ δὲ χεῖρον interposita sunt, vt ap. Cic. 16. ep. 14, 1. verba *ac miserius.* Sensus est, *inopes quum amant, nec redamantur, sed reiiciuntur, quia non habent, quo amorem redimant, pereunt prae aegritudine, atque adeo ipsi mortem sibi consciscunt.* Sed ad illustrandam hanc alteram odarii partem apponere placuit primos versus scolii cuiusdam Timocreontis Rhodii, quos seruauit schol. Aristoph. ad Rann. 1337. et ad Acharnn. 531., et ex eo Suidas v. σκολιὸν, Ὤφελες, ὦ τυφλὲ Πλοῦτε, Μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, Μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανήμεναι [l. φανήμεν', vel φανῆναι, vt Brunckius edidit Arg. 1. p. 85. Arg. 2. p. 88.], Ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναίειν, Κ' Ἀχέροντα· διά σε γὰρ Πάντ' ἐν ἀνθρώποις κάκ' ἐστι. Caeterum nec huius odarii metrum discrepat a metro odarii superioris.

ΜΖʹ ΑΛΛΟ ΩΙΔΑΡΙΟΝ *

Φιλῶ γέροντα τερπνόν·
Φιλῶ νέον χορευτάν.
Γέρων δ' ὅταν χορεύῃ,
Τρίχας γέρων μὲν ἐςι,
Τὰς δὲ φρένας νεάζει.

VARIETAS LECTIONIS

2. *χορευτᾶν* (η) *cod. Vatic.* *χορευτὴν Barn. Lam.* 3. *ἂν δ' ὁ γέρων χορεύῃ cod. Vatic.* 4. *ἐςιν cod. Vatic.*

ANNOTATIONES

ODE XXXXVII

* Barnesius ipse apposuit, Εἰς Γέροντα, odarii titulo. B. Barnesii auctoritatem sequutus est Lamius, etiam Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holst. Brig. Born. Ioerd. Sed in codice Vaticano p. 686., in quo hoc odarium est septimum, et tricesimum, inscribitur, *εἰς ἑαυτὸν ἢ εἰς ἕτερον πρεσβυτῶν*, addito in marg. vocabulo *ἄλλο*.

1. *Τερπνὸς* est *hilaris, laetus.*

2. Idem mero Ionismi studio *χορευτὴν* reposuit; parum aduertens, quinque huius odarii versiculis *τὸ ἄλφα* septies recurrere, et *ὦ μέγα* quater, vocales maxime sonoras. B.

4. Intell. *κατὰ*, vt v. 5. Senex enim habet caput canum, et albam barbam. vnde capilli senis dicti sunt odar. 34, 2. *πολιαὶ ἔθειραι*, et odar. 52, 13. dicuntur *πολιαὶ τρίχες*, vt ei odar. 56, 1. s. tribuuntur *πολιοὶ κρόταφοι*, atque *κάρα λευκόν*· et senectus ipsa odar. 54, 7. vocatur *πολιὸν γῆρας*. Theocrit. Idyl. 14, 68. ss. *ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα Πάντες γηραλέοι, καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει Λευκαίνων ὁ χρόνος.*

5. Gloss. vett. *Νεάζω Iuuenesco.* Aeschylus Supplicc. 614. *ὡς ἂν ἡβήσαιμι γηραιᾷ φρενί.* Plautus Mil. glor. 3, 1. 37. s. *Si albus capillus hic videtur, neutiquam ingenio est senex. Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.* Caeterum versus huius odarii sunt iambei dimetri catalectici.

ΜΗ΄ ΑΛΛΟ *

Δότε μοι λύρην Ὁμήρου,
Φονίης ἄνευθε χορδῆς.
Φέρε μοι κύπελλα θεσμῶν·
Φέρε μοι, νόμους κεράσσω,
Μεθύων ὅπως χορεύσω,
Ὑπὸ σώφρονος δὲ λύσσης
Μετὰ βαρβίτων ἀείδων,
Τὸ παροίνιον βοήσω.

VARIETAS LECTIONIS

4. *Φέρε μοι νόμους, κεράσσω coni. Pau. et Zeun. p. 96. inepte.* 8. *Post hunc versiculum in cod. Vatic. repetuntur versus odarii duo primi, vt odar.* 41., *prob. Val. p.* 133.

ANNOTATIONES

ODE XXXXVIII

* Professor adiecit Ὠιδάριον· puto, ne quis nesciret, quid esset. B. Idem a Metario, et Lamio, factum est. In codice Vaticano p. 676. hoc odarium est omnium odariorum secundum, quod in marg. adscripta habet verba, τοῦ αὐτοῦ Βασιλίου· quae verba seruauit Bruncquius, ita, vt odario ipsi locum tribuerit in odis Anacreonticis diuersorum poëtarum, Arg. 1. 2. p. 68. Bruncquium hac quoque in re ducem sequuti sunt Holst. p. 114., Degen. in edit. sec. p. 83., Born. p. 186. s., Briger. p. 118. s.

2. Hic aduertendum, veteres pro materia carminis immutasse sibi chordas: quod ad primam adnotauimus. B. Scilicet ad lyram canebantur etiam heroum laudes, et bella; vid. odar. 1. et Homer. Il. *ί*, 189.; pro chordarum diuersitate. Vult igitur poëta tradi sibi lyram Homeri, sed ita, vt aliae ei chordae, alii nerui, et fila, aptentur. Chordas, ad quas mors heroum canebatur, vocat χορδὴν φονίην *chordas cruentas*. nam singularis numerus intellegi debet, vt pluralis. Neque vero offendere quenquam numerus singularis v. 3. debet, quum praecedat alter numerus v. 1. Ibi enim poëta cohortatur omnes pueros, hic agit tantum cum pocillatore, et ministratore: etsi non ignoro, vocem φέρε, vt ἄγε, interdum vsurpari etiam ab eo, qui plures cohortetur. vid. odar. 53, 29.

3. *Θεσμοὶ*, et *νόμοι*, isti leges erant bibendi a rege conditae. B. Recte. *Θεσμοὶ*, et *νόμοι*, sunt *leges*, *quae in poculis ponuntur*: v. Cic. Ver. 5, 11. et Ouid. Tristt. 2, 488.: quae *νόμοι συμποτικοὶ* dicuntur a Platone Legg. 2. p. 671. C To. 2. Steph., et a Luciano Anthol. 2, 47. 37. 2. *δόγματα συμποσίκ*. His legibus praescribebatur, quot pocula essent bibenda, quot partibus aquae quot partes vini miscendae essent. Vnde *pocula* poëta vocat *κύπελλα θεσμῶν*, quia aqua vino miscenda erat e legibus conuiuii, et *νόμους κεράσαι*, quae formula audacia, sed docta illa, et perita, non caret, ita, vt sint, qui intellegi *κατὰ* iubeant, est *miscere vinum tot partibus aquae*, *quot misceri illud leges compotationis iubent*. Hae leges dabantur a magistro conuiuii, qui a Latinis, et *rex*, vel *rex mensae* [Macrob. Saturnn. 2, 1.], et *modimperator* [v. Varro ap. Non. Marc. 2, 565.], a Graecis *συμποσίαρχος* [v. Laërt. 8, 64.], vel *συμποσίκ ἄρχων* [v. Pollux 6, 11.], dicebatur, elegebaturque fere talis. v. Plutarchus sympoff. 1, 4. et apophthegmm. Laconn. 2, 1. p. 18. Girig.: Horat. 1. od. 4, 18.: Lipsius lectt. antt. 3, 1.: et Ioh. Frid. Christii Prolusf. duae de magisteriis [Cic. Cat. M. 14.] veterum in poculis, Lipsiae A. C. 1745. et A. C. 1747. editae.

5. Veteres nunquam, nisi ebrii, saltauerunt. Notat etiam Theophrastus [charr. 12, 3.] hominem imperitum, quod intempestiue, hoc est, ante, quam ebrius factus esset, saltare soleret. Confirmat et Cicero in oratione pro Muraena [c. 6.]: *Nemo*, inquit, *saltat sobrius*, *nisi forte insanit*. B. Vid. odar. 41, 21.

6. Figura *ὀξύμωρον*. Sobrium autem dicit potantium furorem ob *νόμων κρᾶσιν*. Thracum erat *ἄκρατον* bibere. Barnesius furorem putavit poëticum, et fictum: quod minus nobis videtur, quod non habeamus Anacreontem, vt Professor, pro sobrio, et pudico. B. Hesychius: *Λύσσα· ὁρμή, ἐνθουσιασμός. Λύσσης· μανίας.* Gloss. vett. *Λύσσα Rabies.* Nimirum *λύσσα σώφρων furor*, *insania*, *sana* est *quum quis tantum bibit*, *vt hilaris sit*, *et laetus*, non tantum, vt nec mens, nec pes, officium faciant: quod fit quum bibitur vinum aqua mistum, non meracum. Epigonus Anthol. 1, 59. 4. 5. s. *φεῦ τίνες ὕδωρ Πίνουσι, μανίην σώφρονα μαινόμενοι*; Diligenter de hoc oxymoro exposuere Rittershusius ad Oppian. Cynegg. 1, 260.: Victorius lectt. varr. 10, 12.: Martinius lectt. varr. 3, 9. s.: Abreschius ad Aeschyl. p. 34. s. To. 2.

7. *Μετὰ βαρβίτων ἀείδειν* est *ad lyram* [vid. v. 1.] *canere*: vid. ad odar. 6, 4.: et *τὸ παροίνιον*, intell. *ᾆσμα*, vel *μέλος*, intellegi debet de *cantilena*, et *carmine*, *quod canitur inter pocula*: quod proprio vocabulo *σκολιὸν* appellatur: vt ad indicem corpusculi horum odariorum docuimus. Pollux 6, 108. *καὶ παροίνια δὲ ᾄσματα ἦν* sed 4, 53. *παροίνια*. Etiam verbum *βοήσω* accommodatissimum est personae hominis ebrii, in primis poëtae. vid. fragmm. 1, 7. et odar. 33, 19.

ΜΘ΄ ΑΛΛΟ *

Ἄγε, ζωγράφων ἄριϛε,
Λυρικῆς ἄκȢε Μȣ́σης,
Φιλοπαίγμονός τε Βάκχȣ
Ἑτεροπνόȣς ἐναύλȣς.
Γράφε τὰς πόλεις τὸ πρῶτον
Ἱλαράς τε, καὶ γελώσας·
Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύναιτο,
Γράφε καὶ νόμȣς φιλȣ́σας.

VARIETAS LECTIONIS

3. *In ex. Macrop. inter v. 2. et v. 3. relictum comparet ſpatium, quod capiat duo verſiculos.* Φιλοπαίγμονες δὲ βάκχαι *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Parm. Barneſius hunc, et ſequentem, verſiculum Scaligeri admonitu, non cod. Vatic. auctoritate, poſtpoſuit v. 5. et 6., ſic,* Φιλοπαίγμονάς τε Βάκχας Ἑτεροπνόοις ἐν αὐλοῖς. *Barneſium ſequuti ſunt Lamius, Deg. 2. Born., probb. Zeun. p. 97. et Val. p. 133. et Valperga p. 97.: qui tamen v. 3. etiam* φιλοπαίγμονός τε Βάκχας *legi poſſe putabat. Pro* ἐν *Barn. etiam* σὺν *affert, et* ἀεροπνόοις *pro* ἑτεροπνόοις. 4. ἑτεροπόρȣς *marg. cod. Vatic.* ἑτεροπνόοις ἐν αὐλοῖς *coni. Fab.* ἑτεροπνόȣς μὲν αὐλȣ̀ς *coni. Pau.* ἀν᾽, *vel* ἐν, αὐλȣ̀ς *coni. Metaſ.* 5. τὸ πρῶτον *cod. Vatic. Steph. Mor. Lub. Flaid. Parm.* γράφε συμπόσεις *coni. Zeun. p. 91.* 7. δύνηται *affert Barn.* ἂ δύναιτο *Arg. 1, 2. Deg. 1. 2. Brig. e coni. Bruncquii.* 8. φιλȣ́ντων *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Barn. Lam. Met. 1. 2. Parm. Deg. 2. Born.* πινόντων *coni. Faber.* φιλέντας, *vel* φιλάσας, *coni. Val. p. 133. inepte, repugnantibus legibus grammaticis.*

ANNOTATIONES

ODE XXXXVIIII

* Barneſius de ſuo poſuit, Εἰς ζωγράφον. nulla cum ratione. B. Poſt Barneſium idem fecit Lamius. In Arg. 2. p. 69. eſt τȣ̃ αὐτȣ̃ [Baſilii] πρὸς ζωγράφον, vt in Briger. p. 119. ſ. Retulit enim Bruncquius in edit. ſec. hoc quoque odarium inter odas Anacreonticas diuerſorum poëtarum, p. 69. Indicem πρὸς ζωγράφον retinuere in ſuis exemplis Degen. Holſt. Born., auctoritate Bruncquii in Arg. 1. Sed in cod. Vatic. hoc odarium ſubiunctum eſt odario ſuperiori, vt vnum, nullo addito titulo.

3. Pro φιλοπαίγμονες δὲ Βάκχαι, quae nullum efficiebant ſenſum, audacter repoſui, Φιλοπαίγμονός τε Βάκχȣ· nihil opus fuerat et ἑτεροπνόων

πνόων ἐναύλων. nam variata est σύνταξις. Professor Graecus, nisus autoritate, quod ait, Vaticani MS., postposuit duos sequentes versus duobus proximis, turbato certe ordine. Quin et de suo ingenio rescripsit, Φιλοπαίγμονάς τε Βάκχας Ἑτεροπνόοις ἐν αὐλοῖς. Quis vnquam legerat, Bacchas adfuisse conuiuiis? Ipse Bacchus, et tibiae, certe suo loco hic veniunt. De tibia ita in Symposiacis [7, 8. p. 712. f. To. 2.] Plutarchus, Τὸν δ' αὐλὸν ἐδὲ βελομένοις ἀπώσασθαι τῆς τραπέζης ἐστιν. Αἱ γὰρ σπονδαὶ ποθῶσιν αὐτὸν ἅμα τῷ στεφάνῳ. Audiendus etiam Ouidius in Fastis [6, 657. ff.], *Temporibus veterum tibicinis vsus auorum Magnus, et in magno semper honore fuit. Cantabat fanis, cantabat tibia ludis, Cantabat moestis tibia funeribus.* Fuerat igitur ἑτεροπνόος ἔναυλος *alternus tibiae cantus*; tam dextrae scilicet, quam sinistrae. Vide iam, an sint ista, quod ait Professor, *ex Baxteri emendatione impeditiora:* atque an eius *audacia* in tantum *infelix* sit, vt mereatur *refrenari.* B. Odarium hoc quum sit haud dubie mutilum, neque integrum; qua in opinione Fabrum iam, atque Pauum, fuisse video: quum ii quoque, qui restant, versiculi iis mendis adspersi cernantur, quae eximi, et tolli, sine librorum veterum auxilio, vix possint: facile abstinemus eos interpretari. Sed certum tamen esse putamus, primum verbis Λυρικῆς Μέσης indicari *carmen lyricum*, ita, vt pertineant ad hoc ipsum odarium, quo poëta pictori argumentum tabulae pingendae proponit: quomodo *bucolicum carmen* a Theocrito Idyl. 1. dicitur, et βωκολικὰ Μῶσα v. 20., et βωκολικὰ ἀοιδά v. 64.: deinde ob hanc ipsam caussam melius legi Φιλοπαίγμονάς τε Βάκχας Ἑτεροπνόοις ἐν αὐλοῖς, et hos duo versiculos rectius a Barnesio postpositos esse versiculis Γράφε τὰς πόλεις τοπρῶτον Ἱλαράς τε, καὶ γελώσας. Quis enim sanus istam structurae verborum insolentiam ferat eo loco, quo poëta non reperiatur vllo modo insaniuisse? et quis non offendatur nouitate nominis ἔναυλος *tibia*, vel *tibiae cantus?* Pauus putabat, ἑτεροπνόους ἐναύλους esse *tibias diuersa sonantes:* et Barnesio poëta videbatur respexisse ad locum Homeri Il. σ', 490. ff. Caeterum de tibiis, earumque generibus variis, legi potest, praeter Casp. Bartholini libellum [Amstel. A. C. 1679. 12.], disputatiuncula Salmasii exercitatt. in Solin. p. 82. ff. et ad Vopisc. p. 493. ff. Tibiae *dextrae* pauciora habebant foramina, eademque paria, *sinistrae* plura, sed imparia: dextrae edebant sonum *grauem*, sinistrae *acutum*, et *tinnientem:* tibicines modos faciebant, vel duabus tibiis, iisque, vel dextris, vel sinistris: hae erant tibiae *pares:* vel vna dextra, altera sinistra: hae erant tibiae *impares.*

7. Magis arridet Barnesio δύνηται, quod ode 28, 8. iste versus ita sit conceptus, Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται. Verum sciat, vtrumque esse rectum. B. Nam ἂν dicitur pro ἐάν, h. e. εἰ ἄν, sed particulae huic παραπληρωματικῇ iungitur etiam praesens optatiui, quo reddatur futur. coniunctiui Lat.: vid. Hom. Il. α', 301. Plato Cratyl. 19. Xen. Cyrop. 3, 3. 19.: ita, vt nec necesse sit pro ἂν substituere εἰ.

8. Pro φιλέντων rescripsi φιλέσας. Non enim agi videtur de *legibus amantum*, quas Professor lepida voce reddit *ceremonias*, verum de *legibus bibendi* in sympofiis. Faber posuit πινόντων, aduersante metro: sed rem vidit. Alii iudicabunt, an iure exclamet Professor, me sustulisse omnem facetiam: quam ipse sustulit, si quid ego video. B. Nam quum νόμοι dicantur *leges compotationum*, *leges conuiuales:* vid. odar. 48, 4.: formula νόμες φιλεῖν recte videtur posse ita accipi, vt sit *amantem esse compotationum*, *potare.* Caeterum hoc odarium metrum cum superiore odario commune habet.

Ν' ΕΙΣ

Ν΄ ΕΙΣ ΔΙΟΝΥΣΟΝ *

Ὁ τὸν ἐν πότοις ἀτειρῆ
Νέον, ἐν πότοις ἀταρβῆ,
Καλὸν ἐν πότοις χορευτὴν,
Τελέων θεὸς κατῆλθεν,
Ἁπαλὸν βροτοῖσι φίλτρον,
Πότον ἄστονον, κομίζων·
Γόνον ἀμπέλου, τὸν οἶνον,
Πεπηδημένον ὀπώραις,
Ἐπὶ κλημάτων φυλάττων·
Ἵν', ὅταν τάμωσι βότρυν,
Ἄνοσοι μένωσι πάντες,
Ἄνοσοι δέμας θεητὸν,
Ἄνοσοι γλυκύν τε θυμὸν,
Ἐς ἔτους φανέντος ἄλλου.

VARIETAS LECTIONIS

* *εἰς Διόνυσον cod. Vatic. p.689., ſed in marg. adſcriptum extat ἄλλο· in quo libro hoc odar. eſt quintum, et quinquageſimum. Scaliger coni.* Εἰς σταφυλὴν τρώξιμον, *prob. Pauo.* 1. ἀτειρῆ, Νέον ἐν *Steph. Mor. Com. Lub. Macrop. aliique.* ἐν πόνοις *Barn. e cod. Vatic.: quam lectionem etiam Steph. attulit, in ordinem receptam iam a Flaid.: idem factum eſt in Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. Ioerd.* 2. νέ$^{ω}_{ο}$ν *cod. Vatic.* πόθοις *Barn. e cod. Vatic.: quam lectionem attulit idem Steph., receperuntque Flaid. Arg. 1. 2. Holſt. Deg. 1. 2. Brig. Born. Ioerd.* 4. κατῆλθε *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Parm.* 6. πόθον *cod. Vatic.* ποτὸν *coni. Pau.: quod rec. Deg. 2.* 7. *hic verſus in cod. Vatic. eſt vltimus p. 689., et primus p. 690.* 8. πεπεδημένον *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Arg. 1. 2. Holſt. Deg. 1. 2. Parm. Brig. Born. Ioerd. recte.* πεπεδημένον γ' *Barn. Lam.* πεπεδημένον δ', *vel* τ', *coni. Zeun. p. 99.* 9. φυλάττειν *Steph. Mor. Com. Flaid. Fab. Met. 1. 2. Parm.* φυλάσσων *Barn. Lam.* 10. τέμνωσι *cod. Vatic.* τέμωσι *Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2 Parm. Lam.* τέμωσι βότρυς *coni. Pau.* 12. θνητὸν

θιητὸν cod. Vatic. 14. *ἰσίτυς cod. Vatic. Steph. Com. Lub. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Parm. ἐς τὺς Φανέντας ἄλλυς coni. Pau., aut ἐς ἴτυς Φανέντας ἄλλυ, aut ἐς ἴτυς τραπέντος ἄλλον, ita, vt v.* 10. *βότρυν retineretur. ἐς τὺς Φανέντας ἄλλυς Ioerd. e coni. Paui.*

ANNOTATIONES
ODE L

1. Eximius Profeſſor Graecus, fultus autoritate Vaticani codicis, quod ipſe ait, de *πόνοις*, quod inſigni cum *ἐξεργασίᾳ*, in vinolenta iſta cantilena ter repetitur, in duobus prioribus verſibus immutauit in *πόνοις*, atque *πόθοις*, extincto prorſus carminis ſpiritu, et ſuccifis neruis. Nos in hac editione mouimus *ὑποστιγμῆς* notam de *ἀτειρῆ* ad *Νεόν*· quod nemo improbabit. B. Immo ex ea lectione, quam Barneſius ſequutus eſt, ſenſus naſcitur, et rei, et verbis, accommodatiſſimus. Nam celebratur ſic a poëta triplex beneficium Bacchi. Primum enim, eo auctore, Bacchus, vini adiumento, ab animis adoleſcentium defendit impetus curarum, et ſolicitudinum, omnes, vt frangi iis non poſſint, h. e. *ἐν πόνοις ἀτειρῆ τελέων*· Heſychius: *Ἀτειρής· ὁ στερεὸς, καὶ ἄτρωτος, ὁ τειρόμενος ὑπὸ Ἄρεως, ἀκαταπόνητος*· deinde inflammat eos ad audaciam in amore omnem, h. e. *ἐν πόθοις ἀταρβῆ τελέων*· Theocr. epigr. 4. 14. *Εὔχε', ἀποστέρξαι τὺς Δάφνιδός με πόθυς*· ſchol. min. Hom. ad Il. *ν'*, 299. *Ἀταρβής· ἄφοβος*· denique cogit eoſdem in compotationibus choreas molles, et commodas, ducere, h. e. *καλὸν ἐν πότοις χορευτὴν τελέων*. Iam vero poëta etiam aliis in locis oſtendit, ſe velle vinum bibere, vt otio animi fruatur, vt ludat cum puellabus, vt ſaltet: et *ἀτειρής* non minus, quam *ἀταρβής*, ad animum, non ad corpus, refertur.* Fieri etiam poteſt, vt auctor odarii reſpexerit ad locum Homeri Il. *γ'*, 60. et 63. Caeterum confirmare eandem illam lectionem videntur ea, quae v. 5. ſ. dicuntur. Heſychius: *Τελεῶ· δῶ, παράσχω. Τελῶμεν· ποιῶμεν.*

4. Hic eſt, ſi quis alius, *Ἐπιλήνιος ὕμνος*, qualis ſcilicet ad torcular cantari ſolebat. Quo tempore fingebatur neſcio quis Bacchi deſcenſus, qui nouo vino conficiendo adeſſe credebatur. Erat autem in Bacchi thiaſis quidam, qui dei perſonam gerebat, quem reliqui Bacchantes clamando, et ſaltando, ſequebantur. B. Vid. odar. 52. et Oertelii diſſert. de ceſſantis hymni vindemialis poena p. 14. ſſ., quae Vitebergae A. C. 1768. quaternis edita eſt.

6. Neſcio, cur Barneſius *τὸ πότον* modo verterit *poculum*. B. Scribi haud dubie debet *ποτόν*, ita, vt *ποτὸν ἄστονον* ſit *vinum*, quatenus *curas pellit*, et animum reddit hilarem. nam idem vocatur *Φίλτρον*, quatenus animum *inflammat amore*, et *ἁπαλὸν*, quatenus *ſuaue* eſt, et *dulce*, neque acerbum. Caeterum dat. *βροτοῖσι* pendet a participio *κομίζων*. Sic ap. Herodo. 2, 121. 4. *οἶνος*, et *τὸ ποτὸν*, ſunt nomina idem valentia: et ap. Homer. Odyſ. *β'*, 341. legitur *ποτὸν ἄκρητον*, et Odyſ. *ι'*, 354. *ποτὸν ἡδύ*. Euſtath. ad Il. *α'*, 471. p. 137. Rom. *Ὡς δὲ τὸ γένος, οὕτω καὶ ὁ τόνος, διάφορος τῦ ποτῦ, ἤτοι τῦ πινομένυ ὑγρῦ, καὶ τῦ πότυ, ἤγυν τῆς συμποσίας. Τὸ μὲν γὰρ ὀξύνεται, ὁ δὲ πότος βαρύνεται.* Et quanquam nomen *ἄστονος* in theſauro Stephaniano non notatum extat: tamen Heſychius in gloſſario ſeruauit gloſſam *ἄστονον*, neſciebam vnde ſumtam, additis interpretamentis *ἀμπὸν, μεγαλόστονον*· quae ſic ſcripta leguntur etiam in Phauorini Lexico: ſed pro *ἀμπὸν* haud dubie reſcribi debet *ἀγάστονον*, aut *ἀμπαύον*, vel *ἀναπαύον*, ita, vt hoc interpretamentum in hunc poëtae locum conueniat. Albertius putabat, Heſychium ſcripſiſſe *ἄλυπον*. bene.

7. *Γόνος*

7. Γόνος ἀμπέλȣ dicitur *vinum*, vt ab Pindaro Nemeonn. 9, 123. ἀμπέλȣ παῖς, et *vitis purpurea* μέλαινα μήτηρ vini nigelli ap. Eurip. Alceſt. 757., omninoque *vites* τὸν καρπὸν τεκȣ̃σαι ἄμπελοι ap. Ariſtoph. Nubb. 1117. coll. v. 1121. Nam γόνον eſſe *filium*, *prolem*, hac in formula, Iac. Nic. Loënſis epiphyll. miſcc. 1, 15. p. 283. ſuppl. To. 5. theſ. Gruter., Vorſtius Philol. S. c. 23. extr., et Albertius ad Matth. 26, 29., atque ad Heſych. p. 869. ſ. To. 1., putant, recte. Certe Bacchus odar. 18, 10. dicitur γόνος Διός. At quum γόνος etiam de *fructibus terrae*, et *arborum*, dicatur, vt *fetus*, h. e. *vuae*, vitibus tribuuntur a Lactant. de ira dei c. 13, 7.: Heſychius: Γόνος· — γέννημα· fieri poteſt, vt poëta ſequutus ſit vſum loquendi Hebraeorum, qui vinum dixere פְּרִי גֶּפֶן, vt Matthaeus d. l., qui ipſe *vinum* vocat γέννημα, h. e. καρπὸν, ἀμπέλȣ. v. Vorſtius d. l. et diſſertt. SS. 1, 7. p. 198. Ab Homero Il. γ', 246. vocatur καρπὸς ἀρȣ́ρης· vid. Athen. 2, 3. p. 40. A: ſed ab Herodo. 1, 212. coll. 207. ἀμπέλινος καρπὸς, et a Philochoro ap. Athen. 2, 2. p. 38. D ὁ τῆς ἀμπέλȣ καρπὸς, vt a Pindaro Olympionn. 7, 3. ſ. ἀμπέλȣ δρόσος. Conf. Georgius Vindicc. p. 305. ſ.: Abreſchius animaduerſſ. ad Aeſchyl. p. 219. To. 1.: Munthius, et Palaeretius, ad Matth. d. l. Caeterum *vuae* ipſae appellantur Διονυσιακοὶ καρποὶ ab Heraclid. allegorr. p. 456. Gal.

8. Per συστολὴν effertur, vt *ſteteruntque comae* apud Virgilium [Aen. 2, 774. 3, 48.]. Profeſſor de ſuo repoſuit πεπεδημένον, et *inuolutum* vertit, indicta cauſa. Semper cauet metro. B. At iam in omnibus libris editis ante Barneſium, atque adeo in cod. Vaticano, legitur πεπεδημένον· quae ſine vlla controuerſia eſt vera lectio, quum a verbo πηδάω ne poſſit quidem, per leges linguae, partic. paſſ., quod vim praeter. medii habeat, proficiſci. Itaque οἶνος πεπεδημένος ὀπώραις eſt *vinum vuis incluſum:* vt Ouid. Triſt. 5, 3. 36. *incluſo plena ſit vua mero.* Nam ὀπῶραι ſunt *vuae.* Heſychius: Ὀπώρα· — κυρίως δὲ ἡ σταφυλή. vid. odar. 54, 10. Et odar. 52, 6. *calcatores* dicuntur λύειν οἶνον. Sed verbum λύειν eleganter referri ad verba πεπεδημένος ὀπώραις, quis non videt? Certe Pſ. 145, 7. legitur, κύριος λύει πεπεδημένȣς. Heſychius: Πεπεδημένος· δεδεμένος.

9. Neceſſe fuit φυλάττων poni pro φυλάττειν. Barneſius fecit φυλάσσων, Ἰάδι διαλέκτῳ, more ſuo, ac ſi Anacreon neſciret Attice. B. Gloſſ. vett. Κλῆμα τὸ βότρυς ἔχον *Palmes.*

10. Autumnali ſcilicet tempore, quando febres maxime graſſantur. Profeſſor mea poſuit verba, indicto nomine. B. Ὅταν τάμωσι βότρυν eſt *poſt vindemiam:* quae συγκομιδὴ τῶν Διονυσιακῶν καρπῶν vocatur ab Heraclide allegorr. p. 456. Gal., vt *tempus vindemiae* a Platone Legg. 8. p. 844. D To. 2. Steph. ἡ ὥρα ἡ τȣ̃ τρυγᾶν· qui locus laudatur ab Athen. 14, 19. p. 653. C: ſed Longus Paſtorr. 2, 1. p. 132. vſus eſt hoc in genere verbis βότρυος τομή. Βότρυς idem eſt, quod σταφυλή. vid. odar. 52, 1. coll. v. 6. Hom. Il. σ', 562. coll. v. 561. Athen. d. l. p. 653. B.

12. Δέμας θεητὸν eſt *corpus*, non tam *pulchrum*, *venuſtum*, quam *firmum*, *robuſtum*, *ſanum*: nam θεητὸν refertur ad γλυκύν· ſed γλυκὺς θυμὸς eſt *animus ſanus*, *otioſus*, *ſecurus.*

14. Scripſi Ἐς ἔτȣς pro Ἐσέτȣς, ex emendatione doctiſſimi Schrevelii. Supprimitur enim χρόνον. B. Vel potius ὥραν, *ad proximum vſque auctumnum.* Nam iam Morelius, et Rob. Stephanus, edidere ἐς ἔτȣς. Sic ap. Herodo. 1, 202. τὴν χειμερινήν· intell. ὥρην. Caeterum conſtat hoc odarium iambeis dimetris catalecticis.

ΝΑ΄ ΕΙΣ ΔΙΣΚΟΝ ΕΧΟΝΤΑ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ *

Αρα τις τόρευσε πόντον,
Ἆρα τις μανεῖσα τέχνα,
Ἀνέχευε κῦμα δίσκῳ,
Ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης;
Ἆρα τις ὕπερθε λευκὰν,
Ἁπαλὰν χάραξε Κύπριν
Νόος ἐς θεοὺς ἀερθεὶς,
Μακάρων φύσιος ἀρχάν;
Ὁ δέ νιν ἔδειξε γυμνὰν,
Χ᾽ ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι,
Μόνα κῦμα συγκαλύπτει.
Ἀλαλημένη δ᾽ ἐπ᾽ ἀκτᾷ,
Βρύον ὣς ὕπερθε λευκὸν,
Ἁπαλοχρόου Γαλήνας,
Δέμας εἰς πλόον φέρουσα,
Ῥόθιον πάροιθεν ἕλκει.
Ῥοδέων δ᾽ ὕπερθε μαζῶν,
Ἁπαλῆς ἔνερθε δειρῆς,
Μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει·
Μέσον αὔλακος δὲ Κύπρις,
Κρίνον ὣς ἴοις ἑλιχθὲν,
Διαφαίνεται γαλήνας.
Ὑπὲρ ἀργύρῳ δ᾽ ὀχοῦνται,
Ἐπὶ δελφῖσιν χορευταῖς,
Δολερὸν νόον μ᾽ ἐρώντων
Ἔρος, Ἵμερος, γελῶντες.
Χορὸς ἰχθύων δὲ κυρτὸς,
Ἐπὶ κυμάτων κυβιστῶν,
Παφίης τὸ σῶμα παίζει,
Ἵνα νήχεται γελῶσα.

VARIETAS LECTIONIS

Hunc ipsum titulum habet hoc odarium in cod. Vatic. p. 690.: in quo est odarium sextum, et quinquagesimum. 1. πόντον; *Steph.* 2. *Parm.* πον-τῶι *cod. Vatic.* 2. τέχνη *Barn.* 3. δίσκωι *cod. Vatic.* 4. *Dacier. hic versus videbatur extitisse ex interpretamento verborum* ὑπὲρ θάλασσαν *v.* 5. *non credo.* 5. ὑπὲρ θάλασσαν *Barn. Lam. Arg.* 1. 2. *Holst. Deg.* 1. 2. *Brig. Born. Ioerd., prob. Zeun. p.* 99. *Iam Steph. attulit coni.* θάλασσαν. 6. ἁπαλὴν *Barn. Lam.* 7. Νόον *affert Barn.* ἀερθηεὶς *cod. Vatic.* 8. φύσειον *coni. Barn.* φύσιν, *aut* φυὴν, καὶ ἀρχὰν *coni. Zeun. p.* 100. *sine caussa.* ἀρχήν. *Barn. Lam.* 9. γυμνὴν *Barn. Lam.* 10. χ' ὅσα μὴ θέμις δ' ὁρᾶσθαι *cod. Vatic.* Ὅσα μὴ θέμις δ' ὁρᾶσθαι *coni. Steph.: quam scripturam recepp. Arg.* 1. 2. *Holst. Deg.* 1. 2. *Brig. Born. Ioerd.* 11. Μόνα κύμασιν καλύπτει *cod. Vatic. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born. Ioerd. At sic etiam* κάλυψε *scribi debuisse videtur.* 12. ἀλαλημένος δ' ἐπαυτὰ *cod. Vatic.* ἐπ' αὐτὰ *Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Lam. Arg.* 1. 2. *Holst. Deg.* 1. 2. *Parm. Brig. Born. Ioerd.* ἐπ' ἀκτᾶ *est e coni. Stephani, qui et* ἀλαλημένον *leg. putabat.* ἐπ' ἀκτὰν *Bruncqu. Analect.* ἀλαλημένον *Flaid.* ἐπ' αὐτῇ *Barn.* 13. ὡς *Steph. Mor. et caeteri, praeter Mor. et Barn.* ὡς — λευκὰν *cod. Vat.* 14. ἁπαλοχρόυς παλάμας *cod. Vatic.: sed in marg. adscriptum est* γαλήνας. Ἁπαλοχρόυς *Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Arg.* 1. 2. *Holst. Deg.* 1. 2. *Parm. Brig. Born., etiam Portus in Lex. Pindar. h. v.* Ἁπαλόχροος γαλήνας *Flaid.* ἁπαλόχροον γαλήνας *coni. Val. p.* 134. Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτὰ Βρύον ὡς ὕπερθε, λευκὸν Ἁπαλοχρόυ γαλήνας Δέμας εἰς πλόον φέρουσα, Ῥόθιον πάροιθεν ἕλκει, *aut* Ἀλαλημένη ἐπ' αὐτὰ Βρύον ὡς ὕπερθε, λευκὸν Δέμας εἰς πλόον φέρουσα, Ἁπαλοχρόυ γαλήνας Ῥόθιον πάροιθεν ἕλκει, *coni. Pau.* ὕπερθ' ἐλαφρὸν, *aut* Βρύον ὥς ὑπέρ τε λεῖον Ἁπαλόχροος γαλήνας, *coni. Zeun. p.* 100. *Regnierius verba* ἐπ' αὐτὰ *referebat ad* νῶτα· *et Dacieria putabat, ordinem verborum esse hunc,* αὐτὰ δὲ, *scil.* Κύπρις, ἀλαλημένη ἐπὶ, *scil.* κῦμα, ὕπερθε ἁπαλοχρόυ γαλήνας, ὡς βρύον λευκόν. Ἁπαλοχρόυ *coni. Steph.* Ἁπαλόχροος γαλήνης *Barn. Lam.* 17. Ῥοδέων ὕπερθε *Barn. Baxt.* 18. δειρῆς *cod. Vatic.* 19. σῶμα τέμνει *coni. Val. p.* 134. *male.* 21. ὡς *Steph. et alii, praeter Barn., vt v.* 13. 22. διεφαίνετοι *cod. Vatic.* γαλήνης *Barn. Lam.* 23. ἀργύρωι δ' ὀρχεῦνται *cod. Vatic.* ὑπὲρ ἀλμυρῷ δ' *coni. Pau., prob. Hesquinio ad Moschi Idyl.* 2, 114. 24. δελφῖσι *Steph.* 1. *Mor. Lub. Met.* 1. 2. *Parm.* δελφίσι *Com. Macrop.* δελφίσιν *Steph.* 2. 25. μερόπων *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holst. Parm. Brig. Born. Ioerd.* Δολεροὶ *coni. Steph., quod cohaereret*

cum

eum verbis Ἔρος, Ἵμερος. *Vnde Barn. Lam.* Δολεροὶ νέον μέτωπον, *e coni. Dan. Heinſii, prob. Zeun. p.* 101. Δολερὸν νόημ᾽ Ἐρώτων *coni. Scaliger.* 26. Ἔρως *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Parm. Brig. Born. Ioerd.* δολεροὶ, νόον μερόπων Ἔρως, *aut* δολερὸν νόον μερόπων Ἔρως, Ἵμερος, τελοῦντες, *aut* δολεροὶ νόον τ᾽ κ᾽ ὄψιν, Ἔρως, Ἵμερος, γελῶντες, *coni. Pau.* Δολερὸν νόον μερόπων Ἵμερος, κ᾽ Ἔρως, γελῶντες *coni. Val. p.* 134. δολεροὶ νόον, μέτωπον Ἔρως, *coni. Heſquin. d. l.* 27. τε *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Parm.* Παφίης ἐς ὄμμα *Barn. Lam. Heſquin. d. l. e coni. Macropetraei, prob. Pau., qui tamen ſic legi malebat* ἐπ᾽ ὄμμα· *ſed coni. etiam* Παφίη τὸ σῶμ᾽ ἐπαίρει. *Zeun. p.* 101. *coni.* τὸ σῶμα κνίζει, *aut* τὸ σῶμ᾽ ὀπάζει. 30. νήχηται *coni. Pau.*

ANNOTATIONES

ODE LI

Papinius Statius Venerem ad litus concha vectam tradit, conchiformi ſcilicet lembo, ita enim Sylu. 1. [2. 117. ſ.], *Haec et caeruleis mecum conſurgere digna Fluctibus, et noſtra potuit conſidere concha.* Sculptor aliquis illorum temporum nobiliſſimus Venerem ἀναδυομένην emblematico opere in diſco, ſiue concha, ad viuum expreſſerat, nunquam ſatis miranda arte. B. Etiam Apelles Venerem *Anadyomenen*, hoc eſt, *e mari exeuntem*, pinxerat, et quidem ad exemplar Phrynes Theſpiae, meretriculae: v. Athen. 13, 6. p. 591. A: quam tabulam Auguſtus dicarat in delubro patris Caeſaris. v. Plin. H. N. 35, 10. Gron. 35, 36. 12. 15. Hard. et Strabo 14. p. 657. Caſaub. Extant in eam epigrammata Graeca Antipatri, Archiae, Democriti, Iuliani, et Leonidae Tarentini, Anthol. 4, 12. 26. — 30.: et Latinum Politiani epp. 5, 7. Et Leonidae quidem epigramma ſeparatim illuſtratum edidit Ilgenius Lipſiae A. C. 1786. 8. Sed commentarius Cayli, comitis, de Venere ἀναδυομένη, h. e. ἀνερχομένη ἀπὸ θαλάττης, Apellis inſertus legitur Commentarr. Acad. inſcriptt. Pariſ. To. 30. p. 442. ſſ. Conf. Heinius V. C. opuſculi, quod inſcribitur *Sammlung Antiquariſcher Aufſaetze*, P. 1. p. 126. ſſ., qui P. 2. p. 134. recte iudicaſſe videtur, hoc odarium deberi ingenio recentioris cuiuſdam poëtae, non Anacreontis. Ab Himerio orat. 1, 20. p. 364. Venus iſta vocatur Ἀφροδίτη ἐκ μέσου τοῦ πελάγους ἀνιοῦσα.

1. Scenico principio nobiliſſimam hanc oden orditur. Eſt autem modo ἄρα particula aſſentientis cum admiratione. B.

2. Μανεῖσα *enthea*, ſiue *diuino ſpiritu afflata*, ſignificat: quod inferius [v. 7.] dixit νόος εἰς θεοὺς ἀερθείς. Exiſtimabantur inſani *extra corpora ſua eſſe*, vt Publii Mimi verbis vtar, adeoque cum diis immortalibus colloquia habuiſſe. Haec, qua eſt humanitate, probat academicus Profeſſor. *Rectius certe, inquit, in hac parte Baxter.* B. Scilicet τις μανεῖσα τέχνη eſt *diuinus quidam, et egregius, artifex.* nam τις habet vim augendi: et poëta nomine abſtracto, vt vocant, vſus eſt, quia artem maxime, et manum, caelatoris admirabatur: vid. odar. 18, 1.: vt

v. 7.

v. 7. dixit *νόος ἐς θεὰς ἀερθεὶς*, quia ingenium maxime artificis ſpectari voluit.

3. *Ἀνέχευε κῦμα δίσκῳ* idem eſt, atque quod dixit inferius [v. 19.], *μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει·* quod quidem facto difficillimum Anacreonti viſum eſt. B. *Ἀναχεύειν* eſt *caelare, exprimere:* verbum naturae fluctuvm accommodatiſſimum. V. 6. poſitum eſt, eodem ſenſu, verbum *χαράσσειν*. *Δίσκος* autem ille fuiſſe videtur *lamina argentea:* vid. v. 23.: quae formam orbis haberet, et cuius argumentum eſſet ectypum. *Νῶτα θαλάσσης* eſt forma loquendi Homerica: v. Il. β', 159.: et Heſiodia: vid. *Θεογ.* 762. 781. 790. Sic Iſidorus Anthol. 3, 22. 74. dixit, *Νῶτα δὲ Τυρσηνῆς ἐπάτευν ἁλὸς*, et Paulus Silentiarius Anthol. 4, 23. 3. *ἀσ-ρόω πολυτερπέα νῶτα θαλάττης*. Suidas, et ex eo Phauorinus: *Νῶτα θαλάσσης, ὅ ἐστιν ἡ ἐπιφάνεια τῆς θαλάσσης*. Heſychius: *Νῶτα θαλάσσης· τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῆς, ἢ τὰ πελάγη*. Pro *ἢ τὰ πελάγη* in ſcholiis Homeri minoribus eſt, *ἢ τὰ μεγέθη*. Hinc etiam Latini poetae mari tribuunt *dorſa*. vid. Auien. Perieg. 217. Hebraei ita vtuntur nomine פָּנִים: et quum formula eorum עַל־פְּנֵי idem ſit, quod *ἐπάνω*. vid. *οἱ ὁ* Gen. 1, 2.: etiam *ἐπὶ νῶτα θαλάσσης* dictum apparet pro *ἐπάνω τῆς θαλάσσης*. Conf. Ritterſhuſius ad Oppian. Halieutt. 1, 60.

5. Recte putat Barneſius, produci *τὶς* ob aſperum accentum ſequentem, ſicuti et inferius [v. 10.] vltima *τᾶ θέμις·* nollem autem repoſuiſſet *ὑπὲρ θάλασσαν* pro *ὕπερθε λευκάν*. Conſtat enim, *Ἀναδυομένην* Venerem, ritu cicadae, ſpuma innutritam, adeoque circumſeptam fuiſſe alba ſpuma, ex qua genita eſt. Ita enim in *Θεογονίᾳ* ſua [v. 190. ſſ.] Heſiodus, — *ἀμφὶ δὲ λευκὸς Ἀφρὸς ἀπ' ἀθανάτου χροὸς ὤρνυτο· τῷ δ' ἐνὶ κούρη Ἐθρέφθη*. B. Vnde Venus ab Pſeudorpheo hymn. 54, 2. vocatur *ποντογενής*, et ab Heſiodo *Θεογ.* 196. *ἀφρογένεια θεά*, vt a Coluth. 165. ſimpliciter *Ἀφρογενείη*. Conf. Clem. Alex. Protrept. p. 10. D Colon.

7. Heſychius: *Ἀερθεὶς· μετεωρισθείς*. Sic ap. Hom. Odyſſ. τ', 540. *ὁ δ' ἐς αἰθέρα δῖαν ἀέρθη*. Heſychius: *Ἀέρθη· ἐπήρθη*.

8. Oſtendit Barneſius, et *φύσις* dici, et *φῦσις*, communi tempore, et dat exempla. Male autem tollit Doriſmum vocis *ἀρχάν*, atque *γυμνάν*, cum quater recurrat *α* in iſto verſu. Quid autem *ἀρχὰ μακάρων φύσιος* ſit, nouerunt veteres *Θεολόγοι*, atque Pythagorei, quibus anima in hac vita pro hoſpite, vel magis errone, eſt. Etiam Apoſtolus Iudas [ep. v. 6.] *ἀρχὴν* angelorum e caelo vagantium veriſſime interpretatus eſt per *ἴδιον οἰκητήριον*. De diuinantibus per quietem ita vetuſtus *τῶν Κυρανίδων* ſcriptor, *Cum corpus eſt in lecto, anima verſatur in proprio loco.* Verum iſta non ſunt huius loci. Verſus trochaeum habet ſecundo loco. B. *Μάκαρες* ſunt *dii*, vt Batrachom. 39., et ap. Callim. h. in Iou. 72. *μακάρεσσιν ὀλίζοσιν·* qui odar. 53, 39. *μάκαρες θεοὶ* dicuntur. Et Venus *μακάρων φύσιος ἀρχὴ* vocatur, hoc eſt, *auctor, parens, deorum*, quia genus deorum, nec procreari, nec propagari, ſine Veneris, et amoris, vſu, potuiſſet. Pſeudorph. hymn. 54. in Ven. v. 5. ſ. *γεννᾷς δὲ τὰ πάντα, Ὅσσά τ' ἐν οὐρανῷ ἐστι*. vid. Valquenarius ad Eurip. Hippol. 447. Nam *μακάρων φύσις* dictum eſt pro *μάκαρες·* vt *ἡ τῆς θαλάττης φύσις* ap. Plat. Cratyl. 19. med. eſt *ἡ θάλαττα·* vt *hominis natura* ap. Cic. N. D.D. 2, 61. eſt *homo*, et *mundi natura* ap. Lucret. 5, 158., quem locum laudat Lactant. 7, 3. 13., eſt *mundus*.

10. Ὅσα

10. Ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι est *pars corporis ea, qua Venus dea est*: vt ap. Achil. Tat. 4. p. 239. Salm. κρύπτειν, ὅσα γυνὴ μὴ ὁρᾶσθαι θέλει. V. 29. vocatur τὸ σῶμα.

12. Nullus dubito, quin recte emendauerit Stephanus hunc locum, cum pro αὐτὰ reposuerit ἀκτᾷ, etsi Barnesius minime delectetur ista correctione, sed reponat αὐτή. Tendebat illa versus Cythera prodente Hesiodo. B. Scriptura ἐπ' ἀκτᾷ probauit se etiam Zeunio p. 100. Hesiod. Θεογ. 192. s. πρῶτον δὲ Κυθήροισι ζαθέοισιν Ἔπλετο. Cythera autem fuit insula cum opido eiusdem nominis in sinu Laconico: vt Venus recte dicatur ἀλαλημένη, h. e. πλανωμένη, ἐπ' ἀκτᾷ. nam ἀκτὴ est, Suida interprete, αἰγιαλὸς παραθαλάσσιος. Gloss. vett. Ἀκτὴ, ἡ τῆς θαλάσσης, *Actula, ora.* add. omnino Hesychius h. v.

13. Βρύον, siue *fucum marinum*, ὕπερθε λευκὸν dixit, quod quasi spuma maris coronatus circa litus natitet. B. Hesychius: Ὕπερθεν· ὑπεράνωθεν. Gloss. vett. Βρύον *Alga, lana marina, muscus.* Suidas in v. Φῦκος· — λέγεται δὲ καὶ Φυκία τὰ βρύα —· item: Φυκία· — βρύα. Sed Φῦκος idem grammaticus tradit dici τὸ χορτῶδες τῆς θαλάσσης· vid. schol. Theocriti ad Idyl. 7, 58. et Salmasius exercitatt. in Solin. p. 806. Sed de alga, eiusque generibus variis, legendus est Theophrastus hist. plantt. 4, 7., et commentarius Bodaei in hunc eius locum p. 411. ff.

14. Pro ἁπαλοχρόους sentio cum Stephano legendum ἁπαλοχρόου, suppressa praepositione διὰ, vel etiam voce χρόνῳ. Est autem Γαλήνη modo pro corporali persona. Quater recurrit α in hoc versu. quare male reposuit Professor Γαλήνην, ex amore Ionismi. Quod ἁπαλόχροος rescribat in genitiuo, illud tantumdem est. B. Verba ἁπαλοχρόου γαλήνας cohaerent cum verbis Δέμας ἐς πλόον φέρουσα· id quod verba v. 22. satis docent. Sed Venus dicitur δέμας ἐς πλόον φέρειν, h. e. *corpus inclinare, et componere ad natandum*, ἁπαλοχρόου γαλήνας, h. e. *mari stante placido ventis.* At quum appositum ἁπαλοχρόου sic non careat duritie: melius fortasse legetur ἁπαλόχροον, quod cohaereat cum nomine δέμας, sublato incisi signo post γαλήνας. Nam ἁπαλόχροον δέμας est *corpus tenerum*, h. e. *venustum*: vt παρθενικὴ ἁπαλόχροος ap. Hesiod. Ἔργ. 519., et h. in Ven. 14.: et γαλήνας dictum est, vt θέρους, et χειμῶνος, ap. Xenoph. Memorr. 1, 6. 2. Schol. ad Hesiod. Θεογον. p. 252. a Heins. Γαλήνη· ἡ στόρεσις, καὶ ἡσυχία, τῶν ὑδάτων. Himerius Eclog. 18, 2. p. 262. Wernsd. de ortu Veneris loquens, Καὶ ἔδει γὰρ, inquit, λοιπὸν ἐκκυηθῆναι τὴν δαίμονα· ἵσταται μὲν εὐθὺς, καὶ ἄγει γαλήνην, ἡ θάλαττα, ἁπαλοῖς κύμασι περὶ τὸν τόκον πορφύρουσα.

16. Ῥόθιον signata vox est, et significat *salum cum spuma, et strepitu, ruens.* Barnesius incaute vertit ἕλκει per *attrahit.* nam et nauigantes apud Virgilium [Aen. 1, 35.] *spumas salis aere ruebant.* Quae de natantium remigio ille scribit, alieno dicuntur loco. B. Baxteri interpretationi repugnare videntur verba v. 15. Nam Venus, corpore ad nandum composito, iam nare incipit. Sed qui nare aggrediuntur, ii videntur manuum, et brachiorum, remigio vndas quasi ad se trahere ab antica parte. Schol. min. Hom. ad Il. δ', 185. πάροιθεν· ἔμπροσθεν. Hesychius: Πάροιθεν — ἐπὶ τόπου, καὶ χρόνου. Ῥόθιον sunt *fluctus, vndae*, quatenus manibus nantis, brachiisque, percussae sonitum faciunt. Hesychius: Ῥόθιον· ῥεῦμα, κῦμα, τὸ μετὰ ψόφου γινόμενον. Suidas: Ῥόθιον· τὸ μετὰ ψόφου κῦμα, ἢ ῥεῦμα. Harpocratio: Ῥόθιον καλεῖται παρὰ τὸν ῥόθον τὸν ἐκ τῶν κωπῶν ἀκουόμενον,

ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσιν. add. Etymol. M. v. ῥόθος, et Thomas Mag. v. ῥᾶθρον. Κῦμα ῥόθιον dixit Homer. Odyſ. έ, 411. ſ., ſed Apollon. Rhod. 2, 1111. ſimpliciter ῥόθια. Conf. interpp. Thucydidis ad 4, 10. et Boſius obſeruatt. critt. c. 46.

17. Ὕπερθε eſt, Suida interprete, ἐπάνω. Gloſſ. vett. Ὕπερθεν *Super* — *ſupra.* Μαζοὶ ῥόδεοι ſunt *mammae pulchrae.* Heſychius: Ῥόδεον· εὔχρουν — εὐειδές. Sic *roſea ceruix* eſt ap. Horat. 1. od. 13, 2. vid. ad odar. 29, 18. Sed pro μαζῶν poëta debuiſſet, ex obſeruatione grammaticorum veterum, ſcribere μαστῶν, vt odar. 20, 13. Thomas Magiſter: Μαστὸς ἐπὶ γυναικός· — μαζὸς δὲ ἐπὶ ἀνδρός. Sed recte addit idem grammaticus, εὕρηται δὲ καὶ μαζὸς ἐπὶ θήλεος, καταχρηστικῶς· v. Suidas v. μαζὸς, et Veſſelingius ad Herodo. 4, 202. p. 370.

18. Heſychius: Ἔνερθεν· ὑποκάτω· vt Il. λ', 234. θώρηκος ἔνερθε. Ἁπαλὴ δειρὴ eſt *ceruix, collum, pulchrum,* quatenus tenerum eſt, neque opimum: vt odar. 29, 34. ἁπαλοὶ μηροί. Heſychius: Δειρή· τράχηλος, αὐχήν.

19. Simili figura dicitur etiam ab Horatio [1. od. 1, 14.], *Myrtoum pauidus nauta ſecet mare*, pro *traiiciat.* Profeſſor vſus eſt meis verbis, tanquam ſuis. B. Ipſe iam Homerus de *nauigantibus* vſus eſt formula πέλαγος τέμνειν Odyſ. γ', 174. ſ.: vt Virg. Aen. 5, 218. ſ. formula *ſecare aequora.* Sed ſupra odar. 35, 6. taurus dicebatur κῦμα τέμνειν χηλαῖς. Metaphora petita eſt ab arantibus, qui agros ſulcant. Hoc ſatis docent verba v. 20. μέσον αὔλακος. Heſychius: Αὖλαξ· τὸ σχίσμα τοῦ ἀρότρου. Gloſſ. vett. Αὖλαξ *Sulcus.* nam nauigantes quidem a poëtis Latinis etiam *ſulcare aequor* dicuntur. v. Ouid. ex P. 1, 4. 35. Itaque κῦμα τέμνειν idem eſſe apparet, quod νήχεσθαι v. 30. Et vt μέγα κῦμα ſunt *vndae haud humiles, profundae,* ita πρῶτα reſpicit ad Veneris comites, et quaſi pediſſequos, v. 26. Sic enim Paui dubitationibus occurri facillime poſſe ſperabamus.

20. Sic et apud Virgilium [ecl. 3, 40.], *In medio duo ſigna*, pro *interius.* B. Scilicet μέσον αὔλακος dictum eſt pro κατὰ μέσον αὔλακος. Et quum Κύπρις ſit ipſum *Veneris corpus*, praeter partes ante commemoratas: pro μέσον αὔλακος dici poterat μέση αὔλακος· vt odar. 14, 15. μέσος καρδίης μευ Ἔδυνε· et Matth. 14, 24. τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν· ad quem locum Carcinus, vir eruditiſſimus, plura huius formae loquendi exempla collegit ex Archaeologiae Iudaicae Ioſephi libris. Nam αὖλαξ eleganter dicitur *lacuna, quam facit in vndis nantis corpus.* Κρίνον ὡς ἴοις ἑλιχθὲν dictum eſt, vt odar. 34, 7. ſ. τὰ λευκὰ Ῥόδοις κρίνα πλακέντα· et γαλήνη accipi debet de *vndis tranquillis, et placidis:* ita, vt genitiuus ille pendeat a verbo διαφαίνεται.

22. Rurſus Profeſſor vertit quartum α in η. B.

23. Non puto, τὸ ὑπὲρ hoc loco regere datiuum, vt voluit Buſbeius noſter, qui hunc locum grammaticae ſuae elaboratiſſimae inſeruit, ſed per τμῆσιν ſpectare ad ὀχοῦνται, quaſi diceret, *Amor, atque locus, duo Veneris filioli, argento inuehuntur*, hoc eſt, *delphinis argenteo colore pictis.* eſt enim ſequens verſus tanquam expoſitio prioris. Quam ſicco pede noſter Profeſſor hunc locum tranſit! Τμῆσις, inquit, pro ὑπεροχοῦνται, nulla facta Baxteri mentione. B. Neque vero ipſe dubito, quin verbis ἐπὶ δελφῖσιν χορευταῖς declaretur magis, et definiatur, vis, et poteſtas,

ne-

nominis ἀργύρῳ, ita, vt effigies delphinorum argenteae intellegantur. Necesse tamen non est putare, particulam ὑπὲρ cohaerere cum verbo ὀχεῦνται, quum sic ἀργύρῳ non habeat, vnde pendeat. Certe praestat datiuum mutare in genitiuum, vt fragm. 38, 2. ὑπὲρ ἑρμάδων φορεῦμαι, ita, vt ὑπὲρ ἀργύρου idem sit, quod ἐπὶ ἀργύρῳ, vel ἐπὶ ἀργύρου· vt ap. Philostr. Iconn. 1, 19. p 794. Olear. legitur, ὀχήσεται γοῦν μικρὸν ὕστερον Παλαίμων ἐπὶ δελφῖνος. Nam locus Pindari Pythionn. 1, 62. ss. Ἱέρωνος ὑπὲρ καλλινίκου Ἅρμασι dubius est, quum ἅρμασι recte referri posse ad καλλινίκου videatur. Caeterum delphini vocantur χορευταί, quia natantes exultant: v. Oppian. Ἁλιευτ. 1, 656. Aelian. H. AA. 12, 12.: ita, vt etiam cernuent in mare. vnde v. 28. dicuntur ἐπὶ κυμάτων κυβιστᾶν, vt puer ille, cuius amator erat delphinus, ap. Oppian. Ἁλιευτ. 5, 483. s. ἐς ἅλμην κυβιστᾶν.

25. Optimo iure vox μερόπων Stephano suspecta est. non enim solum metrum laedit, verum etiam plane otiosa est, et inutilis. Nos solita fiducia ducti μ' ἐρώντων, hoc est, *amare nolentium*, restituimus. Leuius est, quod Ἔρος posuimus pro Ἔρως, quo constaret anapaestus. Quis intelligat Professoris Δολεροὶ νέον μέτωπον? nemo Hercule. Ille etiam insulse vertit, *Dolosi etiam tenero vultu.* Huiusmodi ἔκθλιψις occurrit et in tertio Theocriti Eidyllio in isto [v. 27.], Κῆκα μἀποθάνω. Neque enim vnquam vel μὰ legimus prolatum Dorice pro μή· neque τὸ ηκα contractum in α. B. At Brunequius recte docuit, Theocritum scripsisse μὴ 'ποθάνω, vt edidere Reisquius, et Valquenarius, ita, vt nec hoc loco μ' ἐρώντων ferri posset, immo scribi deberet μὴ 'ρώντων. Scilicet quum verbis poëtae debeat aliquid declarari, quod exprimi manu, et arte, caelatoris potuerit: coniectura Heinsii patris mihi quoque praeferenda videtur reliquis lectionibus. Frons certe etiam fraudulentiam, et vafritiem, arguit: sed talis frons exprimi ab artifice potuit: et νέον μέτωπον in Cupidinem, et Iocum, plane conuenit. Neque vero offendere quenquam debent apposita, δολεροί, γελῶντες, simpliciter, neque vlla copula interueniente, iuncta. Nam poëta etiam supra v. 5. s. Venerem dixit λευκάν, ἁπαλάν. Ἵμερος est *Iocus*, qui vna cum Cupidine fingitur comitatus esse natam Venerem. Hesiodus Θεογ. 201. s. Τῇ δ' Ἔρος ὡμάρτησε, καὶ Ἵμερος ἕσπετο καλὸς, Γεινομένῃ τὰ πρῶτα —. Vnde Ἵμερος vocatur ὀπαδὸς Ἔρωτος ap. Philostrat. Iconn. 2, 9. p. 826. Olear. Sed de origine nominis ἵμερος vid. Plato Cratyl. 32. et Phurnutus N. DD. 25. p. 201. Gal. Conf. ad odar. 62, 2.

27. Χορὸς ἰχθύων κυρτὸς sunt *delphines curui*, vt vocantur ab Ouid. herr. 18, 131. Metamm. 2, 265. Dorsa enim eorum repanda sunt. vid. Plin. H. N. 9, 8. Gron. 7. Hard. Sed ἐπὶ κυμάτων κυβιστᾶν dicuntur delphines, quatenus *capitibus in vndas deiectis saltant.*

29. Σῶμα dici veteribus verecunde pro *retegenda parte corporis*, nos supra monuimus: quod et Romana consuetudo secuta est. Notum enim est illud Horatii [1. sat. 2, 43.], *Dedit hic pro corpore nummos.* Quin et euiratio Phaedro [3. fab. 11, 3.] dicitur *damnum amissi corporis.* Quis etiam nescit, vel hodie dici a nouis maritis in re matrimoniali *Corpore meo te colo?* Vide sis etiam Romm. 4, 19. et 1. Corr. 7, 4. Lasciuus igitur delphinorum chorus *Paphiae corpus lusisse* dicitur, quod curuata forma κυβιστῶν φαλλικόν τι σχῆμα, ῥίκνωμα scilicet, retulerit. Siquidem et illud pantomimicae fuisse nequitiae satis constat. Oppianus [Ἁλ. 2, 586.] etiam κυβιστητῆρι, siue *vrinatori*, delphinum comparauit,

rauit. Expressit et poëta voce κυρτὸς, quid sit ῥικνοῦσθαι [v. Thomas Mag. v. ῥικνὸν] Graecis, atque etiam τὸ σῶμα παίζειν. Verum tu audies Professorem cymbalum quatientem suum: Παφίης ἐς ὄμμα παίζει. *Longepierre, homo eruditae lectionis, primus hanc lectionem ex corrupto Παφίης τε σῶμα παίζει hausit: qua nulla vnquam coniectura ingeniosior, aut certior, et luculentior. Rata itaque esto, καὶ μεγάλη χάρις αὐτῷ.* Quis iam vlterius dubitet? Rex criticorum ratum esse iussit, quod sibi placuit: quis tam perditus, vt audeat hiscere? B. Scriptura, quam Baxterus recepit, non minus, quam eius interpretatio, nobis quoque probatur. Nam τὸ σῶμα quin recte accipi de *natura* [Suet. Tiber. 45. Plin. H. N. 20, 6. extr. Gron.] Veneris possit, quis dubitet, quum etiam δέμας vsurpatum reperiatur de *natura* alterius sexus? vid. Casaubonus ad Athen. 1, 5. p. 18. et Albertius ad Hesych. p. 1335. To. 2. Neque vero verbi παίζειν constructio cum quarto casu noua videri, atque insolens, debet, quum Theophrastus charr. 27, 2. dixerit ἀνδριάντα παίζειν· et Laërt. 2, 135. διαπαίζειν τὰ διαλεκτικά. Sed quid sit παίζειν hoc in genere, cognosci poteit e Sueton. Tiber. 44. Caeterum delphinum esse animal Venerium [Gell. 7, 8.], quod exultans alludat natantibus, et ex Plinio H. N. 9, 8. constat, et ex Oppiani Ἁλιευτικοῖς 5, 453. ff.

30. Τὸ νήχεται dicitur per συστολὴν pro ὑποτακτικῷ νήχηται. Cantabrigiensis dictator Graecus modo ἵνα dici iubet pro ὅπου ἂν, quo νήχεται proferatur ὁριστικῶς, vertitque satis insubide, *Quocunque natat ridens.* B. Sic Hom. Il. α, 363. ἵν' εἴδομεν ἄμφω. Sophocles Oed. tyr. 1388. ἵν' ἦν τυφλός. Suidas: Νήχεται· κολυμβᾷ. Caeterum metrum odarii est metrum iambicum dimetrum catalecticum, ita, vt primam sedem in versu quoque habeat anapaestus.

ΝΒ΄ ΕΙΣ ΟΙΝΟΝ *

Τὸν μελανόχρωτα βότρυν
Ταλάροις φέροντες ἄνδρες,
Μετὰ παρθένων ἐπ' ὤμων,
Κατὰ ληνὸν δὲ βαλόντες
Μόνον ἄρσενες πατοῦσι
Σταφυλὴν, λύοντες οἶνον,
Μέγα τὸν θεὸν κροτοῦντες
Ἐπιληνίοισιν ὕμνοις,
Ἐρατὸν πίθοις ὁρῶντες
Νέον ἐς ζέοντα Βάκχον·
Ὃν ὅταν πίῃ γεραιὸς,
Τρομεροῖς ποσὶν χορεύει,
Πολιὰς τρίχας τινάσσων·
Ὁ δὲ παρθένον λοχήσας
Ἐρατὸς νέος, ἐλυσθεὶς,
Ἁπαλὸν δέμας χυθεῖσαν,
Σκιερῶν ὕπερθε φύλλων,
Βεβαρημένην ἐς ὕπνον·
Ὁ δ' Ἔρως ἄωρα θέλγων
Προδότιν γάμων γενέσθαι.
Ὁ δὲ μὴ λόγοισι πείθων,
Τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει.
Μετὰ γὰρ νέων ὁ Βάκχος
Μεθύων ἄτακτα παίζει.

VARIETAS LECTIONIS

* εἰς οἶνον *cod. Vatic. in marg. p. 690.: in quo hoc odar. est duodesexagesimum.* Ἐπιλήνιος ὕμνος *Barn. Lam.* ἐπιλήνιος ᾠδὴ *Arg. 1. 2. Holst. Deg. 1. 2. Brig. Born.* 1. μελανόχρ^ω_ο τα *cod. Vatic.* μελανοχρῶτα *Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Parm.* μελάγχροον βότρυν μὲν *coni. Zeun. p. 102.* μελανόχρωτα τὸν βότρυν *coni.*

coni. Val. p. 134. 2. φέρϰσιν coni. Steph.: quod recepere Flaid. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born., prob. Pauo. 4. βαλόντες. Val. p. 134. male. 5. πατϰσιν cod. Vatic. μόνοι coni. Pau. 9. φορῶντες coni. Dan. Heinsius. 10. ἐκζέοντα coni. Faber, prob. Val. p. 134. Νόον Lam. operarum incuria. ἐνζέοντα coni. Zeun. p. 102. πίθϰς — Νέον ἀσιόντα coni. Pau. 11. πίνη cod. Vatic. πίνῃ Steph. Mor. Com. Flaid. Fab. Macrop. Parm. Met. 1. 2. Caeterum v. 11., reliquique omnes, omissi sunt in ex. Foppensii. 15. ἐλυσθεὶς Baxt. ἐλυσθεὶς cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Met. 1. 2. Parm. μεθυσθεὶς coni. Steph.: quod recepere Flaid. Barn. Lam. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born., probb. Zeun. p. 102. et Pauo. 17. ἔνερθε coni. Pau. 18. εἰς Baxt.: quod nunc mutauimus in ἐς, iussu legum metri, et reliquorum librorum auctoritate. 19. Ἐς ἔρωτ' ἄωρα θέλγει Barn. Lam. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holst. Brig. Born. Οἱ ἐρῶντ' ἄωρα θέλγει coni. Pau. ὅτ' ἐρώμενος δὲ θέλγει, vel ὅτ' ἔρωτ' ἄωρα θέλγων, coni. Zeun. p. 103. ἐλύσσει coni. Dacier. In marg. cod. Vatic. ad hunc versum adscripta extant verba ἄωρος. ἄωρα. 20. προδότην cod. Vat. 21. π

πίθων (ει superscr.) cod. Vat. 24. μεθύσων coni. Pau.

ANNOTATIONES

ODE LII

1. Orditur a dactylo, siue anapaesto inuerso. B. Μελανόχρωτ βότρυς sunt *vuae rubentes, purpureae, nigrae:* quae ab Homero Il. σ', 562. dicuntur βότρυες μέλανες· vt ab Hesiodo Ἀσπ. 294., qui iis opponit λευκὰς βότρυας. vid. ad odar. 50, 10. Vocabulum μελανόχρως legitur de femina ap. Theocrit. Idyl. 3, 35.: sed ap. Hom. Odyss. τ', 246. est μελανόχροος, vt Il. ν', 589. κύαμοι μελανόχροες.

2. Φέροντες dicitur pro οἱ φέροντες· neque opus est correctione Henr. Stephani, qui reponit φέρϰσι. Est enim ordo huiusmodi, Οἱ φέροντες μελανόχρωτα βότρυν ἄνδρες ἀσὶ μετὰ παρθένων. Eadem fere habet Barnesius. B. Immo Barnesius, vt doceat, coniecturam Stephani, qui φέροντες in φέρϰσι mutari iubebat, ineptam esse, neque necessariam, ait, partic. φέροντες sua praeditum esse potestate, dummodo teneatur, intellegi post illud debere particulam μὲν, quae referatur ad particulam δὲ v. 4., vt ordo verborum sit hic, βότρυν φέροντες μὲν μετὰ παρθένων ἐπ' ὤμων, βαλόντες δὲ κατὰ ληνὸν ἄρσενες μόνον πατϰσιν. Nam quia in priore incisо mulierculae adiunctae sunt maribus: sane necesse erat, vt poëta in posteriore inciso repeteret eorum vocabulum. Atque haec ratio haud dubie praestat eorum rationi, qui putant, φέροντες dictum esse pro φέρϰσι· vt ap. Homer. Il. θ', 307. βριθομένη, h. e. βρίθεται· ad quem locum scholiastes minor haec notauit: κέχρηται γὰρ τῇ μετοχῇ ἀντὶ τϰ ῥήματος· καὶ ἔστι τὸ σχῆμα ἴδιον Αἰολέων. Quem quidem vsum participiorum Graeci accepisse videntur, vt plura alia linguae suae ornamenta, ex oriente. v. Gen. 2, 10., vbi οἱ ὁ pro יֹצֵא habent ἐκπορεύεται. Ta-

λάροις dictum est pro ἐν ταλάροις. Τάλαροι autem sunt *fiscinae*, *fiscellae*, e viminibus factae. vnde ab Homero Il. σ', 568. dicuntur πλεκτοὶ τάλαροι· qui locus est huic loco plane similis. Verba poëtae sunt, Παρθενικαὶ δὲ, καὶ ἠΐθεοι — Πλεκτοῖς ἐν ταλάροις φέρον μελιηδέα καρπόν· qui locus laudatur ab Hesychio v. τάλαροι. add. Hesiod. Ἀσπ. 293. 296. Etymol. M. Τάλαρος· καλαθίσκος, κόφινος. add. Pollux 7, 173. 10, 130. Eustath. ad Il. σ', 568. p. 1163. 48. Τάλαροι δὲ καλαθίσκοι, τάλανες εἰς τὸ αἴρειν, ὡς βαστακτικοί· λέγονται δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ ἄῤῥιχοι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. v. Moeris v. ἄῤῥιχος, et ibi Piersonius. Longus Pastorr. 2, 1. p. 130. s. Boden. ὁ μὲν ληνοὺς ἐπεσκεύαζεν, ὁ δὲ πίθους ἐξεκάθαιρεν· ὁ δὲ ἀῤῥίχους ἐπελέκιζεν· [leg. ἐπελύγιζεν, vt Villoisonius edidit] — ὁ μὲν ἐβάσταζεν ἐν ἀῤῥίχοις βότρυς, καὶ ἐπάτει ταῖς ληνοῖς ἐμβάλλων, καὶ εἰς τοὺς πίθους ἔφερε τὸν οἶνον.

4. Pes trochaeus est secundo loco, vt in Ionico ἀπ' ἐλάσσονος. B. Κατὰ est, hoc loco, *in*. Hesychius: Κατὰ, πρόθεσις — καὶ ἀντὶ τοῦ εἰς. vid. ad Plat. Phaedon. 62, 23. Iohannes Apoc. 14, 19. dixit ἔβαλεν εἰς τὴν ληνόν· et Apuleius Geoponn. 6, 11. 3. ἐμβληθείσας δὲ τὰς σταφυλὰς εἰς τὰς ληνοὺς εὐθὺς τοῖς ποσὶν ἀποθλιβέτωσαν οἱ πρὸς τοῦτο τεταγμένοι. Nam ληνὸς est *torcular*, *calcatorium* Gloss. vett. Hesychius: Ληνός· ὅπου σταφυλὴ πατεῖται. v. Pollux 7, 151. Πατεῖν enim est verbum hoc in genere proprium, vt ap. Latinos *calcare* vuas. v. odar. 17, 14. Phurnutus N. DD. 30. p. 215. Gal. Agathias Anthol. 2, 47. 29. 1. Sic *calcatores* [Calpurn. ecl. 4, 124.] vuarum ab Hebraeis דֹּרְכִים dicuntur. vid. Ier. 25, 30.: vbi Sym. habet οἱ ληνοβατοῦντες. Nomen autem πάτησις ita legitur Geoponn. 8, 36. 2. Gloss. vett. Πατητήριον *Torcular.* Conf. Supplemm. Comment. Vorst. spec. 3. p. 14. ss.

5. Λύειν est *exprimere*, soluere succum ex vuis, tanquam e carceribus. nam odar. 50, 8. *succus vuarum* dicitur οἶνος πεπεδημένος ὀπώραις. Apud Phurnutum d. l. vinum dicitur κατὰ τὴν πάτησιν ἐκθλίβεσθαι τοῖς ποσίν. Pollux 1, 225. θλίβειν τὰς σταφυλὰς ἐν ταῖς ληνοῖς, τρέπειν, πατεῖν.

9. Siquidem credebant veteres, in vinum descendisse deum, vt supra monuimus, atque eius spiritu ferueścere mustum. B. Scilicet ὁ θεὸς est *Bacchus*, cuius munus credebatur esse vinum. Κροτεῖν autem valet, hoc loco, *laudare*, *celebrare*. Nam ἐπιλήνιοι ὕμνοι sunt *carmina*, *quae canuntur in honorem Bacchi*, *quum vuae calcantur*: quale est odar. 50. Ab Athenaeo 5, 7. p. 199. A huiusmodi carmen vocatur μέλος ἐπιλήνιον. Verba eius sunt: ἐπάτουν δὲ ἑξήκοντα Σάτυροι πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον. Vnde Pollux 4, 55. memorat ἐπιλήνιον αὔλημα, ἐπὶ βοτρύων θλιβομένων. Conf. Menagius ad Laërt. 1, 81. p. 48. b Meibom. Caeterum ἐρατὸν cohaerere arbitror cum nomine πίθοις, ita, vt musta, νέος Βάκχος, dicantur ἐρατὸς πίθοις Βάκχος, h. e. *ipsis doliis grata*, *et accepta*. Geoponn. 8, 36. 2. vocatur γλεῦκος. Hesychius: Ἐρατόν· ἐράσμιον, ἡδὺ, ποθεινὸν, ἐπιθυμητόν· vt v. 15. Sic odar. 6, 15. s. τὸν ἐπήρατον γεραιοῖς Κῶμον.

11. Assentior Professori, legendum πίῃ pro πίνῃ. B. Recte. Nam, non solum πίνῃ primam syllabam fere longam habet, sed etiam res ipsa aoristum requirit, praesens respuit: vt odar. 39, 1. 4. 8. 12. 16. 20. 24. Eriphus, comicus, apud Athen. 4, 4. p. 134. C, Οἶνον λέγουσι τοὺς γέροντας, ὦ πάτερ, Πείθειν χορεύειν οὐ θέλοντας.

12. Anthol. 3, 10. 2. 3. Τοῖς τρομεροῖς κώλοισιν ὑπήλυθον ἠρέμα τύμβον.

13. Odar.

13. Odar. 36, 9. Πολιαὶ ςέφασι κάραν· odar. 34, 2. τὰν πολιὰν ἔθειραν. Eurip. Alceſt. 909. πολιὰς ἐπὶ χαίτας. Ouid. Metamm. 1, 179. ſ. *Terrificam capitis concuſſit terque, quaterque, Caeſariem.* Ariſtoph. Rann. 331. ſſ. Πολύκαρπον μὲν τινάσσων Ἀμφὶ κρατὶ σῷ βρύοντα Στέφανον μύρτων. Gloſſ. vett. Τινάσσω *Concutio, quaſſo.*

14. Λοχᾶν eſt *obſeruare.* Heſychius: Λοχᾷ· θηρεύει, λεληθότως ἐνεδρεύει.

15. Nihil opus fuit hic reponi μεθυσθεὶς, vti poſt Stephanum Barneſius. Eſt enim ἐλύω, εἰλέω, ἰλύω, ἐλύω, *voluo.* vnde participium εἰλυσθεὶς *volutus*, et *vertigine circumactus.* Et magis etiam placitura erat figurata vox, quam propria μεθυσθείς. Poteſt et vltima ſyllaba τᾶ νέος produci ante aſperum accentum. B. Certum eſt, coniecturam Stephani, qui μεθυσθεὶς reponi iubebat, et metri legibus conſentaneam eſſe, et ipſi rei. Neque tamen altera lectio omnino repudianda videtur. nam ἐλυσθεὶς eſt *grauis, onuſtus, vino, vt parum abſit, quin labatur, vt iamiam prouolui, prolabi, videatur*, vno verbo *ebrius.* Nam ſaepe factum eſſe dicitur id, quod fieri poſſe videtur. Heſychius: Ἐλύσθη· — ἔπεσεν. Sed fieri poteſt, vt ἐλυσθεὶς ductum ſit a verbo ἐλύειν, quod ſignificarit idem, quod καλύπτειν, et σκεπάζειν· nam etiam ἔλυτρον dictum eſt, Heſychio interprete, κάλυμμα, et σκέπασμα· ſed tranſlatum ſit etiam ad eos, qui mero, vino, aliquem onerant, ita, vt ἐλυσθεὶς ſit *mero oneratus*, vel *qui ſe mero onerauit*, h. e. *ebrius*, vt aor. paſſ. habeat vim. aor. medii. Certe nos in lingua patria formula *einen zudecken* vtimur ſic, vt ſit *einen voll ſauffen, voll trincken.* Caeterum ἐρατὸς vt nomen reciprocum poſitum eſt, ita, vt ſit *amans, ſaucius amore: verliebt.*

16. Ouid. ex P. 3, 3. 8. *Fuſaque erant toto languida membra toro.* Odar. 4, 3. ſic erat ςορέσας. Δέμας dictum eſt pro κατὰ δέμας.

17. Hoc eſt, *Fronde ſuper viridi*, vt ſupra [ad odar. 4, 1.] annotatum eſt, ob ſolis aeſtum ſcilicet. Vſurpatur autem vox σκιερῶν figurate pro *denſis.* B. Recte. Φύλλα σκιερὰ ſunt *frondes*, et *virides*, et *denſae*: vt νέμος σκιερὸν ap. Hom. Il. λ' 480. Et vt ὕπερθε idem valet, quod ἐπὶ odar. 4, 1. ſ.: ita βεβαρημένη ἐς ὕπνον eſt *grauata ſomno*, vt loquitur Virgilius Aen. 6, 520. Lucas c. 9, 32. dixit ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ, vt Statyllius Flaccus Anthol. 3, 22. 17.: et oculi Apoſtolorum ſomno grauatorum dicuntur βεβαρημένοι Matth. 26, 43. Marc. 14, 40. A poëtis Latinis graues ſomno dicuntur etiam *preſſi ſomno.* v. Burmanus ad Ouid. herr. 6, 96.

19. Haec ode ſcatet participiis. Quare minime audiendus eſt noſter Profeſſor, dum recudit verſum in hunc modum, Ἐς Ἔρωτ' ἄωρα θέλγει. Turbatio ſententiae debetur ἀνακολούθῳ. B. Scilicet Ἔρως omitti debebat, et ſimpliciter poni ὁ δὲ, nempe νέος. Sed auctor odarii inſerſiſſe nomen Ἔρως videtur, vt expleret rimam, quum videret, iuuenem id, quod faceret, facere ab Cupidine iuberi. Ἄωρα θέλγειν eſt *intempeſtiue pellicere.* nam ἄωρα vim aduerbii habet, idemque valet, quod ἀωρίᾳ, hoc eſt, ἀκαίρως, παρὰ τὸν δέοντα καιρὸν, interprete Suida: vt v. 24. ἄτακτα pro ἀτάκτως. Heſychius: Ἄωρον· — ἄκαιρον· item: Οὐκ ἄωρον· ἐ κατὰ καιρὸν, ἐ παρὰ καιρόν· ſed ἐ ante κατὰ deleri debet, non ante παρὰ, vt in Phauorini Lexico. Faber putabat, ἄωρα eſſe accuſatiuum nominis ἄωρ, et ante eum Flaiderus. Gloſſ. vett. Ἄωρ *Mulier.* Pauus reſcribi ἄορ iubebat. Certe Heſychius, et ex eo Phauorinus: Ἄορες, γυναῖκες λέγονται· item: Ἀόρων· γυναικῶν. Cic. 6 ad Att. ep. 5. τῆς ξυναόρε τῆς ἐμῆς ἐξελεύθερος. At ab Etymol. M.

praecipi video haec, Ἄωρες· αἱ γυναῖκες· παρὰ τὸ ὁμοῦ ἀρηρέναι, καὶ συνηρμόσθαι τῷ ἀνδρὶ, γίνεται ὄαρος· ἡ εὐθεῖα ὄαροι· κατὰ μεταπλασμὸν, ὄαρες· καὶ καθ' ὑπέρθεσιν, καὶ ἔκτασιν, ἄωρες. Conf. Albertius ad Hesych. p. 417. To. 1. Hoc vero vocabulo appellantur *vxores*, *coniuges*, non *virgines:* et θέλγων recte referri ad παρθένον, quod praecedit, potest. Aeschylus Prometh. 864. Μίαν δὲ παίδων ἵμερος θέλξει. Gloss. vett. Θέλγω *Mulceo*, *illicio*, *delinio*. Caeterum πείθειν est verbum hoc in genere proprium. vid. Anthol. 7, 133. 6. et 7, 160. 1.

20. Γάμων figurate dicitur pro αἰδοῦς. *Baxter recte obseruat*, inquit Barnesius. B. Προδότιν γάμον γενέσθαι est *vt copiam corporis faciat: vt noctem det*; nempe ante, quam dare eam debeat. Nam talis virgo prodit quasi nuptias.

22. Particula τότε hoc loco posita est post participium, sicut ἔπειτα poni ab Atticis solet, etiam ab ipso Homero: vid. Odyss. ά, 363. Aeschylus sept. c. Thebb. 273. Eumenn. 441. Aristoph. Auu. 29. 203. Xen. Cyrop. 1, 3. 10. 1, 6. 11. 2, 2. 2.: itemque εἶτα ap. Aristoph. Nubb. 149.: μετέπειτα ap. Herodo. 1, 25.: v. Koenius ad Gregor. p. 62.: ἐνθαῦτα ap. Herodo. 5, 92. 7. et 112.: μετὰ τοῦτο ap. Herodo. 7, 15.: ἐπὶ τούτοις ap. Xen. Cyrop. 5, 5. 9.: οὕτως ap. Aristoph. Auu. 716. Plat. Phaedon. 49. 66. Xen. Cyrop. 1, 6. 5. Actt. 20, 11.: vbi v. Raphelius. Sed ipsa particula τότε ita legitur ap. Xen. Cyrop. 1, 5. 6. 4, 1. 2. 4, 5. 15. Act. 28, 1.: vbi τότε perperam omissum est in codicibus nonnullis. Nam talibus in locis vt appareat, cur hae particulae sequantur participia: haec mutari in tempora finita sic debent, vt his addantur particulae ὡς, ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ὅτε, aliaeque similes. vid. Herodo. 3, 27. 6, 9. 7, 155. 158. 9, 23. Xen. Cyrop. 7, 2. 7. Theocrit. Idyl. 24, 20. s. Matth. 21, 1. Ἄγχειν est *vitiare*, *vitium afferre*. id quod verba ἄτακτα παίζει v. 24. satis docent. Neque enim hoc verbum tantum de iis vsurpatum est, qui *angunt* aliquem, et *strangulant:* Etymol. M., et ex eo Phauorinus: Ἄγχειν· τὸ τὸν λάρυγγα συνάγειν· sed etiam de his, qui *appropinquant* aliis. Certe vestigia huius notionis comparent in glossario Hesychiano, in quo glossae ἄγχε, et ἄγχει, explicatae leguntur verbis πλησίαζε, et πλησιάζει· quas glossas cum glossematis transtulit in Lexicon suum Phauorinus. Vnde auctor huius odarii videtur huic ipsi verbo tribuisse eam verbi πλησιάζειν potestatem, quum dicitur de maribus, qui *rem habent* cum mulierculis, ita quidem, vt ei, metri caussa, neglectis legibus grammaticis, accusatiuum iunxerit pro datiuo. Neque enim Anacreontem huius odarii auctorem esse putamus, immo poëtam aliquem recentiorem, eumque satis indoctum. Neque tamen me fugit, doctrinam eius hic quidem ita vindicari posse, vt verbum ἄγχειν, e palaestra arcessitum, significare iussisse dicatur *vi comprimere*. Nam luctatores, qui aduersariorum fauces premunt, quo eos deiiciant, et prosternant, eos dicuntur ἄγχειν, hoc est, τὸν τράχηλον πιέζειν ταῖς χερσί. vid. Philostrat. Iconn. 2, 6. p. 819. Olear. coll. Pausan. 8, 40. p. 682. Kuhn. Conf. Viterus ad Thomam Mag. p. 9. et Schneiderus peric. crit. in Anthol. Const. Ceph. p. 81. Ἄγχειν, et βιάζεσθαι, coniunxit Himerius orat. 23, 13. p. 788. Vernsd.

24. Ἄτακτα παίζει est figura εὐφημισμὸς, pro ὑβρίζει. Idem dicit Professor. B. Sensus esse videtur, *vinum iuuenes ebrios iubet, cogit, esse petulantes, insolentes*, i. e. *vim, et vitium, afferre virginibus*. Nam μεθύειν actiue positum est, ita, vt sit *ebrium reddere:* et verba ἄτακτα παίζειν respiciunt ad v. 22. Caeterum metrum odarii ipsum non diuersum est a metro superioris odarii.

ΝΓ´

ΝΓ' ΕΙΣ ΡΟΔΟΝ.

Στεφανηφόρου μετ' Ἦρος
Μέλπομαι ῥόδον θερινόν·
Συνέταιροι, αὔξοι μέλπειν.
Τόδε γὰρ θεῶν ἄημα· An. μέλημα?
Τόδε καὶ βροτῶν τὸ χάρμα,
Χάρισίν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις
Πολυανθέων Ἐρώτων,
Ἀφροδίσιόν τ' ἄθυρμα.
Τόδε καὶ μέλημα μύθοις,
Χαρίεν φυτόν τε Μουσῶν.
Γλυκὺ καὶ ποιοῦντι πεῖραν
Ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς·
Γλυκὺ δ' αὖ λαβόντι θάλπειν
Μαλακαῖσι χερσὶ, κούφως
Προσάγοντ' Ἔρωτος ἄνθος.
Τῷ σοφῷ τόδ' αὐτὸ τερπνὸν,
Θαλίαις τε, καὶ τραπέζαις,
Διονυσίαις θ' ἑορταῖς.
Τί δ' ἄνευ ῥόδου γένοιτ' ἄν;
Ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠώς·
Ῥοδοπήχεες δὲ Νύμφαι·
Ῥοδόχρους δὲ κ' Ἀφροδίτα
Παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.
Τόδε καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ·
Τόδε καὶ νεκροῖς ἀμύνει·
Τόδε καὶ χρόνον βιᾶται.
Χαρίεν ῥόδων δὲ γῆρας
Νεότητος ἔσχεν ὀδμήν.
Φέρε δὴ φυὴν λέγωμεν·
Χαροπῆς ὅτ' ἐκ θαλάττης
Δεδροσωμένην Κυθήρην

Ἐλόχευε Πόντος ἀφρῷ,
Πολεμόκλονόν τ' Ἀθήνην
Κορυφῆς ἐδείκνυε Ζεύς,
Φοβερὰν θέαν Ὀλύμπῳ·
Τότε καὶ ῥόδων ἀγητῶν
Νέον ἔρνος ἤνθισε Χθών,
Πολυδαίδαλον λόχευμα.
Μακάρων θεῶν δ' ὅμιλος,
Ῥόδον ὡς γένοιτο, νέκταρ
Ἐπιτέγξας, ἀνέτειλεν
Ἀγέρωχον ἐξ ἀκάνθης
Φυτὸν ἄμβροτον Λυαίου.

VARIETAS LECTIONIS

a εἰς ῥόδον cod. Vatic. p. 689. in ordine, et in marg.: in quo libro hoc odae. est tertium, et quinquagesimum. 2. θέρειον *Barn. Lam.* τερινὸν *cod. Vatic.: ex quo* τέρεινον *fecit Salmaſ. ad Ael. Spartian. p. 44. b Pariſ.: quod recepp. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born. Ioerd.: cuius tamen adiectiui maſculini formae nullum hodie, quod ſciam, in libris ſcriptorum veterum extat veſtigium: et vel accentus ſedes indicare videtur, librarium non omnino diligentem ſcribere voluiſſe* θερινόν. *Holſt. edidit* τὸ τέρεν, *inuito metro.* 3. σὺν ἑταιρεῖ αὔξει μέλπην *cod. Vatic.* Συνεταιρεῖ αὔξει *Steph. 1. Mor. Lub. Met. 1. 2. Parm.* Συνεταιρεῖ αὔξει μέλπειν.* *Steph. 2. Com. Fab.* Σὺν, ἑταῖρ', ἄεξε μολπὴν *Barn. Lam.* Συνέταιρ' ἄεξε μέλπειν *coni. Scal.* Συνέταιρ', ἄεξε μολπὴν *coni. Dan. Heinſius.* Συνέταιρε δ' αὖξε μολπὴν *affert Steph.: quod recepit Flaid.: qui tamen putabat, magnum aliquod hic latere mendum.* σὺν ἑτερείᾳ, *vel* σὺν ἑταιρείᾳ, δεῖ μέλπειν *coni. Salmaſ. ap. Bruncqu. in Arg. 1. p. 115., qui Salmaſium credebat ſcribere voluiſſe* ἑταίρᾳ. *vnde* σὺν ἑταίρᾳ δεῖ μέλπειν *habet Arg. 1. Deg. 1. 2. Bruncquius coni.* σὺν, ἑταίρα, δεῖ μέλπειν· *quod eſſe video in Arg. 2. Brig. Born.: ſed in Analectis idem Bruncqu. p. 110. To. 1. edidit* Σὺ δ' ἑταῖρ' ἄεξε μέλπειν· *quae erat coniectura Arnaldi animaduerſſ. p. 47.: qui idem ibid. v. 1. 2. legi iubebat* στεφανηφόρου μετ' ἑταίρου, *non* ἑταῖρος, Μέλποιμι ῥόδον θέρειον· *cuius tamen coniecturae ipſum non ita multo poſt poenituit. vid. praefat. eius ad lectt. Grr. p. 2. Ioerd. edidit* σὺ δ', ἑταῖρ', ἄεξε μολπήν. *Metarius in ind. Gr. coni.* συνεταίρει [*imperat.*], αὖξε μέλπειν. *Pauus coni.* συνεταίρει' αὖξε μολπήν. Σὺν ἑταίροις ἄρξω, *vel*

ἄρχω,

*ἄρχω, μέλπειν coni. Trillerus poëtt. Betrr. p. 250. P. 1. Val. p. 134. coni. σὺν, ἑταίρα, δ᾽ αὔξε μέλπειν. 5. βροτῶν χάρμα cod. Vatic. βροτῶν χάρημα Arg. 1. 2. Holſt. Deg. 1. 2. Brig. Born. Ioerd. 9. Νυμφῶν pro μύθοις coni. Fab., et eius filia: ſed Zeun. p. 104. legi malebat Νύμφαις, vel potius Μύσαις. 10. Μυσίων Barn. Lam. 11. γλυκὺ δὲ Met. 1. ποιῦντα Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Parm. γλυκὺ καὶ ποθῦντα πεῖραν coni. Steph.: quod recepit Flaid. Zeun. p. 105. coni. γλυκὺ ζητέοντι πεῖραν, vel γλυκὺ καὶ ποιεῖν πορείαν. male. 13. λαβόντα Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Parm. At λαβόντι θάλπην cod. Vat. 14. κέφαις cod. Vat. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Parm. κέραις coni. Medenbach. amoenitt. literr. p. 50. 15. προσάγωντ᾽ cod. Vatic. προσάγειν τ᾽ coni. Medenb. d. l. μαλακαῖσι χερσὶ καυλὸν, Προσάγειν τε ῥισὶν ἄνθος coni. Zeun. p. 106. χερσὶ κέφαις· Προσάγον τ᾽ Ἔρωτας ἄνθος coni. Pau. λαβόντα — κέφαις προσάγοντ᾽ (προσάγοντα) Ἔρωτας ἄνθος, Τὸ ῥόδον τόδ᾽ αὐτὸ τερπνὸν coni. Dacierius. Sed προσάγον τ᾽ Ἔρωτας ἄνθος coni. Macrop. 16. ἀσσοφῶ τὸ δ᾽ αὐτῶ τερπνὸν cod. Vatic. Ὡσσοφῷ Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Macrop. Met. 1. 2. τερπνὸν, * Steph. 2. Fab. ὀρόφῳ, vel στεφάνῳ, coni. Steph. στεφάνῳ recepit Flaid. ὀρόφῳ prob. Buthillierius. Sed iam Aem. Portus coni. τῷ σοφῷ. Ὡς σοφῷ Barn. Lam. τῷ σκύφῳ, vel τῷ ψόφῳ, vel τῷ λόφῳ, coni. Trillerus poëtt. Betrr. p. 252. P. 1. Τῷ ψόφῳ rec. in Anall. Bruncqu. κοσσάβῳ coni. Pau. ὡς σοφῷ coni. Salmaſ., et Caperonier. ap. Villoiſ. ad Apollon. Lex. Hom. p. 243.: recepp. Parm. Holſt. Born. ὡς τὸ φῶς coni. Medenb. d. l.: recc. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Ioerd. τὸ σέφος vel potius ὁπόσον, coni. Zeun. p. 106. 18. Διονυσίοις Baxt. opinor, operarum incuria. τ᾽ ἑορταῖς cod. Vatic. 19. τί δὲ δίχα τῦ ῥόδυ cod. Vatic. 20. * ῥοδοδάκτυλος cod. Vatic. p. 689.: putauit enim librarius, ab hoc verſu initium capere nouum odarium: quod eſt in iſto cod. quartum, et quinquageſimum. 21. Ῥοδοπηχέες Baxt. 22. κἀφροδίτη Barn. Lam. 24. νουσ$^{ου}_{οι}$σιν cod. Vatic. νόσοισιν Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born. Ioerd. male. nam ſequitur v. 25. νεκροῖς. 29. Φέρε δὲ, Lam. $^{φυὴν}_{φύσιν}$ cod. Vatic. vnde φύσιν recepere Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Brig. Born. Ioerd. 32. ἀφρῶι cod. Vatic. 34. κορυφῆς ἐδείκν$^{ξεν}_{υε}$ ^{ὁ}ζεὺς cod. Vatic.: etiam Steph. attulit ἔδειξεν ὁ Ζεύς· quod recepit Flaid. 35. Omittunt hunc verſum Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. 2. Parm. Barneſius eum primus reſtituit e cod. Vat. Seruauit, praet. Baxterum, Lam. et Bruncq.: etiam Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. Ioerd.: qui tamen omnes mutarunt ſcripturam cod. Vatic. in φοβερήν. 36. ῥόδον ἀγητὸν cod. Vatic. 39. ^{ὅ}ὁμ$^{ο}_{οι}$ cod. Vatic. 41. ἐπιτείξας cod. Vatic. ἐπιτέγξως Lam. mendoſe. 43. λυαί$^{ῳ}_{ωι}$ cod. Vatic.*

ἀπ: αγηέως? mortalium refu

ANNOTATIONES

ODE LIII

En autem in hac ode insigne Asianae prolixitatis exemplum. B. Tribui hoc odarium rectius Iuliano Aegyptio, quam Anacreonti, putabat Hesquinius ad Bion. Idyl. 1, 46. Conuersum est e graeco sermone in theotiscum a Mansone [*Berlin. Monatsschrift a.* 1785. *m. Febr. n.* 11.], Sontagio [*Vnterhaltt. fuir Freunde der alten Literatur P.* 1. *p.* 54.], et aliis. vid. Videburgii promtuar. philolog. P. 15. n. 6. Conferri autem cum eo possunt odar. 5.: Achilles Tat. 2, 1.: Philostratus ep. 32. 34. 37.: Libanius p. 178. A To. 1. Mor.: et Anthol. Lat. epigr. 288. — 292. To. 1.

2. Nihil opus est Barnesii amphimacro, cum λ liquescat: neque sane τȣ̃ θέρειον, cum media τȣ̃ θερινὸν ex vi vocalis possit esse communi tempore, praesertim apud vetustissimos, variantibus dialectis. B. Ῥόδον vocatur θερινὸν, quia rosa, quam ver profert; vnde odar. 5, 7. dicta est ἔαρος μέλημα, vt *verna* ab Ouidio Fast. 5, 194. et a Propertio 3, 3. 44.: aestate prima floret, ita, vt auctor odarii non inepte dixerit, se velle vna cum Vere, parente rosae, laudes eius canere. Et quia vere alii quoque flores nascuntur: propterea ei etiam ap. Ouidium Metamm. 2, 27. tribuitur *florens corona*.

3. Sic nos quidem reposuimus, cum hactenus nullo sensu legeretur, Συνεταιρεῖ αὔξει μέλπειν. Constat, hanc egregiam odam esse Veris hymnum, quod στεφανηφόρον vocat. Atque interim precatur sibi, et sodalibus, vt saepius eiusmodi tempestates recurrant, atque per hoc, vt longa vita fruantur. Quam belle Professor, nullis obseruatis literarum vestigiis, Σὺν, ἑταῖρ', ἄεξε μολπήν? Me dicit, neque metri, neque sensus, habuisse rationem. Non metri puto, quod diphthongum οι habeam pro communi; non sensus, quod infinitiuum μέλπειν vsurpatum existimem pro nomine, quod ipse nouit non nouum esse vel huic scriptori. Quid? quod credibile non sit, vnicum fuisse illi in cantando socium? Nos nihil mutauimus praeter ε in ο. B. Arnaldus animaduerss. p. 47. coni. σὺ δ', ἑταῖρ', ἄεξε μέλπειν· et Trillerus poëtt. Betrr. p. 250. P. 1. legi iubebat Σὺν ἑταίροις ἄρξω, vel ἄρχω, μέλπειν, repugnantibus iis, quae poëta v. 1. s. dixit. Omnium maxime nobis etiam placet Baxteriana lectio, quum proxime accedat ad scripturam codicis Vaticani, et Stephaniani exempli, et sensum pariat commodissimum. Cohortatur enim poëta sodales, vt cum ipso, et Vere, rosae laudes canant. nam μέλπειν positum est pro ἡ μολπή· vt odar. 23, 4. θανεῖν pro ὁ θάνατος. vid. ad odar. 2, 6. Et metri leges ipse odarii auctor non admodum curasse vbique videtur.

4. Siquidem ille odor ambrosiae, quod diis erat pro rosaceo, vnguento omnium vetustissimo. De Aeolico βρόσον venit ipsa vox ἀμβροσία. B. Ἄημα per se idem est, quod πνεῦμα, φύσημα, interprete Hesychio. Sed rosa hoc loco vocatur θεῶν ἄημα *deorum aura, odor*, quia dii auras carpunt odore vnguenti rosacei, hoc est, ambrosiae, quasi infectas. Virg. Aen. 1, 403. s. *Ambrosiaeque comae diuinum vertice odorem Spirauere*, hoc est, ambrosia, vnguento rosaceo, delibutae. Nam hanc quoque ob caussam odar. 5, 8. ῥόδα dicta esse videntur θεοῖσι τερπνά.

5. Rosa

5. Rosa vocatur *βροτῶν χάρμα*· nam articulum poëta intrusit, metri caussa; quia homines potant sertis redimiti, et rosa. v. odar. 5, 3. ss. et infra v. 17. Sic *puer praemature vita carens* Anthol. 3, 6. 37. 18. dicitur *κενεὸν χάρμα φίλης πατρίδος*.

6. Hinc deorum imagines *ἀγάλματα* dictae sunt, quod dii his rebus oblectari crederentur, sicuti pueri, et puellae, suis pupis. Sunt autem Horae *πολυανθέων Ἐρώτων* verna tempora quoque anno recurrentia: atque haec dicuntur in laudem Veris. B. Ἄγαλμα hoc loco idem Heins. ad Mus. 8.
significat, quod *χάρμα*, vt verba *χαίρειν*, et *ἀγάλλεσθαι*, coniuncta le- Schol. ad Il. 8. 14.
guntur, tanquam idem fere declarantia, ap. Xen. Memorr. 2, 1. 33. Quae quidem est propria nominis significatio. Hesychius: Ἄγαλμα· πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται· vbi v. Albertius, et Ruhnquenius ad Timaei glossar. Plat. h. v., et Vernsdorfius ad Philae carm. 5, 731. p. 208. s. Sed rosa vocatur *Χάρισιν ἄγαλμα*, quia Gratiae vere, et aestate, saltant coronis rosaceis cinctae. Conf. Horat. 1. od. 4, 6. s. Nam verbis *ἐν ὥραις πολυανθέων Ἐρώτων* indicatur *Ver*, et *Aestas*: quae dicuntur *ὧραι Ἐρώτων*, quia Amores tum, vt Gratiae, saltant: et Amores vocantur *πολυανθεῖς*, quia saltant gestantes coronas e floribus varii generis, atque adeo rosis, contextas. Conf. odar. 5, 1. 9. s. Sic *μίτραι πολυάνθεμοι* laudantur odar. 58, 3. Sed species coronae *πολυανθοῦς* exhibetur a Smeicelio in de Coronis p. 19.

8. Ἄθυρμα proprie idem est, quod *παίγνιον*, *oblectamentum, deliciae*. Hesychius: Ἀθύρματα· παίγνια. Gloss. vett. Παίγνια *Ludibria, delitiae*. vid. Lennepius animaduerss. ad Coluth. p. 19. et Ruhnquenius ad Hom. h. in Cerer. 16. Sed rosa appellatur Ἀφροδίσιον ἄθυρμα, quia Venus ipsa quoque sertis rosaceis delectabatur: v. Salmasius Hyl. iatric. c. 25. extr.: ex cuius adeo hortis Cupidines feruntur decerpere rosas, v. Himerius orat. 1, 19. p. 360. Vernsd.

9. Μῦθοι hoc loco poëtarum carmina sunt. Professor dissimulat hoc a me dictum. B. Haec nominis interpretatio etiam eo adiuuatur, quod v. 10. rosa vocatur flos Musarum, quatenus scilicet iis sacer est, ita, vt ipsae quoque, vel redimiant capita rosis plexis; Clem. Alex. Paedag. 2, 8. p. 181. C, ῥόδῳ δὲ τὰς Μούσας Σαπφὼ κατασέφει· Οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας· vbi v. interpp., in primisque Victorius variarr. lectt. 14, 18. et Volfius fragmm. Sapph. 27.: vel laudes earum cantent; isque amoenus, cum propter coloris elegantiam, et nitorem, tum ob suauitatem odoris, et fragrantiam. Nam *τόδε καὶ μέλημα μύθοις* est *rosa etiam a poëtis celebratur*. Sic *λόγοι* sunt *carmina* odar. 62, 4. et fragm. 1, 33. De nomine *μέλημα* vid. ad odar. 5, 7. Conf. Olearius ad Philostrat. ep. 73. p. 950. et Trillerus ad Christ. pat. p. 422.

10. Barnesius Ionismo deditus reposuit Μουσέων de suo. Quid autem refert? B. Pro *χαρίεν* scribi *χάριεν* iubebat Herodianus, aliique grammatici. vid. Etymol. M. et Suidas h. v., et schol. rec. Pindari ad Olympionn. 1. p. 130. b Steph. Sed Eustathius ad Il. π' p. 1088. 10. Rom., et ad Il. σ' p. 1128. s., cuius verba Phauorinus in Lexicon suum transtulit, hanc scripturam docet esse barbaram: sed Atticos tamen ait scribere *χάριεν*, ita, vt habeat vim aduerbii *χαριέντως*.

11. Stephanus incassum hunc locum tentauit, dum pro *ποιοῦντα πεῖραν* posuit *ποθοῦντα πεῖραι*. Vide, an ipse melius Musis litauerim, cum leui admodum mutatione *ποιοῦντα* mutauerim in *ποιοῦντι*, atque in tertio versu *λαβόντα* in *λαβόντι*. Nihil opus fuerat *προσάγοντι*, propter apostrophum. Certe hoc modo omnia meridiana luce clariora fient.

Frustra

Frustra fuerit admonere, ποιᾶντι πᾶραν esse Latini *facienti periculum*; suaue olentis scilicet odoris. Rosas etiam in sepibus creuisse apud Graecos, ostendunt isti Theocriti versus in Ὁδοιπόροις [Idyl. 5, 92. s.], Ἀλλ᾽ ἐ σύμβλητ᾽ ἐςὶ κυνόσβατος, ἐδ᾽ ἀνεμώνα, Πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα παρ᾽ αἱμασιαῖσι πεφύκει. B. Recte. Ἀταρποὶ proprie quidem sunt *deuerticula*, et opponuntur λεωφόρῳ *viae publicae, regiae.* Sed hoc loco ἀκάνθιναι ἀταρποὶ esse videntur omnino *viae spinis, e quibus rosae spectantur, obsitae.* Et πᾶραν ποιεῖν dicitur *is, qui rosam contrectat, et, vbi ei nares admouerit, abit, solo odore contentus*, vt Pauus praeclare interpretatus est. nam verba πᾶραν ποιᾶντι respiciunt ad verbum λαβόντι v. 13., et καὶ est *vel, adeo.* Sed pro πᾶραν ποιᾶν leges linguae dici iubebant πᾶραν ποιᾶσθαι. Hesychius: Πᾶραν ποιέμενος· πειράζων. Salmasius πᾶραν putabat esse hoc loco idem, quod πορείαν, et ὁδόν. Suidas, et ex eo Phauorinus: Πᾶραν· πορείαν, ὁδόν· e schol. Sophoclis ad Aiac. 290. At non potest doceri, nomen πᾶρα per se quidem vnquam significasse *viam*, et *iter.*

14. Posui etiam κᾶφως pro κᾶφαις ante προσάγοντ᾽, quo constaret, sententiam esse trimembrem. Rosae leuiter tractatae diutius odorem seruant. In his libenter Barnesius assentitur Baxtero, qua est comitate, vbi nullum suppetit effugium. B. Λαβὼν θάλπειν μαλακαῖσι χερσὶ dicitur *is, qui rosam decerpit, decerptamque digitis, et manu, tractat:* sed κᾶφως προσάγειν, h. e. προσάγεσθαι, *qui rosam leniter admouet naribus.* Rosa ipsa vocatur Ἔρωτος ἄνθος, quia Cupidini sacra est; quia Cupido flore eius ita delectatur, vt serta rosacea gestet. Conf. odar. 5, 1. 9. s.

16. Pronum fuerat reponere τῷ σοφῷ pro monstroso Ὠσσοφῷ. bonus tamen Stephanus id non vidit. Quid? nonne poëtae etiam paulo inferius σοφοὶ appellantur? Quid autem hic facit Ὀρόφῳ, quod ille finxit? Iniurius est Barnesius, atque etiam maleuolus, qui dicat, me illudendo bonum dixisse Stephanum, quem omnes nouere, et probum, et doctum, et in plurimis etiam diligentem. Ego nunquam sic illudo Barnesio, nec illudam. Quis sanae mentis non improbet frigidiusculum Ὡς σοφῷ, quod ille ex Vaticano codice reponit? Quid si Anacreon per συστολὴν dixerit τῷ σοφῷ, rapida scilicet prolatione, quomodo et Virgilius [ecl. 8, 81.] *Vno, eodemque, igni*, nihil cauens rei metricae? B. Ego veram scripturam esse arbitror Ὡς σοφῷ, ita, vt particula ὡς cohaereat cum vocabulo τερπνὸν, admirationisque index sit, *quam grata est rosa poëtis!* Nam auctor odarii etiam v. 2. iussit esse versum trochaicum dimetrum acatalectum: et quum σοφὸς sint, vt οἱ σοφοὶ v. 23., *poëtae*; vid. Menagius ad Laërt. 1, 12. et Hutchinsonius ad Xen. anab. 1, 2. 8.: procliue est intellectu, qui factum sit, vt poëta commemorarit deinceps, et *conuiuia*; nam θαλίαι sunt *conuiuia* fere *lautiora:* vid. Hesiod. Θεογ. 917. Aristoph. Auu. 732. Theocrit. Idyl. 17, 22.: ita dicta, quia in iis laetitia regnat, vel quia in honorem deorum celebrabantur: vid. Athen. 2, 3. p. 40. C; et *Liberalia.* Sed vt veteres potasse in rosis reperiuntur: v. odar. 5, 3. ss.: ita in conuiuiis eorum canebantur poëtarum carmina: vnde Musae credebantur esse θαλιῶν προστάτιδες· vid. schol. Apol. Rhod. ad 3, 1.: et Liberalibus certasse inter se poëtas, quis nescit? Neque vero abhorret, poëtarum frontes cinctas fuisse coronis, vt hederaceis, ita etiam rosaceis, quum flos rosae Baccho sacer fuerit. vid. v. 43. Per Διονυσίας ἑορτὰς intellegi videntur *Liberalia verna*, quae etiam ab aliis scriptoribus simpliciter Διονύσια appellantur. v. index Theophrast. v. Διονύσια.

20. Per-

20. Perpetua ſunt epitheta apud poëtas, praeſertim vero Homerum; atque horum primum de colore eſt, altera duo de roſaceo, ſiue ambroſiae, odore. B. *Aurora* dicitur ῥοδοδάκτυλος ab Homero Il. α, 477. ζ, 175. aliiſque in locis: ab Heſiodo Ἔργ. 610.: a Mimnermo ap. Athen. 11, 5. p. 470. A: vt *roſea* a Lucretio 5, 655. Conf. Elmenhorſtius ad Apulei. metamm. 3. p. 171. Ῥοδόπηχυς vocatur eadem ab Theocrito Idyl. 2, 148. et in Homer. hymn. 30, 6. Sed *Eunicen*, et *Hipponoën*, Nymphas, ῥοδοπήχεας nominat Heſiodus Θεογ. 247. 251.: *Gratias* Sappho n. 3. Volf. Conf. Philoſtratus ep. 73. et ibi Olearius p. 950. *Venus* denique ῥοδόχρυς appellatur a Nonno Panopolita, vt Barneſius animaduertit. Sed in epigrammate Cometae Anthol. 4, 30. 1. dicitur Παφίη ῥοδέη. Caeterum certum eſt, appoſitis illis vniuerſam pulchritudinem exprimi. Heſychius: Ῥοδοδάκτυλον· ῥοδόχρυν· ἀπὸ μέρους καλόν. Sic *Apollo* ῥοδόχρους appellatur Anthol. 1, 38. 12. 18.: *Helena* ῥοδόχρως a Theocrito Idyl. 18, 31.: *Adonis* ῥοδόπαχυς ab eodem Idyl. 15, 128.: *Charites* ῥοδόσφυροι ab Himerio orat. 1, 19. p. 360. Vernſd.

22. Non eſt, vt miretur quis, Ionicum Profeſſorem repoſuiſſe hic Ἀφροδίτη. Ipſe Anacreon maluit Ἀφροδίτα, quo eſſet ὁμοφωνία cum ſequenti voce. B.

23. Οἱ σοφοὶ ſunt, vt ante dictum eſt, *poëtae*. vid. Pindarus Olympionn. 1, 15. Pythionn. 10, 35. Iſthmionn. 1, 62. 8, 105. Theocrit. Idyl. 17, 6. A Pindaro Iſthmionn. 5, 36. etiam σοφισταὶ dicuntur. Conf. Laërt. 1, 12. et Lactant. 5, 5. 1.: itemque Olearius ad Philoſtr. V. Apollon. 1, 30. p. 39. 3, 25. p. 115., et Boſius animaduerſſ. p. 82. Sic ipſa *faciendorum carminum facultas* dicitur σοφία fragm. 1, 4., vt *ſapientia* ab Horatio A. P. 396. Nam nemo audebat tum poëmata ſcribere, niſi qui eſſet egregie doctus, atque ſapiens: et ſolertiam inueniendi, et excogitandi, res in poëtis praecipue ſitam eſſe debere, quis neſcit? Hinc Anacreon a Platone Phaedr. p. 1214. E Francof. vocatur ὁ σοφός· vt Heſiodus a Cicerone Cat. M. 15. *doctus*. Et ap. Horat. 1. od. 1, 29. *frontes doctae* ſunt frontes poëtarum. Ouid. A. A. 3, 551. *docti poëtae*.

24. Ἀρκεῖ eſt *opitulatur, auxiliatur*. Heſichius: Ἀρκεῖ· προσαρκεῖ, βοηθεῖ· Εὐριπίδης Πηλεῖ. Erotianus gloſſ. Hippocr. p. 82. Franc. Ἀρκέει· βοηθεῖ. vid. Xen. Cynop. 6, 2. 11. Conf. Foëſius Lex. Hippocrat. h. v. Sed de vſu roſarum medico v. Dioſcorides 1, 130. ſ.

25. Venus apud Homerum [Il. ψ', 186.] Hectoris cadauer ῥοδόεντι χρῖεν ἐλαίῳ Ἀμβροσίῳ. B. Reſpexit ad hunc Homeri locum Plinius H. N. 21, 4. Ἀμύνειν igitur eſt, hoc loco, *defendere a putredine*. Nam Hier. Magius miſcell. 2, 17. p. 1347. To. 2. theſ. Gruter. hunc locum perperam retulit ad morem veterum ſepulcra roſis ornandi. Conf. Trillerus in libro, qui inſcribitur *Paſſionsandachten*, p. 730.

26. Nam temporis longinquitas minuit, extinguitque, omnia: ſed odor roſae manet ſemper idem. id quod a poëta v. 28. ſ. etiam magis declaratur. Nam γῆρας ῥόδων vocatur χαρίεν, quia roſae tum quoque ſuauem emittunt odorem. Ἔσχεν accipi debet, vt praeſens, *habere ſolet, habet*.

29. Φυὴ eſt *origo, ortus, natales*, roſae: et λέγειν idem valet, quod μέλπειν, et ἄδειν, vt odar. 1, 1. Gregor. in de dialectis p. 155. Τὴν

φύσιν

φύσιν Φυὴν λέγεσι [Dores]. Et vox Φέρε δὴ *agedum* non raro vsurpatur ab eo, qui plures cohortatur ad aliquid, vt ἄγε odar. 57, 7.

30. Χαροπὴ θάλαττα est, hoc loco, haud dubie *mare caeruleum.* Nam, et Latini poëtae *mare*, atque pontum, vocant *caeruleum:* vid. Ouid. Metamm. 13, 838. Sen. Hippol. 1160.: et poëtae Graeci *vndas aequoris* nominant χαροπὰ κύματα· vid. Anthol. 1, 57. 3. et 10. 7, 10. 7, 119.: h. e. *caeruleas* Ouid. herr. 19, 191. Hesychius: Χαροπός· — γλαυκός. Sed ap. Hom. Il. π', 34. est γλαυκὴ θάλασσα. Nuper verba illa acceperamus, cum aliis interpretibus, de mari *tranquillo*, et *placido*, ob odar. 51, 14. Certe huic rationi locus Hesiodi Θεογ. 189. neutiquam aduersari videtur; nam etiam tranquillum mare est vndosum: immo confirmant eam verba Himerii a nobis ad odar. 51, 14. laudata.

31. Δεδροσωμένη Κυθήρη idem est, quod Κυθήρη δροσώδης *Venus tenera*, h. e. *pulchra, venusta.* vid. odar. 29, 9. Odar. 51, 5. s. dicta est λευκὰ, ἁπαλὰ, Κύπρις. Macrobius Saturnn. 1, 8. *Hunc* [Saturnum] *aiunt abscidisse Caeli patris pudenda: quibus in mare deiectis Venerem procreatam, quae a spuma, vnde coaluit,* Ἀφροδίτη *nomen accepit.*

32. Πόντος modo pro persona corporali, siue numine, ex tradita veterum persuasione, est. B. Hesychius: Λοχεύει· τίκτει, γεννᾷ. De re ipsa v. Hesiodus Θεογ. 190. ss. et odar. 51. Ab Himerio orat. 1, 20. p. 364. Venus e mari emergens dicitur ἔτι τὸν ἀφρὸν μετὰ τὴν θάλασσαν ἐξ ἄκρων πλοκάμων στάζουσα.

34. Ἐδείκνυε signata vox est pro *repraesentauit*, vel *ex improuiso protulit.* B. Homer. hymn. 27, 4. s. τὴν αὐτὸς ἐγείνατο μητίετα Ζεὺς Σεμνῆς ἐκ κεφαλῆς, πολεμήϊα τεύχε' ἔχουσαν. Vnde discitur, κορυφῆς hoc loco dictum esse pro ἐκ κορυφῆς· κορυφῆς idem esse, quod κεφαλῆς· Hesychius: Κορυφή· κεφαλή· et δεικνύειν significare *proferre, existere iubere.* Minerua ipsa vocatur πολεμόκλονος, vt Batrachom. 267. et ap. Pseudorph. hymn. 31, 2., i. e. *bellatrix, pugnax* [Ouid. Trist. 3, 9. 7.]. v. Spanhemius ad Callim. h. in lau. Pallad. 43.

35. Iste versus debetur Barnesio, siue potius Vaticano libro. Confirmat etiam Professor ex Homeri hymno in Mineruam [27.], in quo sunt ista [v. 6. s.]: — σέβας δ' ἔχε πάντας ὁρῶντας Ἀθανάτους. B. Ὄλυμπος igitur sunt ἀθάνατοι *dii:* qui v. 39. dicuntur μακάρων θεῶν ὅμιλος, quatenus magna eorum est multitudo.

37. Imputat mihi Barnesius incuriam τυποθέτου, quod ἤνθησε edatur pro ἤνθισε. ipse verteram *efflorere fecit.* Professor maluit *mirifice ornauit*, figurato sensu. B. Ἀνθίζειν est *proferre, edere, existere, efflorescere, iubere: ἔρνος ῥόδων spina rosarum ferax: der Rosen-Stock:* Hesychius: Ἔρνος· — δένδρον εὐθαλὲς, βλάστημα, φυτόν· et vt ἔρνος vocatur νέον etiam propterea, quia non fuerat antea: ita ῥόδα dicuntur ἀγητὰ, h. e. θαυμαστὰ, et propter *coloris* amoenitatem, et propter suauitatem *odoris.* Λόχευμα, h. e. γέννημα, πολυδαίδαλον est *fetus artificiosissimus, opus perquam ingeniose factum.* Daedalum enim ingeniosissimum constat fuisse artificem.

40. Nectar colore fuisse rubro, patet ex Homerico isto [Il. τ', 38. s.], Πατρόκλῳ δ' αὖτ' ἀμβροσίην καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν Στάξε κατὰ ῥινῶν.

Quod

Quod et Horatius [3. od. 3, 12.] ſecutus eſt in *Purpureo bibit ore nectar.* Conditum hoc erat aromatibus, et cremandorum rogis impoſitum. vnde et pro deorum potu habitum eſt. B. Si lectio νέκταρ vera eſt: ἐπιτέγγειν, quo verbo carent Lexica, ita poſitum eſt hoc loco, vt ſit *nectar ſuperfundere ſpinae, iubere nectar imbuere ſpinam.* Neque ſane neceſſe eſt, vt reſcribatur νέκταρ', quum poëta etiam verbo ἀνατέλλειν ita vſus ſit, vt ſignificet *gigni, naſci, exiſtere, iubere.* Schol. min. Homeri ad Il. έ, 777. gloſſam ἀνέτειλεν interpretatus eſt verbis ἀνέσχεν, ἀνεφύησεν, ἀνέδωκε. Caeterum recte dictum eſſe ἀνέτειλεν ἐξ ἀκάνθης, contra Pauum, qui putabat, dici debuiſſe ἐκ κάλυκος, docuit Doruillius Van. crit. p. 103.

43. Ἄμβροτον modo figuratum eſt pro θεῖον. B. Immo roſam φυτὸν ἄμβροτον dici arbitror propter ſuauitatem odoris, quem nunquam omnino amittat. Nam ἀγέρωχον *flos ſuperbus, nobilis,* vocatur propter faciem amoenam, et eximium colorem. Sed φυτὸν Λυαίου dicitur, quia *roſa* etiam *Baccho ſacra* erat. vid. ad odar. 5, 2. Caeterum metrum odarii eſt metrum iambicum dimetrum catalecticum, ita, vt verſibus dimetris iambicis catalecticis immixti ſint verſus trochaici dimetri acatalecti. vid. Salmaſius ad Spartian. p. 44. b Pariſ.

ΝΔ' ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Ὅτ' ἐγὼ νέοις ὁμιλῶ,
Ἐσορῶν, πάρεστιν Ἥβα.
Τότε δὴ, τότ' ἐς χορείην
Ὁ γέρων ἐγὼ πτερῦμαι.
Περίμεινόν με, Κυβήβα·
Παράδος· θέλω στέφεσθαι.
Πολιὸν δὲ γῆρας ἧκας,
Νέος ἐν νέοις χορεύσω.
Διονυσίης δέ μοι τὶς
Φερέτω ῥοιὰν ὀπώρης,
Ἵν' ἴδῃ γέροντος ἀλκὴν,
Δεδαηκότος μὲν εἰπεῖν,
Δεδαηκότος δὲ πίνειν,
Χαριέντως δὲ μανῆναι.

VARIETAS LECTIONIS

* ἄλλο εἰς ἑαυτὸν ὁμοίως *cod. Vatic. p.* 688., *et in marg.* ἄλλο· *atque hoc in libro hoc odarium est primum, et quinquagesimum.* 1. ὅτ' ἐγὼ σὲ νέοις ὁμίλευ *cod. Vatic.* ὁμίλευ *Steph. Mor. Com. Lub. Macrop. Met.* 1. 2. *Parm.* ὁμίλον *Fab. mendose.* 2. ἧκα *Steph. Com. Fab. Macrop. Met,* 1. 2. *Parm.* ἧκα *Mor.* Ἥβα *Lub.* Ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον Ἐσορῶ, πάρεστιν ἥβα *coni. Steph. et Salmas., probb. Pauo, et Metario: recepp. Flaid. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1, 2. *Deg.* 1, 2. *Holst. Brig. Born.* Ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον Ἐσορῶ, πάρεστιν ἥβη *Barn. Idem Salmas. coni. etiam* ὅτ' ἐγὼ νέοις ὁμιλῶν, πάρεστιν ἥβα, *ita tamen, vt superiorem illam coniecturam huic praeferret. Zeun. p.* 108. *coni.* Ὅτ' ἐγὼ νέων ὁμίλῳ Ἐσορῶ παρεῖναι Ἥβην. 3. ἐυ *Lam. vitiose.* 5. περίμεινόν με (α α ε ω) K. *cod. Vatic.* παραμαίνομαι Κυβήβᾳ *coni. Salmas.* περίμεινον ἐν K. *coni. Zeun. p.* 108. Περί μοι νέῳ συνήβα *coni. Steph.* συνήβα *coni. etiam Dacier., aut* περίμ. καὶ σὺ, ἥβα, *vel* κυβήβα, *quod esset imperat.* verbi

verbi κυβηβᾶν. Κυβάλη *coni. Val. p.* 134. 6. Ῥόδα δὸς *coni. Steph.*: *quod recepp. Flaid. Barn. Lam., prob. Pauo, qui tamen coni.* παρ' ὁδόν. 7. ἑκὰς *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Parm.* πολιὸν ἑκὰς δὲ γῆρας *coni. Arnald. animaduerſſ. p.* 46., *prob. Zeun. p.* 108.: *recepp. Brunequ. Analect. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born.* 9. δ' ἐμοὶ *Arg.* 1. 2. *Holſt. Deg.* 2. *Brig. Born.* 10. ῥόον / ῥοιὰν ἀπ' ὀπώρης *cod. Vatic.* ῥοιὰν ἀπ' ὀπώρης *Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Macrop. Met.* 1. 2. *Parm.* ῥύακ' ὀπώρης *coni. Steph.* δῶρον ὀπώρης *Barn. Lam.* ῥύακ' ἀπ' ὀπώρης *Flaid.* ῥόον ἀπ' ὀπώρης *Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born. e coni. Salm. et cod. Vatic.* ῥεῦμ', *aut* ῥεῦν, ἀπ' ὀπώρης *coni. Pau.* ῥοὰν ὀπώρης *Holſt. e coni. Zeun. p.* 109., *qui etiam* ῥυὰν ἀφ' ὥρης *legi poſſe opinabatur.* Φερέτω ῥόον γ' ὀπώρης *coni. Val. p.* 134. *Lectionem Baxteri prob. Arnald. animaduerſſ. p.* 45. 11. ἴδῃ *cod. Vatic.* 14. χαριέντως *cod. Vatic.* δὲ *cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Macrop. Barn. Lam. Met.* 1. 2.: *quod nos reuocauimus. Baxt., et alii, habent* τε, *vid. ad odar.* 1, 1.

ANNOTATIONES

ODE LIIII

1. Pro ὁμίλεν repoſui ὁμιλῶ, quo tempora inter ſe concordarent. Stephanus conuertit ὁμίλεν in ὅμιλον, νέοις in νέων, atque ἐσορῶν in ἐσορῶ. Bene tamen factum eſt, quod ἥκει mutauit in ἥβα. Barneſius neminem putat ſapere, qui non faueat huic emendationi. Vae miſero mihi! B. Baxteri coniecturae ita ſuccurri poteſt, vt ἐσορῶν, nominatiuus abſolutus, poſitus dicatur pro genitiuis conſequentiae, ἐσορῶντός μου αὐτὰς, ita, *quando ego cum pueris, puellabuſque, verſor, ipſe eas, um adſpectus me repubeſcere iubet:* aut cohaerere cum verbis νέοις ὁμιλῶ, hoc ſenſu, *quando ego cum pueris, puellabuſque, ita verſor, vt eas intuear, repubeſco:* quomodo verbum ἐσορᾶν legitur ap. Xen. Cyrop. 5, 1. 8. Odar. 56, 3. ſ. eſt Χαρίεσσα δ' οὐκ ἔτ' Ἥβη Πάρα· et odar. 47, 5. τὰς δὲ φρένας νεάζει. Et tum v. 3. ſeiungi ab oratione ſuperiore debet, ita, vt ſit nouae ſententiae initium. At ſic quoque, et ea, quae v. 7. dicuntur, et totius orationis ſeries, vnice commendant Stephani emendationem. Poëta, chorum puerorum, virginumque, conſpicatus, loquitur ſecum ita, Ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον Ἐσορῶ· πάρεστιν Ἥβα. Τότε δὴ — πτεροῦμαι. V. 5. puellam manere iubet, et ſibi tradere flores, e quibus corollam nectat, qua cinctus choreas ducat cum pueris, et virginibus, quas conſpicatus erat.

2. Ionicus Profeſſor de Stephani Ἥβα fecit Ἥβη· cur non et de Κυβήβα, Κυβήβη, cum et illud ſit Doricum? B. Theocritus epigr. 16,

5. ſ.

5. s. in Anacreontem, Προσθεὶς δὲ, χὤτι τοῖς νέοισιν ἅδετο, Ἐρεῖς ἀτρεκέως ὅλον τὸν ἄνδρα.

4. Ἐς χορείην πτερῶμαι est *choreas ducere, saltare, gestio.* Πτερῶσθαι respondet verbis Latinis *rapi*, et *ferri*, indicatque *summam auiditatem*, et *impetum.* Illustrauit hunc verbi vsum Villoisonius ad Longi Pastorr. p. 91. s.

5. Credo, Cubebam istam fuisse Anacreontis ancillam. Multum miror, quid Stephano in mente fuerit, cum elegantissimam vocem Παράδος mutauerit in Ῥόδα δός. Rosae enim, et reliqua eius generis, facillime potuerunt subintelligi de voce παράδος. Studiose nobis aduersatur Barnesius. B. Neque ego dubito, quin παράδος sit vera scriptura: modo poëta fingatur vna cum ista voce digitum intendisse ad flores, quos sibi tradi a puella vellet. Buhierius ad Hesych. p. 364. To 2. pro Κύβεβις in glossario huius grammatici reponi iubebat Κυβήβης, quod glossa ex hoc loco poëtae sumta esset. male, et repugnantibus ipsis glossematis.

7. Nemo mihi vitio vertat, quod aduerbium ἑκὰς in participium ἥκας mutauerim. *Dico ego, nullum tale participium dari*, inquit Professor: et tamen oblitus sui, in libro edidit. At queritur peccatum in accentu: queror ipse, insignem Professorem ipsum ode 43. in eundem lapidem impegisse, cum, et in commentario, et in libro, pro ὧραι quater scripsit ὥραι· quod tamen magis tribuendum incuriae, quam inscitiae. B. Arnaldus animaduerss. p. 46. legi iubebat, Πολιὸν ἑκὰς δὲ γῆρας. At sic particula δὲ alieno posita, opinor, loco comparet. Neque vero participium ἥκας ferri vllo modo, ob nouitatem formae, et insolentiam, potest Malim igitur retinere scripturam cod. Vatic., et exempli Stephaniani, Πολιὸν δὲ γῆρας ἑκὰς, ita, vt auctor odarii non admodum doctus dicatur metri neglegentior videri maluisse, quam sententiae, adeo, vt trochaeum substituerit in locum iambi: cuius neglegentiae vestigia apparent etiam in v. 5. et 14. Sensus est, *valeat senectus:* quae πολιὸν γῆρας dicitur a poëtis omnibus, vt a Pindaro Isthmionn. 6, 21. s., ab Antiphane Anthol. 2, 50. 3., et ab anonymo Anthol. 2, 47. 33.: etiam λευκόν, vt a Sophocle Aiac. 632.: vbi schol. τὸ γῆρας λευκαίνει τὰς τρίχας· quae fragm. 110. dicuntur λευκαὶ τρίχες. Sed ab Ouidio herr. 14, 109. *senectus* vocatur *cana*.

10. Ita reposuimus pro ῥοιὰν ἀπ' ὀπώρης, omisso ἀπ', quod cespitantis erat scribae. Barnesius de suo posuit δῶρον ὀπώρης. B. Legi haud dubie debet ῥοάν, aut certe ῥοήν, ita, vt ῥοὴ ὀπώρης Διονυσίης sit *vinum*, quod etiam ab Aristophane Eccless. 14. dicitur νᾶμα Βακχεῖον, vt Cerda ad Virgil. Aen. 1, 686. animaduertit. Nam, et νᾶμα, et ῥοή, proprie idem est, quod ῥεῦμα. Hesychius: Ῥοήν· ῥύσιν. Suidas: Ῥοή· — ῥεῦσις. Sic Virgil. d. l. *vinum* vocat *laticem Lyaeum:* et Ouid. Metamm. 8, 275. oleum *latices Palladios.* vid. ad odar. 37, 12. Vuae autem dicuntur ὀπώρη Διονυσίη, quia, vt vites, et vinum, Baccho sacrae erant. vid. odar 50.

11. Hesychius: Ἀλκή· δύναμις, ἰσχύς.

12. *Ieiune hic Baxter de simplici loquela, cum ἀπεῖν dicatur per μείωσιν pro ᾄδειν, et ἔπος in illa voce lateat pro ᾠδή.* Haec verba sunt

nostri

noſtri Profeſſoris, qui nollet τὰ κοινὰ κοινῶς reddi a Baxtero. Quid? an ſemper cantauerat ſobrius, et pudicus, Anacreon inter ſuos combibones? nunquamne ſolebat κυλικηγορῆσαι? B. Δεδαηκὼς eſt *qui nouit, poteſt.* Heſychius: Δεδάηκεν· ἔμαθεν, μεμάθηκεν, ἔγνω. Sic Theocrit. Idyl. 17, 103 ἐπιστάμενος δόρυ πάλλειν· et v. 113. ἐπιστάμενος λιγυρὰν ἀναμέλψαι ἀοιδάν. Εἰπεῖν autem eſt *canere*, vt λέγειν odar. 1, 1. fragm. 33, 4.: et ἐννέπειν Hom. Odyſ. α, 1. coll. Il. α, 1.

14. Trochaeus ponitur in ſecunda ſede, et hic, et in quinto verſu, vt in Ionico ἀπ᾿ ἐλάσσονος. B. De verbo μανῆναι vid. ad odar. 13, 12. Nam hoc quoque loco χαριέντως μανῆναι dicitur *is, qui ita hilaris eſt, et laetus, vt delectet ſodales, cui ineſt ſuauis bilaritas:* quae *amabilis inſania* dicitur ab Horatio 3. od. 4, 5. ſ.: et λύσσα σώφρων odar. 48, 6. Vid. ad odar. 57, 5. Caeterum hoc quoque odarium conſtat iambeis dimetris catalecticis.

ΝΕ΄ ΕΙΣ ΕΡΩΝΤΑΣ ΩΙΔΑΡΙΟΝ *

Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι
Πυρὸς χάραγμ᾽ ἔχουσι,
Καὶ Παρθίους τις ἄνδρας
Ἐγνώρισεν τιάραις.
Ἐγὼ δὲ τοὺς ἐρῶντας
Ἰδὼν ἐπίσταμ᾽ εὐθύς.
Ἔχουσι γάρ τι λεπτὸν
Ψυχῆς ἔσω χάραγμα.

VARIETAS LECTIONIS

* *In cod. Vatic. p. 682. hoc odarium adiunctum extat odario sexto decimo, atque adeo titulo suo caret.* Εἰς τοὺς ἐρῶντας ᾠδάριον *Steph. Com. Lub. Flaid. Barn. Lam. Met. 1. 2. Parm.* εἰς τοὺς ἐρῶντας, *omisso nomine* ᾠδάριον, *Mor. Fab. Macrop.* εἰς ἐρῶντας, *omisso eodem nomine, Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holst. Brig. Stroth. Born. Ioerd.* 1. ἐπ᾽ ἰσχίοις *Arg. 2. Brig. Born. Ioerd. sine caussa.* 2. ἔχουσιν *cod. Vatic.* 3. Παθραίους *coni. Murrius annotatt. ad Laocoont. Lessingii p. 29. temere.* 4. ἐγνώσεν *Fab. operarum incuria.* ἐγνώρισ᾽ ἐκ τιάρας *coni. Iablonsqu.* ἐγνώρισ᾽ ἐν τιάραις *coni. Deg. et Val. p. 135. sine caussa. Caeterum in exemplo Steph. post hoc odarium leguntur p. 52. verba haec,* Τῶν ἑξῆς μελῶν τὰ μέν ἐστιν Ἀνακρέοντος, τὰ δ᾽ οὔ· καὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις μετὰ τῶν λοιπῶν εὕρομεν, τὰ δὲ καὶ πανταχόθεν συνηγάγομεν. Ἐκείνων δὲ μόνον τὸ ὄνομα αὐτοῦ προγέγραπται, ἃ σαφῶς οἴδαμεν αὐτοῦ ὄντα, ἐξ ὧν δηλαδὴ οἱ παλαιοὶ συγγραφεῖς παρέχονται μαρτυριῶν, μαθόντες.

… 5, 37. … 207.

ANNOTATIONES

ODE LV

1. Ἰσχία sunt *clunes, coxae.* Hesychius: Ἰσχία· τὰ ὑπεράνω τῶν μηρῶν, καὶ τὰ κοῖλα τῶν γλουτῶν, ἐν οἷς ἡ κοτύλη στρέφεται. vid. Eustathius ad Il. θ΄ p. 716. 34. Rom. et Phauorinus h. v. Equorum autem clunibus inurebatur, et ἐπίσημον Κόππα, et ἐπίσημον Σὰν πῖ· nam σῖγμα a Doriensibus dictum est σάν· vid. Herodo. 1, 139.: de quibus ἐπισήμοις, quorum figurae sunt apud Montefalconium Palaeogr. Gr. p. 122., diligenter exposuit Buhierius dissert. de priscis Graecc. et Latt. literis f. 56.

56. p. 568. ff. Hi equi dicebantur σαμφόραι, isti κοππατίαι, vel κοππαφόροι. vid. Aristoph. Nubb. 23. 122. 437. Equitt. 600. Lucian. c. indoct. 5. p. 104. To. 3. Reit. Hesychius: Κοππατίας· ἵππος κεχαυμένος, ἐντετυπωμένον ἔχων τὸ κόππα· ὅ ἐστιν ἀπεστραμμένον ρ̄, καὶ σ̄· sed verba καὶ σ̄ delenda esse, etiam Buhierius d. l. p. 569. docuit. Idem Hesychius: Σαμφόρας· σαμφόραι ἵπποι λέγονται, οἷς ἐπικεχάρακται τὸ σ̄ στοιχεῖον· τοῦτο γὰρ σὰν ἔλεγον. add. Athen. 11, 5. p. 467. B. Has igitur clunibus equorum inustas notas, et signa, poëta vocat πυρὸς χάραγμα. Nam χάραγμα est *nota impressa*, *signum impressum*. v. Iac. Nic. Loënsis epiphyll. miscell. 8, 12.: Hemsterhusius ad Luciani dialogg. select. p. 85.: Vossius rhetor. 6, 1. 1. p. 426. To. 2.: Salmasius exercc. ad Solin. p. 626. b: et Pfochenius in differt. de puritate linguae Gr. N. T. f. 42. Omnino de hac re legi possunt, praeter Buhierium d. l., Scaliger ad Euseb. p. 116.: Monachius ad varr. SS. p. 308. ff.: Solanus ad Lucian. p. 104. f. To. 3.

3. Parthos fuisse Anacreontis temporibus notos, ostendit Professor ex Herodoto [3, 93.]: falsus est autem, cum putet, tiaram esse, quod Turcis dicitur *turban*; cum sit *Phrygius pileus*, communis quidem in ceruicem cauda quadam reflexus, et regius, qui et κίδαρις, in apicem erectus. B. Τιάρα scilicet erat *pileus laneus turritus*, qui *coni* speciem, et formam, haberet: πίλημα πυργωτὸν Strab. 15. p. 734. Cas.: aliis vocabulis dictus est πῖλος [πίλους τιάρας Herodo. 3, 12.], κυρβασία, κίδαρις· v. Pollux 7, 58. Fuisse autem talem pileum *Persarum* insigne, etiam Herodo. 7, 61. prodidit. Et regum quidem tiarae erant *rectae*, ὀρθαί· v. Xen. Cyrop. 8, 3. 7. et Lucian. nauigg. 30. p. 267. To. 3.: sed ciuium pilei erant *depressiores*, et *inclinati*, *incurui*, *et in frontem prominentes*. Hesychius: Τιάρα· ἡ λεγομένη κυρβασία· ταύτῃ δὲ οἱ Πέρσαι βασιλεῖς μόνῃ [l. μόνοι. v. schol. Aristoph. ad Auu. p. 387. Basil. et Vesseling. obseruatt. 2, 9.] ἐχρῶντο ὀρθῇ· οἱ δὲ στρατηγοὶ ὑποκεκλιμένῃ. Vid. Brissonius de princip. Perss. 2, 184. p. 539. Lederl. 3, 24. p. 659.: Paschalius in de Coronis 10. 1. ff.: Solerius in de Pileo p. 185. ff.: Smeicelius in de Coronis p. 147. ff.: Salmasius exercc. ad Solin. p. 392.: Cataquer. aduerss. miscc. posthh. c. 24. p. 690. ff.: Relandius diss. miscc. 8. p. 252. f. To. 2. Aoristus ἐγνώρισεν vim praesentis habet, *agnoscere*, *dignoscere*, *potest*, *solet*. Caeterum quum nomen Parthorum aetate Cyri nondum ita clarum, et nobile, fuerit, vt ab Anacreonte ipso laudari potuerint: Herodotus enim, qui eos memorat in rebus Darii Hystaspis 3, 93., initio belli Peloponnesiaci iam annos tres, et quinquaginta, habuit: vid. Gellius 15, 23.: vix dubitari posse videtur, quin auctor huius odarii fuerit poëta aliquis recentior, qui Persas, more loquendi aetatis suae, Παρθίους ἄνδρας dixerit.

8. Λεπτὸν χάραγμα est *tenuis nota impressa*: cuius indices sunt oculi maxime, et vultus, etiam gestus, et vox. Conf. Xen. Memorr. 3, 10. et Cyrop. 5, 1. 5. ff. Caeterum versus huius odarii sunt iambei dimetri catalectici.

ΝΣΤʹ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ *

Πολιοὶ μὲν ἧμιν ἤδη
Κρόταφοι, κάρα δὲ λευκόν·
Χαρίεσσα δ᾽ οὐκ ἔθ᾽ Ἥβη
Πάρα, γηραλέοι δ᾽ ὀδόντες·
Γλυκεροῦ δ᾽ οὐκ ἔτι πολλὸς
Βιότου χρόνος λέλειπται.
Διὰ ταῦτ᾽ ἀναςαλάζω
Θαμὰ, Τάρταρον δεδοικώς.
Ἀΐδεω γάρ ἐςι δεινὸς
Μυχὸς, ἀργαλέη δ᾽ ἐς αὐτὸν
Κάθοδος· καὶ γὰρ ἕτοιμον
Καταβάντι μὴ ᾽ναβῆναι.

VARIETAS LECTIONIS

* *Hoc odarium seruauit Stobaeus Eclogg. ethth.* 117. *p.* 599. *Turic. In exemplo Steph. Anacreontis extat p.* 55. *f.: in Poëtt. lyrics. fragmm. St. p.* 144.: *in fragmm. lyricorum ab Vrsino collectis p.* 131. *f.: et in Gnomis ad calcem Callim. edit. Basil. A. C.* 1532. *p.* 158. *Barn. inscripsit* ἐς τὸ γῆρας, *vt Brig. In Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Macrop. Met.* 1. 2. *Pau. Lam. Parm.* Ἀνακρέοντος. *In Arg.* 1. 2. *caret titulo.* 1. ἡμὶν *Steph. Mor. Flaid. Brunequ. Analectt. Arg.* 1. 2. *Holst. Deg.* 1. 2. *Parm. Brig.* ἡμῖν *Stob. Com. Vrsin. Lub. Grot. Fab. Macrop. Born.* 2. κάρη *Barn. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born. Ioerd. e cod. Stob. bibl. reg.* 3. ἥβη *Brunequ. Analectt. Arg.* 1. 2. *aliique.* 5. οὐκέτι *Flaid. Arg.* 1. 2. *aliique.* 7. ἀναςαλύζω *Stob. Steph. Mor. Com. Vrsin. Fab. Flaid. Lub. Macrop. Met.* 1. *Pau. Arg.* 1. 2. *Parm. Deg.* 1. 2. *Holst. Brig. Born. Ioerd. Barn. Lam. bene.* ταῦτα δ᾽ ἀςαλύζω *Brunequ. Analectt.* ἄλαςαλύζω *Grot. exec. poëtt. e Stob. p.* 487., *praeeunte Scaligero, et Spanhem. ad Callim. h. in Del.* 239.: *qui tamen laudat etiam* ἀλαςαλύζω. 10. ἀργαλέα *Vrsin. Virg. illustr. p.* 374. 12. ἀναβῆναι *Stob. Steph. Mor. Com. Vrsin. d. l. et in Virg. illustr. p.* 374. *Lub. Flaid. Grot. Fab. Macrop. Pau. Met.* 1. *Parm. Lam.* οὐ γὰρ ἕτοιμον Καταβάντι καὶ ἀναβῆναι

βῆναι coni. Fab. μὴ γὰρ ἕτοιμον Καταβάντι κἀναβῆναι *coni. Zeun. p.* 110. *sine caussa.* Μὴ 'ναβῆναι *scribi iussere etiam Metarius in ind. v.* μὴ, *et Arnaldus animaduerss. p.* 47.

ANNOTATIONES
ODE LVI

1. Ὑπερβιβασμῷ τῦ τόνυ scribi potest et ἧμιν· quod et Barnesius confirmat. Verum nihil necesse reponi κάρη, cum ᾱ sit fere communi tempore. B. Vid. Eustath. ad Hom. Il. θ' p. 700. extr. Rom. Ap. Homer. Il. χ', 74. est πολιὸν κάρη, qui etiam *senes* Il. θ', 529. vocat πολιοκροτάφυς γέροντας, vt Herodo. V. Hom. 30.: sed Hesiod. Ἐργ. 181. simpliciter πολιοκροτάφυς, h. e. *sparsos tempora canis* [Ouid. Metamm. 8, 567.]. vid. Macrob. Saturnn. 7, 10. Theocritus Idyl. 14, 68. s. ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα πάντες γηραλέοι· quem locum laudat Eustathius ad θ' p. 727. 26. Rom. Vnde ab eodem poëta ibid. 70. senectus vocatur λευκαίνων ὁ χρόνος. Hesychius autem nomen πολιὸς interpretatus est nomine λευκός. Vid. omnino Iunius in de Coma c. 10.: qui p. 585. nec hunc odarii locum praetermisit.

2. Vid. fragm. 36, 9.

3. Hom. Il. ω', 348. Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τῦπερ χαριεστάτη ἥβη. Gloss. vett. Χαρίεσσα *Grata.* vid. Macrob. Saturnn. 5, 13. p. 482. s. Gron.

4. Τὸ πάρα modo ponitur pro πάρεστι. B. Hesychius: Πάρα· — πάρεστι. Odar. 34, 3. s. ὅτι σοι πάρεστιν Ἄνθος ἀκμαῖον ὥρας. add. odar. 54, 2. Theocrit. Idyl. 27, 8. τάχα γάρ σε παρέρχεται, ὡς ὄναρ, ἥβη. Pindarus Pythionn. 4, 279. ss. ἀλλ' ἤδη με γηραιὸν μέρος ἁλικίας ἀμφιπολεῖ· Σὸν δ' ἄνθος ἥβας ἄρτι κυΜαίνει. Γηραλέοι ὀδόντες sunt *luridi, cariosi, atri, dentes.* Hesychius: Γηραλέον· μέλαν.

5. 6. Sensus est, *prope, haud procul, absum a morte: breui moriendum est.*

7. Posui ἀναςαλάζω pro ἀναςαλύζω, quae vox, mea quidem sententia, nihil significat. Satis bella haec αἰτιολογία senilis lippitudinis. Scaligeri, atque Grotii, ἄλαςα λύζω frigidiusculum est. Barnesius putat, stare posse τὸ ἀνας αλύζω, etsi nesciat, quid sit. Quis non videt, in Hesychio vitiose scribi ἀςυλάζει, et νεοςάλυγες, pro ἀςαλάζει, et νεοςάλαγες. B. Nimirum in glossario Hesychiano extant hae glossae: Ἀςαλύχειν· ἀναβλύζειν, κλαίειν. Ἀςυλάζει [l. ἀςαλύζει, vel ἀςαλάζει]· λυπεῖ μετὰ κλαυθμῦ. Νεοςάλυγες· κεκλαυθμυρισμένοι παῖδες προσφάτως, νεοδάκρυτοι. Has ipsas glossas vna cum glossematis in Lexicon suvm transtulit Phauorinus. Iam quum non credibile sit, oculos, et manus, tot librariorum errasse tot diuersis in locis: ipse quoque existimo, Graecos etiam ςαλύζω, et ἀςαλύζω, et ἀςαλύχω, non tantum ςαλάζω, dixisse, ita, vt scriptura ἀναςαλύζω recte habeat, et verbum hoc significet *fleo, lacrymor.* Conf. Albertius ad Hesych. p. 588. To. 1. Nam Hemsterhusius ad Lucian. p. 7. To. 1. apud Hesychium legi volebat ἀναλύζει, et ἀναλύζει. Caeterum ap. Aeschylum Eumenn. 805. est ςαλάγματα, pro quo libri veteres, scholiasta auctore, habebant ςενάγματα· et v. 816. καρδίας ςαλαγμόν· vt Agathias Anthol. 3, 12. 21. dixit, Ὄφρα μοι ἥβησας δάκρυ φίλον ςαλάοι.

8. Moeris: Θαμὰ, Ἀττικῶς· πυκνῶς, Ἑλληνικῶς. Hesychius: Θαμά· θαμινὰ, συνεχῆ· h. e. *assidue.* Idem Hesychius: Τάρταρος· ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κατώτατος τόπος. v. Plato Phaedon. 60. et schol. min. Hom. ad Il. θ', 13.

9. Ἀστεϊσμὸς figura. B. Ἀΐδεω μυχὸς idem est, quod Τάρταρος. Nam Ἀΐδης est *Pluto*: et μυχοὶ sunt, Hesychio interprete, οἱ ἐνδότατοι, καὶ ἀπόκρυφοι, τόποι — ἔσχατα — τὰ ἐσώτερα μέρη. Sic ap. Aeschyl. Prometh. 432. est, Κελαινὸς δ' Ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς Γᾶς· et Sophocles Aiac. 573. Μέχρις ἂν μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ, quem locum Suidas v. μυχὸς laudat, dixit pro ἕως ἂν τελευτήσωσι, scholiasta interprete. Diogenes autem Laërtius 4, 27. in epigr. in Crantora eandem sententiam expressit verbis his, Χ' οὕτω κατῆλθες εἰς μέλαιναν Πλουτέως ἄβυσσον.

10. Vltima syllaba profertur ἐν συνεκφωνήσει, sicuti et in γηραλέοι. B. Descensus in Tartara vocatur κάθοδος ἀργαλέη, vt ipse Tartarus δεινὸς, quia nemini licet inde reuerti in terras. vid. Plato Cratyl. 20. Hesychius: Ἀργαλέη· χαλεπὴ, δεινή. Vnde Pluto ab Eurip. Alcest. 424. vocatur ὁ κάτωθεν ἄσπονδος θεός.

11. Pes trochaicus, et est figura hyperbaton. Ordo enim est, Καὶ γὰρ μὴ ἕτοιμον καταβάντι ἀναβῆναι. Metri causa scripsi μὴ 'ναβῆναι pro μὴ ἀναβῆναι. Hunc locum imitatus est Virgilius satis noto versu. B. Aen. 6, 128. s. *Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, Hoc opus, hic labor, est*: ad quem locum Vrsinus in Virg. illustr. p. 374. attulit ista odarii verba. Aeschylus Perss. 692. s. Ἄλλως τε πάντως χ' οἱ κατὰ χθονὸς θεοὶ Λαβεῖν ἀμείνους εἰσὶν, ἢ μεθιέναι· vbi v. Stanleius. Eurip. Alcest. 1076. Οὐκ ἔστι τοὺς θανόντας ἐς φάος μολεῖν· qui idem v. 393. s. pro καταβῆναι dixit κάτω βεβηκέναι. Theocrit. Idyl. 17, 120. ὅθεν πάλιν οὐκέτι νόστος. Nonnus Dionyss. 30. p. 772. 25. Hanou. Εἰ πέλε νόστιμος οἶμος ἀνοστήτοιο βερέθρου. Antipater Anthol. 2, 32. 9. ἐς γὰρ ἄκαμπτον, Εἰς τὸν ἀνόστητον χῶρον ἔβης ἐνέρων. Catul. 3, 10. s. *Qui nunc it, per iter tenebricosum, Illuc, vnde negant redire quenquam*: vbi Dusa filius hunc odarii locum laudauit. Caeterum metrum odarii est iambicum dimetrum catalecticum.

ΝΖ΄ ΕΙΣ

ΝΖ΄ ΕΙΣ ΤΟ ΠΙΝΕΙΝ *

Ἄγε δὴ, φέρ᾽ ἡμιν, ὦ παῖ,
Κελέβην, ὅκως ἄμυστιν
Προπίω. Τὰ μὲν δέκ᾽ ἐγχει
Ὕδατος, τὰ πέντε δ᾽ οἴνου
Κυάθους, ὡς ἀνυβριστὶ
Ἀναδεύων βασσαρήσω.
Ἄγε δῶτε, μηκέθ᾽ οὕτω
Πατάγῳ τε, κἀλαλητῷ,
Σκυθικὴν πόσιν παρ᾽ οἴνῳ
Μελετῶμεν, ἀλλὰ καλοῖς
Ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις.

VARIETAS LECTIONIS

* Ὅτι πίνειν δεῖ μετρίως *Barn. Brig. In Arg.* 1. 2. *Holst. omnis titulus abest. Seruauit hoc odarium Athen.* 10, 7. *p.* 427. *A: et partem eius* Ἄγε δὴ — Κυάθους *laudat idem Athen.* 11, 7. *p.* 475. C, *et ex eo Eustath. ad Odyss.* γ΄ *p.* 1476. 31. *Rom : sed verba* Ἄγε, δῶτε — Μελετῶμεν *v.* 7. — 10. *attulit scholiastes Cruquii ad Horat.* 1. *od.* 27, 1.: *quae sumta esse ait ex Anacreonte lib.* 3. *In exemplo Stephan. Anacreontis extat p.* 56.: *in fragmm. lyricc. Steph. p.* 144.: *in fragmm. Vrsini p.* 137. *In Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Macrop. Parm. Lam. inscriptum est,* τοῦ αὐτοῦ. 1. ἡμὶν *Steph. Mor. Flaid. Met.* 1. *Parm. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 2. *Brig.* ἡμῖν *Athen. Eustath. Com. Vrsin. Lub. Fab. Macrop. Born.* 2. Κυλέβην *Fab. vitiose.* ὅπως *Athen.* 11, 7. *Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met.* 1. *Pau. Barn. Lam. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Parm. Holst. Brig. Born.* 3. δύ᾽ ἐγχέας *Athen.* 10, 7. *male.* ἐγχέας *Athen.* 11, 7. *Eustath. recte: sed tum post verbum* προπίω *nota incisi poni debet.* 5. κυάθοις *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Brig. Born. e coni. Paul.* ὡς ἂν

ὑβριστιῶσαν Athen. Steph. Mor. Com. Vrsin. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. *Pau. Parm. Lam.* Κυάθες ὑβριστιῶσαν *Barn. e coni. Theodori Marcilii ad Horat. d. l.* 6. Ἀναδευβασσαρήσω. * *Athen. Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Macrop. Met.* 1. *Pau. Parm.* ἀναδευτεβασσαρήσω *Vrsin. Flaid. Etiam quinque reliquos versus habent, sed a superioribus seiunctos, interiectis verbis,* καὶ μετ᾽ ὀλίγα. *Certe verbum* προελθὼν, *quo Athen. d. l. p.* 427. *vsus est, declarare videtur, deesse post v.* 6. *versus aliquot. vnde recentiores editores post v.* 6. *asteriscorum notas apposuere. Barn.* Φρένα δεῦε Βασσάρησιν. *Casaub. ad Athen.* 10, 7. *p.* 721. *coni.* τὰ πέντε δ᾽ οἴνε· κυάθοις ὡς ἂν ὑβριστιῶσαν φρένα δεύσας βασσαρήσω, *vel* φρέν᾽ ἀναδεύσας βασσαρήσω. *Theod. Marcilius coni.* φρένα δεύων. *Pauus coni.* ὡς ἀνυβρίστως Ἀνὰ δαῖτα βασσαρῶμεν, *prob. Zeunio p.* 111., *qui tamen pro* βασσαρῶμεν *reponi ait posse* βατταρίσσω. 7. δότε *Athen. d. l. p.* 427., *prob. Pauo.* δεῦτε *coni. Rutgersius ad Horat.* 1. *od.* 27, 1. *p.* 420. *Burm.* 11. ὑποπινόμεσθ᾽ *Barn. In Arg.* 1. 2. *aliisque recentt. editt. etiam post* ὕμνοις *signa asteriscorum posita comparent.*

ANNOTATIONES

ODE LVII

1. Ἡμιν· vt in ode superiore. B.

2. Κελέβη ποτήριον ξύλινον κυλικῶδες, Theocriti scholiastes Graecus [ad Idyl. 2, 2.]. Phiala haec erat lignea, fortasse a κᾶλον, et πίω, pro πίνω. De amystide ita Callimachus apud Athenaeum [11, 7. p. 477. C], Καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀπήνατο χανδὸν ἄμυστιν Ζωροποτεῖν. B. Athen. 11, 7. p. 475. D Κελέβη· τέτε τε̃ ἐκπώματος Ἀνακρέων μνημονεύει. — ἄδηλον δὲ, ποῖον εἶδός ἐστι ποτηρίε, ἢ [πᾶν ποτήριον]. Κελέβη καλεῖται ἀπὸ τε̃ χέειν εἰς αὐτὸ τὴν λοιβὴν, ἢ τὸ λείβειν· τε̃το δὲ ἐπὶ τε̃ ὑγρε̃ συνήθως ἔταττον, ἀφ᾽ ε̃ λέγεται καὶ ὁ λέβης. Etymol. M. Κελέβη· εἶδος ποτηρίε ξυλίνε· παρὰ τὸ κᾶλον, ὃ σημαίνει τὸ ξύλον, καὶ τὸ ἄβω, τὸ ῥέω. Fragm. 19, 2. est τρισκύαθος κελέβη. De formula ἄμυστιν προπιεῖν vid. ad odar. 21, 2. s. Hesychius: Ἄμυστιν· συνεχῆ πόσιν.

3. Τὰ μὲν — τὰ δὲ est *cum* — *tum: et* — *et:* vt odar. 29, 4. et ap. Pindar. Pythionn. 2, 119. s. Herodo. 1, 173. 2, 122. Sic non necesse est, neque vt κυάθοις legatur pro κυάθες, neque vt accusat. κυάθες pendere dicatur cum Metario, in ind. v. ἐγχει, a praeposit. κατά. Solebant autem veteres fere tribus partibus aquae miscere vnam partem vini: Pollux 6, 18. ἐπήνεν δὲ οἶνον τὸν τρία φέροντα, τετέστι τὸ τριπλε̃ν τε̃ ὕδατος· vid. Hesiodus Ἔργ. 596. Aristoph. Equitt. 1185. et Anthol. 2, 47. 45.: vel duas vini partes tribus: v. Aristoph. Equitt. 1184.: quinqueue, partibus aquae: v. Athen. 10, 7. p. 426.: qui p. 427. A Παρὰ δὲ Ἀνακρέοντι, inquit, εἷς οἴνε πρὸς δύ᾽ ὕδατος, eamque in rem hunc ipsum locum laudat: interdum vna parte aquae vnam partem vini. v. Aristoph. Plut. 1133. Hippocrates aphorr. 7, 56. Mnesitheus ap. Athen. 2, 1. p. 36. B. Conf. Plutarch. sympoff. 3, 9. p. 657. To. 2, et Lex. rhetor.

rhetor. ap. Eustath. ad Odyss. ι p. 1624. 43. Rom. Κύαθος fuit *vas figlinum, aeneumue* [v. Pollux 10, 122.], quo vinum hauriebatur e cratere [v. Pollux 6, 19. 10, 75.], etiam aqua, et in pocula fundebatur, capiens *duodecimam sextarii partem, trulla.* Etymol. M. Κύαθος ἀντλητήριον, μέτρον ὑγρῦ. Suidas: Κύαθος· ἀντλητήριον· μέτρον ὑγρῦ, ἀγγιῶν β', ἢ κοχλιάριον. Etiam Athen. 10, 6. p. 424. A notauit hunc nominis vsum. Errant enim ii, qui κυάθοις reponendum putant, quod pendeat a verbo ἔγχει. Immo ἔγχει simpliciter positum est, ita, vt intellegi debeat ἐν κελέβῃ· vt fragm. Anacr. 122. Καθαρῇ δ' ἐν κελέβῃ Πέντε, καὶ τρεῖς, ἀναχείσθω· intell. κυάθυς ὕδατος, καὶ οἴνυ. Pamphilus ap. Athen. 1, 4. p. 4. D ἔγχει πιεῖν μοι. Sext. Empir. hypotypp. Pyrrhonn. 2, 23. p. 126. Fabric. Ἔγχεόν μοι οἴνυ πιεῖν. add. Aristoph. Equitt. 118. 121. Suidas: Ἔγχει· ἔμβαλε. Catullus ap. Gellium NN. AA. 7, 20. *Minister vetuli puer Falerni Inger mi calices amariores.* Conf. ad odar. 64, 1.

5. Pro monstroso ὑβριστιῶσαν ἀναδευβασσαρήσω ita fidenter reposui, vt sint extremae syllabae ωσαν sede sua exturbatae: vltima exciderat de voce ἀναδεύων. Barnesio placuit ὑβριστιῶσαν Φρένα δεῦε βασσάρησιν, quod, nec probabile, nec bene Graecum, est. Nescio, an Βασσαρεὺς idem sonet, quod et Βατταρεὺς, lingua scilicet titubans· vnde et verbum βατταρίζω. B. Emendationi Baxteri aduersari videntur metri leges, qui spondeum illum repudiant; vt hactenus praestet legere cum Pauo, ὡς ἀνυβρίστως Ἀνὰ δαῖτα βασσαρήσω· sed sensus ipse eam valde commendat. Nam ἀναδεύων est *vino madens, vino infusus* [Macrob. Saturnn. 7, 3. p. 781. Gron.], idem, quod δευόμενος τῷ ποτῷ. Βασσαρεῖν est *furere,* idem, quod μανῆναι, i. e. *effuse, petulanter, furiose, hilarem esse.* nam Bacchus etiam a Latinis poëtis vocatur *Bassareus.* vid. Horat. 1. od. 18, 11.: vbi vid. Acron de origine huius nominis. Et ἀνυβριστὶ βασσαρεῖν idem est, quod χαριέντως μανῆναι odar. 54, 14., i. e. *ita hilarem esse, vt, neque rixere, neque vociferere.* id quod ea, quae v. 7. ff. dicuntur, satis docent.

8. Bene Barnesius κἀλαλητῷ pro κ' ἀλαλητῷ. B. Πάταγος, quod vocabulum Hesychius interpretatus est verbis ψόφος, et κτύπος, vt schol. min. Hom. ad Il. φ', 9. nominibus ψόφος, et ἦχος, hoc loco de *rixa* accipiendum videtur, vt ἀλαλητὸς de *clamore,* et *vociferatione.* Sic ap. Herodo. 7, 211. nomina βοὴ, et πάταγος, coniuncta extant, vt 8, 37. nomina βοὴ, et ἀλαλαγμός· sed ἀλαλαγμὸς idem est, quod ἀλαλητός· quod est vocabulum Homericum, significans proprie *clamorem,* quem tollunt *milites* cum hostibus congredientes. vid. Il. ξ, 393. et ibi Eustathius p. 994. 57. Rom. Et quum πόσις Σκυθικὴ sit, ipso Athenaeo 10, 7. p. 427. A interprete, ἀκρατοποσία· v. idem 10, 8. p. 432. A, et Spanhem. ad Aristoph. Plut. 1133.: Scythae enim meracum bibere, ἀκρατοποτεῖν, solebant, quod ἐπισκυθίζειν propterea apud Lacedaemonios dictum est: vid. Athen. 10, 7. p. 427. C, Aelian. V. H. 2, 41., et ex iis Eustathius ad Il. ι p. 746. 50. Rom.: μελετᾷν παρ' οἴνῳ Σκυθικὴν πόσιν πατάγῳ τε κἀλαλητῷ est *bibere meracum, ita, vt rixere, et vociferere.* Horatius 1. od. 27, 1. ff. expressit hunc locum, scholiasta Cruquiano auctore, sic, *Natis in vsum laetitiae scyphis Pugnare Thracum est: tollite barbarum Morem, verecundumque Bacchum Sanguineis prohibete rixis.* Clemens Alex. Paedag. 2, 2. p. 157. D, μέθῃ δὲ μάλιστα οἱ Σκύθαι χρῶνται, Κελτοί τε, καὶ Ἴβηρες, καὶ Θρᾶκες, πολεμικὰ ξύμπαντα ταῦτα ὄντα γένη.

10.

10. Trochaeo vſus eſt. B.

11. Falſus eſt Buſbeius diligentiſſimus, cum exiſtimauerit ὑποπίνειν eſſe *largius bibere*, cum ſit *bibere ex interuallis*, vt vel hinc cuilibet manifeſtum eſſe poterit. Barneſius de penu ſuo repoſuit ὑποπινόμεσθ', quod reddit *moderate bibamus*. B. Ὑποπίνειν eſt, hoc quidem loco, vt opinor, ſimpliciter *bibere*, *potare*: vt *ſubbibere* ap. Suet. Ner. 20. Neque tamen ignoro, hoc verbum ſaepe ſignificare *largius bibere*, vt ap. Ariſtoph. Auu. 493. vid. Zeunius ad Xen. Cyrop. 8, 4. 9. Vnde Nicophon eo vſus eſt pro μεθύσκεσθαι, auctore Suida h. v. Ὕμνοι καλοὶ ſunt *carmina caſta*, *pudica*, *verecunda*. nam talia carmina ſunt honeſta. Et ἐν καλοῖς ὕμνοις eleganter dictum eſt pro *ita, vt carmina caſta canamus*. Caeterum metrum odarii Anacreon iuſſit eſſe metrum iambicum dimetrum catalecticum.

ΝΗ' ΕΙΣ

ΝΗ΄ ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ *

Τὸν Ἔρωτα γὰρ τὸν ἁβρὸν
Μέλπομαι βρύοντα μίτραις
Πολυανθέμοις ἀείδων·
Ὅδε καὶ θεῶν δυνάστης,
Ὅδε καὶ βροτοὺς δαμάζει.

VARIETAS LECTIONIS

* *Seruauit hanc odarii particulam Clem. Alex. Strom. 6. p. 262. Victor. p. 623. D Colon. Extat in exemplo Stephani p. 57.: in fragmm. lyricc. Steph. p. 144.: in fragmm. Vrſini p. 133.: et in Arſenii ſylloga ἀποφθεγμάτων. In Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Macrop. Pau. Parm. Lam. inſcripta eſt, τοῦ αὐτοῦ. Sed in Arg. 1. 2. Holſt. deeſt titulus.* 1. Ἔρωτα, *omiſſo articulo, Clem. Alex. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Met. 1. Pau. Lam. Parm. et Salmaſ. ad Spartian. p. 44. b, qui v. 2. putabat eſſe verſum trochaicum dimetrum acatalectum.* 3. ἀείδειν *Clem. Alex.* 4. et 5. Ὁ δὲ *Clem. Alex. Steph. Mor. Com. Vrſin. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Pau. Lam. Parm.*

ANNOTATIONES

ODE LVIII

1. Barneſius recte praepoſuit articulum. B. Cupido vocari videtur ἁβρὸς, h. e. *cultus*: vid. odar. 6, 8.: propter μίτρας πολυανθέμους, ita, vt verba βρύοντα μίτραις πολυανθέμοις interpretentur vocabulum τὸν ἁβρόν. Sed poteſt hoc nomen etiam de *tenero*, atque adeo *formoſo*, recte accipi. Sic ap. Pindar. Olympionn. 6, 92. ſ. ἁβρὸν σῶμα eſt *tenerum corpus*: ſed fragm. 16, 6. παῖς ἁβρὴ eſt *puella formoſula*.

2. Μίτραι πολυάνθεμοι *coronae* ſunt *Cupidinis*. Mitrae enim iſtae infulae [vittae] fuerunt, in quibus varii flores intexebantur; a μίτος, quod eſt *filum*. B. De vocabulo μίτρα v. Paſchalius in de Coronis 4, 20. ſ. et Gataquerus aduerſſ. miſcc. poſthh. c. 24. p. 693. ſ. Heſychius: Μίτρα· — διάδημα — ταινία. Sed propter verbum βρύοντα *plenum*, quod etiam ap. Homerum Il. ρ', 56., vbi ſchol. min. βρύει, γέμει, conſtruitur cum ablatiuo: vid. index Graec. Aeſchin. h. v.: malim μίτρας accipere de ipſis *coronis*. Etymol. M., et ex eo Phauorinus: Μίτραι· κυρίως οἱ ἀπὸ φασκίων καὶ ὠαρίων [leg. ὠραρίων] γινόμενοι στέφανοι· ἐν κατα-

καταχρήσει δὲ πᾶς σέφανος μίτρα λέγεται. add. omnino Eustathius ad Il. δ' p. 454. Rom. Sic ἀνθεμεῦντες σέφανοι laudantur odar. 64, 2. s. Vocabulum πολυάνθεμος, quod a Lexicographis non est notatum, legitur ap. Pseudorph. hymn. 39, 17. 42, 3. Ductum est a nomine ἄνθεμον, quod idem valet, quod ἄνθος. v. Eustath. ad Il. β' p. 324. 18. Caeterum partic. ᾄδων hoc loco verbo μέλπομαι ita additum est, vt μέλπομαι esset, vt opinor, idem, quod τέρπομαι. Hesychius: Μέλπεται· τέρπεται, ᾄδει, καὶ τὰ ὅμοια.

4. Hesiod. Θεογ. 120. ss. Ἠδ' Ἔρος — πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων, Δάμναται ἐν σήθεσσι νόον, καὶ ἐπίφρονα βελήν. Sophocles Trachinn. 447. Οὗτος [ὁ Ἔρως] γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν, ὅπως θέλει. add. Lactant. 1, 11. 1. s. Charit. 6, 3. τίς γάρ ἐσιν Ἔρως — ὅτι κρατεῖ πάντων τῶν θεῶν, καὶ αὐτε τε Διός· vbi v. Doruillius, itemque Barthius ad Claudian. p. 820. b: Heinsius ad Sabini epist. 3, 35.: Bosius animaduers. p. 82. s.: Villoisonius ad Long. p. 93. Caeterum de nomine δυνάσης diligenter exposuit Spanhemius ad Iuliani orat. 1. p. 145. Vis autem eius omnium planissime cognosci potest e loco Strab. 9. p. 415. Casaub. hoc, μάλισα γὰρ τὰς βασιλέας δύνασθαι φαμέν· διόπερ καὶ δυνάσας προσαγορεύομεν. Δύνανται δ' ἄγοντες, ἐφ' ἃ βέλονται, τὰ πλήθη, διὰ πειθὲς, ἢ βίας.

5. Ab Euripide *Cupido* dicitur ὁ τύραννος τῶν ἀνδρῶν Hippol. 538., et τύραννος θεῶν τε, κἀνθρώπων, ap. Athen. 13, 1. p. 561. B. Sic *locus* odar. 62, 2. vocatur κράτος χθονίων. Et *Cupido* a Musaeo v. 200. nominatur Ἔρως πανδαμάτωρ, vt ab ipso Anacreonte fragm. 29, 1. ex emendatione Barnesii: vbi tamen alii δαμάλης legi iubent. Hesychius: Πανδαμάτωρ· ὁ πάντα ὑποτάσσων. Suidas: Πανδαμάτωρ· πάντα ὑποτάσσων. Caeterum Clemens Alex. d. l. auctor est, Euripidem hanc odarii particulam expressisse imitando versibus istis, Ἔρως γὰρ ἄνδρας ἐ μόνες ἐπέρχεται, Οὐδ' ἂν [l. αὖ] γυναῖκας· ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω Ψυχὰς ταράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται. At Stobaeus Eclogg. ethth. c. 61. p. 388. Turic. hos ipsos versus Sophocli tribuit, ita, vt in libris eius pro ταράσσει male legatur χαράσσει. vid. Gataquerus aduerss. miscell. posthh. c. 10. p. 507. G. Caeterum versus odarii sunt iambei dimetri catalectici.

ΝΘ' ΕΙΣ

ΝΘ' ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ *

Στέφος πλέκων ποθ' εὗρον
Ἐν τοῖς ῥόδοις Ἔρωτα,
Καὶ τῶν πτερῶν κατασχὼν
Ἐβάπτισ' εἰς τὸν οἶνον·
Λαβὼν δ' ἔπιον αὐτόν.
Καὶ νῦν ἔσω μελῶν μου
Πτεροῖσι γαργαλίζει.

VARIETAS LECTIONIS

1. *πότ' cod. Vatic.* 5. *ἔπινον Barn. Arg. 1. 2. Holſt. Deg. 2. Brig. Born. Ioerd. At ſyllaba πι in ἔπιον anceps eſt; v. Steph. ad odar. 31, 2.*

ANNOTATIONES

ODE LVIIII

* Equidem non negaueram, odarium iſtud fuiſſe Iuliani Aegyptii, etſi addubitauerim: neque iuſſeram, vt Barneſius illud haberet pro Anacreontis. B. In cod. Vatic. p. 677., in quo hoc odarium eſt odarium quintum, titulus eius eſt τοῦ αὐτοῦ εἰς ἔρωτα· quae verba etiam in marg. adſcripta ſunt: ſed Steph. p. 57., et cum eo alii, vt Parm. p. 73., verba εἰς ἔρωτα omiſere. In Barn. inſcriptum eſt Ἀνακρεόντειον. Extat Anthol. 7, 185. Ibi inſcriptum eſt, Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου, vt in Met. 2. Arg. 1. Holſt. Ἰουλιανοῦ Αἰγυπτίου habent Lam. Arg. 2. Born. Brig. Retinuere illud Comel. p. 139. Met. 2. p. 115. Deg. 2. Ioerd. In Bruncquii Analect. P. 2. p. 493. inſertum aliis Iuliani epigrammatis legitur.

2. Conf. odar. 40.

3. Heſychius: Πτερά· πτέρυγες· vt odar. 7, 10.

6. Subeſſe puto nequitiam. B.

7. Heſychius: Γαργαλίζει· ἐρεθίζει. Lex. Coiſlin. ap. Montefalcon. Catal. bibl. Coiſlin. p. 470. Γαργαλίζει· νικᾷ, ὑποσημαίνει, προτρέπει, ἐρεθίζει· ſed pro νικᾷ, ὑποσημαίνει, legi debet κινεῖ, ὑποσαίνει, ex Etymol. M., et Phauorino, qui addidit verba ἀπὸ τοῦ στόματος, ὥστε ἐμέσαι· quae petiit e Suidae Lexico, in quo ipſo praue ſcriptum eſt ὑποσημαίνει, vt iam Neocorus vidit. In fragm. Anacr. 60. eſt ἰαίνει Τἄμ' Ἔρως ὁ γαργαλίζων Σπλάγχνα. Metrum odarii eſt iambicum dimetrum catalecticum. Et noua illa, atque inopinata, Cupidinis imago v. 4. ſſ. aeque commendat hoc odarium lectori, ac partem odarii quarti decimi alteram imago ſagittae.

Ξ' ΕΙΣ ΑΡΤΕΜΙΝ *

Γȣνȣ̃μαί σ', ἐλαφηβόλε,
Ξανθὴ παῖ Διὸς, ἀγρίων
Δέσποιν', Ἄρτεμι, θηρῶν,
Ἵκȣ νῦν ἐπὶ Ληθαίȣ
Δίνῃσι, θρεσκαρδίων
Ἀνδρῶν ἐγκαθόρα πόλιν
Χαίρȣσ'· ȣ̓ γὰρ ἀνημέρȣς
Ποιμαίνεις πολιήτας.

VARIETAS LECTIONIS

1. *γȣνȣ̃μαί σοι Flaid. male.* 3. *Hic verſiculus laudatur ab Euſtathio ad Il.* φ', 470. *p.* 1247. 9. *Rom. et ab ſchol. Leid. ad Hom. d. l. apud Valquenar. ad Eurip. Hippol.* 58., *Anacreontique tribuitur. Legitur ap. Euſtath.* Δέσποινα —. 4. *Hic verſiculus laudatur ab Hephaeſt. Enchir. p.* 3. *Pau.* 5. *θεσκαρδίων Vrſin. mendoſe. θρασυκαρδίων coni. Fab.: quod recepere Bruncqu. Analect. Arg.* 1. 2. *Holſt. Deg.* 1. 2. *Brig. Born., repugnante ipſa ſententia: etſi non ignoro, in nonnullis libris ap. ſchol. Hephaeſt. p.* 73. *ita ſcriptum legi. τρεσκαρδίων coni. Pau., quum τρέειν ſit, Heſychio interprete, φοβεῖσθαι.*

ANNOTATIONES

ODE LX

* Seruauit hoc odarium Hephaeſtio Enchir. p. 69., eiuſque ſchol., p. 73. Pau. In exemplo Stephan. Anacreontis extat p. 57.: in fragmm. lyricc. Steph. p. 146.: et in fragmm. Vrſini p. 131. Retinuere Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Barn. Met. 1. Lam. Pau. et alii. In Barn. inſcriptum eſt Λιτανεία· in caeteris eſt, τȣ̃ αὐτȣ̃. Sed in Arg. 1. 2. deeſt titulus: Degen. 2. Brig. Born. habent cum Baxtero εἰς Ἄρτεμιν.

1. *Supplico te* vertit eximius Profeſſor ferula donandus. B. Fragm. 29, 7. Γȣνȣ̃μαί σε. Heſychius: Γȣνέομαι· ἱκετεύομαι. Γȣνȣ́μενος· ἱκετεύων· quae gloſſa ſumta eſt ex Odyſ. δ', 433. Genua enim veteres arbitrati ſunt ſedes miſerationis eſſe. vid. Euſtathius ad Il. ά p. 129. Rom. et Alexander Neapolitanus GG. DD. 2, 19. p. 425. ſ. To. 1. et ibi Tiraquellus. Ἐλαφηβόλος, h. e. *venatrix dea* [Ouid. Metamm. 2, 454.], eſt

est solenne Dianae epitheton. vid. Hom. h. in Dian. 2. Sophocles Trachinn. 217. s. Diana ipsa ap. Callimachum v. 17. dicit, μήτ' ἐλάφους βάλλοιμι· vbi v. Spanhemius. Hesychius: Ἐλαφηβόλος· κυνηγός· ἀπὸ εἴδους ἑνὸς τῶν κυνηγουμένων. Aj. 178.

2. Hesychius: Ξανθή· — ἡ καλή, καὶ ἡ πυρά [l. πυῤῥά], ἡ πυρροειδής. Lex. Coislin. ap. Montefalcon. Catal. bibl. Coislin. p. 473. Ξανθή· πυῤῥοειδῆ· leg. πυῤῥοειδής, aut ξανθόν. Suidas: Ξανθόν· πυῤῥοειδῆ. vid. Hesiod. Θεογ. 947. Theocrit. Idyl. 2, 16. Nam capilli flaui etiam puellarum ponebantur pulchri: vid. Keuchen. ad Sammonic. p. 104. et nos ad odar. 29, 4.: et pars pulchritudinis nominatur, ita, vt vniuersa pulchritudo intellegatur. Ἀγρίων θηρῶν dictum est, vt ap. Xen. Cyrop. 1, 4. 7. ἀγρίων θηρίων. Sed Anacreontis menti obuersata esse videntur verba Homeri Il. φ', 470. s. πότνια θηρῶν Ἄρτεμις ἀγροτέρη.

4. *Lethaeus* amnis in Asia est iuxta Ephesum vrbem. Est igitur θρασυκαρδίων ἀνδρῶν πόλις ipsa *Ephesus*, clade aliqua, vt videtur, afflicta. Erat enim vrbs ista in tutela huius deae. B. Vnde Diana v. 8. dicitur ποιμαίνειν πολιήτας [Hom. Il. β', 806.] *regere Ephesios*, *praeesse Ephesiis:* vid. Palaeretius ad Matth. 2, 6.: nam Hebraei ita vsi sunt verbo רעות: vid. 2 Sam. 7, 7., quia ciues compararunt cum pecore, צאן: vid. 2. Sam. 24, 17.: et Actt. 19, 28. appellatur Ἄρτεμις Ἐφεσίων· vt ipsa Ephesus ibid. 35. πόλις νεωκόρος τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος. Ληθαίου δίναι per periphrasin dictum est pro Ληθαῖος, quatenus erat amnis vorticosus: vt ap. Himerium orat. 6, 2. p. 498. ἐπὶ Καΰστρου δίναις, et orat. 14, 36. p. 668. ἐπὶ Ἴστρου δίναις. Nam δίναι sunt *vortices*. Hesychius: Δίνη· συστροφὴ ὑδάτων. vid. Theocrit. Idyl. 22, 50. Ἄνδρες θρασυκάρδιοι [Hesychius: Θρέειν· θροεῖν. Θρεόμενον· ὀλοφυρόμενον] *timidi*, *pauidi*, dicuntur Ephesii, quia iis acciderat calamitas, nescio quae. Croesus certe quidem Ephesi moenia obsedisse perhibetur, vt ciues in potestatem redigeret suam: vid. Herodo. 1, 26. Aelian. V. H. 3, 26.: ita, vt Diana, quae eam non defendisset, excessisse ex vrbe, et ipsis irata, videretur. Nam ἐγκαθορᾶν, quo verbo carent Lexica, est *respicere*, *opem ferre*, *tueri:* vt ap. Hebraeos פָּנוֹת, sequente particula אל: vid. Burmanus Iou. fulgerat. c. 2.: et χαίρουσα est *fauens*, *propitia:* εὐμενής fragm. 29, 7.

7. Notandum, omnes hos versus esse Glyconios, praeter tertium, atque vltimum. B. Hi sunt Pherecratii, siue dactylici trimetri acatalecti: cuiusmodi versibus odar. 30. constat.

Ἥμερος *humanus* est, quia, vt Theophrastus auctor est in libris de Plantis, ὁ ἄνθρωπος πρῶτον ἥμερον. Sunt igitur ἀνήμεροι *barbari*, atque *immites*, vel, vt Virgilii [Aen. 1, 567.] verbis vtar, *obtusa gestantes pectora*. B. *Inhumani*, *ingrati*, *impii*. Sensus est, *Ephesii tibi gratulabuntur*, *pietatem tibi*, *gratumque animum*, *probabunt*. Locus Theophrasti est hist. plantt. 1, 6. extr. p. 14. Bod., ὁ δὲ ἄνθρωπος, ἢ μόνον, ἢ μάλιστα, ἥμερον.

ΞΑ΄ ΕΙΣ ΚΟΡΗΝ *

Πῶλε Θρῃϊκίη, τί δή με,
Λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα,
Νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δὲ
Μ' οὐδὲν εἰδέναι σοφόν;
Ἴσθι τοὶ, καλῶς μὲν ἄν τοι
Τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι,
Ἡνίας δ' ἔχων στρέφοιμι
Ἀμφὶ τέρματα δρόμου.
Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι,
Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις.
Δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην
Οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

VARIETAS LECTIONIS

1. *Θρηκίη Barn.* τί δέ με *Com. male.* 2. ὄμμασί σευ βλ. *coni. Val. p.* 135. 3. Νηλέως φεύγεις; *Ald.* δοκεῖς δὲ *Lam. Salmaſ. ad Iul. Capitolin. p.* 70. *a Pariſ.* 4. Μηδὲν *Ald. Steph. Mor. Com. Vrſin. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Salmaſ. d. l. Tol. ad Longin. p.* 168. *Met.* 1. *Pau. Parm. Lam.* σοφόν γ' *Barn.* σοφόν γε *coni. Val. p.* 135. 5. Ισθε *Lam. mendoſè.* ἄν σοι *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born.* κεν ἄν *Ald.* 6. ἐμβάλλοιμι. *Ald. Tol. d. l.* 7. δὲ ἔχων *Lam.* 8. δρόμοιο *Barn Val. d. l.* Στρέφοιμ' ἀμφὶ τέρματι δρόμους *Ald.* 9. δὴ *Lam.* λειμῶνας βόσκεαι *Tol.* 11. ἱππόπειρην *Ald. male.* 12. οὐχ ἕξεις *Ald.* ἔσχεις *Gal. f.* ἴσχεις, *aut* ἔσχες· *vt odar.* 53, 28. ἐπεμβατεύειν *Barn.* ἐπεμβάτην σοι, *vel* ἐπεμβάτεια, *coni. Val. d. l.*

ANNOTATIONES

ODE LXI

* Hoc odarium ſeruauit Heraclides Ponticus Allegorr. Homerr. p. 414. Gal., ita, vt illud Anacreonti tribuerit. Verba eius ſunt haec, Καὶ μὴν ὁ Τήϊος Ἀνακρέων ἑταιρικὸν φρόνημα, καὶ σοβαρᾶς γυναικὸς ὑπερηφανίαν, ὀνειδίζων, τὸν ἐν αὐτῇ σκιρτῶντα νοῦν, ὡς ἵππον, ἠλληγόρησεν, οὕτω

ὕτω λέγων. In exemplo Stephan. Anacreontis legitur p. 57. f.: in fragmm. Vrſini p. 132.: in fragmm. lyricc. Steph. p. 146. et in Anthologia ab Aldi Manutii filiis Venet. A. C. 1550. 8. edita p. 289. b. Retinuere Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Barn. Lam. Met. 1. Pau. Bruncqu. Analectr. p. 114. To. 1. Arg. 1. 2. Deg. 1. 2. Holſt. Brig. Born. In Barn. inſcriptum eſt, πρὸς αὐθάδη παρθένον· in caeteris libris, τῦ αὐτῦ· in Anthologia Ald. Ἀνακρέοντος. Deg. 1. 2. Brig. Born. habent εἰς κόρην· ſed in Arg. 1. 2. Holſt. titulus abeſt. Caeterum Horatius in componenda oda tertia, et viceſima, libri primi, ſecundique libri oda quinta, reſpexiſſe ad hoc Anacreontis odarium exiſtimatur. vid. Tollius ad Longin. 31. p. 168., qui ibi totum odar. repetiit.

1. Πῶλος communis generis eſt. Sunt autem Thracii equi caeteris ferociores. Notandum, omnes iſtos verſus eſſe trochaicos, interſperſis ſubinde ſpondeis, et dactylis, niſi quod quartus quiſque ſit trimeter, conſtanſque duobus trochaeis, vnoque dactylo. Nequeo ſatis mirari, Cantabrigienſem criticum non vidiſſe, ἐπῳδὸν recurrere quarto quoque loco, verum, inuita ipſa Minerua, extendiſſe trimetros in tetrametros. B. Nimirum amicae, et meretrices, a poëtis conferri cum equabus ſolent, propter inſatiabilem libidinem. v. Horatius 3. od. 11, 9.: Antigon. Caryſt. hiſtt. memorabb. c. 127.: Bochartius hieroz. 1, 2. 30.: Barthius ad Claudian. p. 1049. et Trillerus Obſeruatt. critt. p. 289. ſ. Notauit hunc vſum vocabuli πῶλος Heſychius: Πῶλος· ἑταίρα· πάλυς γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον Ἀφροδίτης πώλυς, ἢ τὰς νέυς, καὶ τὰς νέας, καὶ παρθένυς. Aelianus H. AA. 4. 11. Μόνας ἀκύω τῶν ζώων τὰς ἵππυς καὶ κυύσας ὑπομένειν τὴν τῶν ἀῤῥένων μίξιν· εἶναι γὰρ λαγνιςάτας. Διὰ ταῦτά τοι καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἀκολάςυς ὑπὸ τῶν σεμνοτέρως αὐτὰς εὐθυνόντων καλεῖσθαι ἵππυς. Et quum equi Thracii perhibeantur ferociores fuiſſe reliquis; ὀξεῖς σφόδρα, καὶ δυσπειθεῖς, Strab. 7. p. 480. A Almel.: apparet, poëtam *amicum* ſuam nominare πῶλον Θρηϊκίην, quod noluerit ipſius libidini obſequi, quod aures obſtinatas habuerit. Caeterum etiam ap. Hom. Il. ύ, 222. legitur nomen πῶλοι, vt femininum.

2. Λοξὸν ὄμμασι βλέπειν eſt *limis ſpectare* Terent. Eun. 3, 5. 53. Heſychius: Λοξός· πλάγιος, ἐπικαμπής. Gloſſ. vett. Λοξὸς *Limus, obliquus, tranſuerſus.* Apud Muſaeum v. 101. eſt λοξὰ ὀπιπτεύων· quae verba ſcholiaſtes explicauit verbis ςραβὸν περιβλεπόμενος. De hoc vſu verbi βλέπειν *vultum habere* v. Spanhem. ad Ariſtoph. Nubb. 1178.

3. Heſychius: Νηλεῶς· δεινῶς, ἀναιδῶς, καὶ τὰ ὅμοια. Et verbum φεύγειν de *puella amatorem fugiente* legitur ap. Theocrit. Idyl. 11, 30.

4. Hoc eſt, *pro inſulſo me habes capitone, harumque rerum imperito.* Profeſſor appoſuit particulam γε ad finem verſiculi: quin et in ſecundo epodo de δρόμυ fecit δρόμοιο, et in tertio de ἐπεμβάτην, ἐπεμβατεύειν· quod nemo cordatus probauerit. Bene tamen factum eſt, quod ex Heraclide Μ᾽ ὐδὲν repoſuerit pro vitioſo μηδέν. B. Recte: μ᾽ ὐδὲν εἰδέναι σοφὸν eſt *me eſſe omnino ignarum, et rudem, rei Venereae.*

5. Ἴσθι τοι feſtiue dicitur pro ἴσθι σὺ, vt ſupra [31, 1.] ἄφες τοι, et habet ἦθος. Elegantiſſimam illam allegoriam imitatus eſt Horatius in carminibus. Theocritus etiam retulit ſecundum verſum in Βυκολίσκῳ [Idyl. 20, 13.] in hunc modum, Χείλεσι μυθίζοισα, καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα. B. Senſus v. 5—8., omiſſa imagine, eſt *docte vero te ſubegegerim: mihi vero crede, ſolerter te inierim.* Nam δρόμος eſt *curriculum, circus:* et τέρματα ſunt *metae.* Heſychius: Τέρμα· — καμπτήρ. vid. Hom. Il. χ΄, 162. Formula ἐμβάλλειν χαλινὺς γαμφηλῇσι proprie le-

gitur

gitur ap. Hom. Il. τ', 393. ſ. Gloſſ. vett. Ἡνίαι *Habenae*. Heſychius: Ἡνίαις· — λώροις τῶν χαλινῶν.

9. *Λειμῶνας* dictum eſt pro *κατὰ λειμῶνας*. Theocrit. Idyl. 3, 1. ſ. *ταὶ δέ μοι αἶγες Βόσκονται κατ' ὄρος.* Sed Idyl. 13, 66. ſ. *ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν Ὤρεα, καὶ δρυμώς.* Virg. Georgg. 3, 162. *paſcuntur virides armenta per herbas.* Λειμὼν vero eſt, interprete Thoma Magiſtro, *τόπος δίυγρος, ἀνθηρὰν πόαν ἔχων.* Heſychius: Λειμών· — *ἀνθηρὸς τόπος.* Gloſſ. vett. *Λειμῶνες Prata,*

10. Horat. 3. od. 11, 9. ſ. *Quae velut latis equa trima campis Ludit exultim, metuitque tangi.* nam *κῦφα* dictum eſt pro *κούφως*. Senſus v. 9. ſ. eſt, *libera es, et ferox.* Sic ap. Himer. orat. 1, 19. p. 360. legitur, *Σὺ δὲ χορεύειν κοῦφα σκιρτῶσα πρὸς μέλος.*

11. Senſus eſt, *non habes, qui te ſubigat ſtrenue, qui bene te, recteque, ineat.* Δεξιὸς ἱπποπείρης ἐπεμβάτης eſt *doctus ſeſſor.* nam *ἱπποπείρης equitandi peritus, ἱππικός,* eſt interpretamentum vocabuli *δεξιός*. Δεξιὸς autem eſt *συνετὸς, ἀγαθὸς* Heſych. Vtroque nomine *ἱπποπείρης*, et *ἐπεμβάτης*, locupletari poſſunt Lexica. Horat. 3. od. 11, 11. ſ. *Nuptiarum expers, et adhuc proteruo Cruda marito.* Caeterum de metro huius odarii vid. ipſe Baxterus ad v. 1.

ΞΒ' ΕΙΣ

ΞΒ' ΕΙΣ ΜΥΡΙΛΛΑΝ*

Θεαινῶν ἄνασσα, Κύπρι,
Ἵμερε, κράτος χθονίων,
Γάμε, βιότοιο φύλαξ,
Ὑμέας λόγοις λιγαίνω·
Ὑμέας ςίχοις κυδαίνω,
Ἵμερον, Γάμον, Παφίην.
Δέρκεο τὴν νεανιν, δέρκεο, κȣ̃ρε.
Ἔγρεο, μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα.
Στρατόκλεις, φίλος Κυθήρης,
Στρατόκλεις, ἄνερ Μυρίλλης,
Ἴδε τὴν φίλην γυναῖκα·
Κομάει, τέθηλε, λάμπει·
Ῥόδον ἀνθέων ἀνάσσει·
Ῥόδον ἐν κόραις Μυρίλλα.
Ἥλιος τὰ σέθεν δέμνια φαίνοι·
Κυπάριττος πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ.

VARIETAS LECTIONIS

1. Θεάων *Theodor. Steph. Schot. Com. Flaid. Macrop. Barn. Met. 1. Pau. Brunequ. Analectt. Holst. Brig. Born. Val. p.* 135. 5. *Macrop. omisit hunc versum.* 6. γάμον Παφίης *Steph. Com. Schot. Flaid.* 7. νεᾶνιν *Steph. Schot. Com. Flaid. Macrop. Met. 1. Pau. recte,* νέαν *Theodor.* νεῆνιν *Barn.* 9. φίλε *Theodor. sine caussa. v. schol. min. Hom. ad Il.* γ', 277. 10. φίλας Μυρ. *Bentl. d. l.* 12. τέθειλε *Schot.* κόμας τέθηλε *Theodor.* κομᾷ *coni. Golmin.* 13. Ῥοὰν ἀνθέων ἀνανεύει *Theodor,* ῥόδον ἄνθος ἀνάσσει *Golmin.* 14. εἶ 'ν *coni. Pau.* Μυρίλλη *Macrop.* 15. φαίνει *Steph. Com. Schot. Flaid. Met. 1. Macrop. Theodor.* 16. Κυπάριττος δὲ πεφ. *Barn.* πέφυκεν σῷ ἐνὶ κ. *Theodor.* κυπαρίσκος *coni. Pau.*

ANNOTATIONES

ODE LXII

* Nescio, cur Barnesius numerosam istam oden non sentiat esse Anacreontis, nisi quod displicuerint metra. B. Editum est hoc odarium,

post

post Stephanum in fragmm. poëtt. lyricc. p. 296., ab Andrea Schotto Obseruatt. humann. 2, 61. p. 120. ex anonymo quodam Graeco, h. e. e Theodoro Prodromo, qui illud Anacreonti tribuere videtur in Amaranto p. 465. Golm. Paris. A. C. 1625. 8.: sed, Bentleio, aliisque viris doctis, iudicibus, nomen auctoris latet. vid. Bentleius ep. ad Ioh. Millium p. 89. et interpp. Luciani p. 265. To. 2. Reit. Legitur in Comel. p. 148. Flaid. p. 122. Macrop. Met. 1. Pau. Holst. Brig. Born., et ap. Bruncqu. Analectt. P. 1. p. 116.: sed hic cum nonnullis aliis omisit titulum.

1. In editionibus, et θεάων est, et θεάνων. Nos fecimus θεάινῶν, licet inuito erudito Professore, qui admodum rarenter probat nostra. Certe τὸ α in θεάων vix possit corripi. B. Venus vocatur θεαινῶν ἄνασσα eo sensu, quo Cupido odar. 58, 4. dictus est θεῶν δυνάστης. Hesiod. Θεογ. 199. ait, Venerem vocari a diis, et hominibus, Κυπρογένειαν, h. e. Κύπριν, ὅτι γένετο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ. add. Phurnutus N. DD. c. 24. p. 198. Gal. Ab Aristophane Lysistr. 551. vocatur Κυπριγένει' Ἀφροδίτη v. 556. Παφία Ἀφροδίτη v. 833. s. πότνια, Κύπρε, καὶ Κυθήρων, καὶ Πάφε, μεδέουσα.

2. Nos non moramur tempora communium vocalium ᾱ, ῑ, ῡ. Sibi placeat igitur Barnesius in arte metrica. Trochaeus locum obsidet secundum in tertio versu. B.

Ἵμερος Veneris alter filius est, *Quam Iocus circumuolat, et Cupido*; quod Horatius [1. od. 2, 34.] ex Hesiodi versu [Θεογ. 201.] expressisse videtur, Τῇ δ' Ἔρος ὡμάρτησε, καὶ Ἵμερος ἕσπετο καλός. B. Conf. Matius Opinionn. 3, 2. p. 384. Ἵμερος, de quo vid. ad odar. 51, 25., etiam ab Aristoph. Lysistr. 552. Cupidini, et Veneri, comes datur. Κράτος est *dominus*, δυνάστης. vid. Gesnerus ad Lucian. Philopatr. 29. p. 618. To. 3. Et Iocus dicitur κράτος χθονίων ita, vt odar. 58, 5. Cupido dictus est βροτοὺς δαμάζειν.

3. Γάμος est *Hymenaeus*, deus nuptiarum. Vocatur βιότοιο φύλαξ, quia hominum genus tuetur, atque impedit, ne intereat.

4. Λόγοι sunt *carmina*, vt fragm. 1, 33., et v. 5. στίχοι et quum λιγαίνειν sit *canere*, et κυδαίνειν *celebrare*, *laudare*, ἐγκωμιάζειν Hesych: apertum est, Ὑμίας λόγοις λιγαίνω, Ὑμέας στίχοις κυδαίνω, idem esse, quod ὑμέας λιγαίνω vt odar. 39, 2. s. Τότε μεν ἦτορ ἰανθὲν Λιγαίνειν ἄρχεται Μούσας.

6. Pro Παφίης reponendum esse duximus Παφίην, vt esset ἐπανόδου quaedam species: nec improbat Professor. B. Nam animum poëtae facile apparet fuisse tum vehementer commotum. Venus vocatur Παφίη a Papho, Cypri opido, ab cuius ciuibus religiosissime colebatur. v. Meursius Cypr. 1, 15. et ad odar. 29, 36.

7. Barnesius de νεᾶνιν Ionice fecit νεῆνιν, neque ferre potest nostrum νεανὶν, quod turbet sua metra. Nollet enim quatuor epoda esse elegiaca brachycatalectica, quod ego affirmaueram. Miserabiliter dixit Anacreon, Δέρκεο τὴν νεανὶν, δέρκεο, κοῦρε. Nam credibile est, Myrillam neglectam fuisse a Stratocle amato suo. Neque enim ἐπιθαλάμιος ὕμνος est, quod voluit Professor noster. B. Δέρκεσθαι idem est, quod ὁρᾷν, βλέπειν Hesych.: Porphyr. A. AA. 3, 8. p. 110. Cantabrig. τίς μὲν γὰρ ἀνθρώπων τοσοῦτον βλέπει —, ὅσον ὁ δράκων; ὅθεν καὶ τὸ βλέπειν δρακεῖν λέγουσιν οἱ ποιηταί et ἀκμάζουσα νεᾶνις laudatur a Polluce 2, 18.

8. Hoc

8. Hoc est, *mature surge*, atque ocyus accingere perdicis huius aucupio, *Dum ros in tenera pecori gratissimus herba est* [Virgil. ecl. 8, 15.]: siquidem illud tempus capiendis perdicibus aptissimum habetur. Zelotypiam Stratocli incutere conatur. Myrilla enim non erat adeo informis, quin posset, vti perdix, cito auolare. Sunt autem perdices, autore Artemidoro [Onirocrit. 2, 51.], δυσιθάσσευτοι, καὶ ποικίλοι, hoc est, *domitu difficiles*, *atque vafrae*, et proinde in somniis γυναῖκας ἀθέους, καὶ ἀσεβεῖς, significare prodit. B. Hesychius: Ἔγρεο· ἀνίστασο· ex Hom. Il. κ', 159.: et verba μή σε φύγῃ πέρδικος ἄγρα verti possunt, omissa imagine, *vt puellam capias*. nam puella πέρδιξ vocatur, et ob calliditatem, et propter libidinem. vid Aristoteles, aliique, ap. Athen. 9, 10. p. 389.: Aelian. H. AA. 3, 5. 16. 4, 1. 16.: Antigon. Caryst. histt. memorabb. c. 45.: Bochartius hieroz. 2, 1. 13. p. 89. s. To. 2.

10. Vrbane dicit Stratoclem *virum* Myrillae, quo extorqueat illi amorem. Quin φίλος ille sit Κυθήρης, quem talis puella deperibat? Barnesius dum putat, me non vidisse, ipse nihil videt. B. *II. cf. Rit. ad Ho. 1, 25, 17.*

12. Τὸ δὲ κομάσαι, inquit antiquus Theocriti interpres [ad Idyl. 1, 133.], λέγεται, ὃ μόνον ἐπὶ τριχῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ φυτῶν. B. Κομάει, τέθηλε, *matura viro est*, ὡραία γάμου· λάμπει *egregie venusta est*. Hesychius: Τέθηλε· θάλλει, ἀνθεῖ. Aelian. V. H. 12, 1. p. 723. Gron. καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ τῆς ὥρης αὐτῇ πρὸς τὸν ἐραστὴν ἐξέλαμψεν.

13. 14. Sensus est, *rosa est flos omnium pulcherrimus: et Myrilla est puella omnium pulcherrima.* Suidas: Ἀνθέων τὴν γενικὴν ὁμοίως τοῖς Ἴωσιν οἱ Ἀττικοί. Tho. Magister: Ἀνθέων, οὐκ ἀνθῶν.

15. Posui φαίνοι pro φαίνει, quo conueniret cum πεφύκοι sequenti versu. B. Hesychius: Δέμνια· στρώματα, κοῖται. vid. Eurip. Alcest. 181. 1059. Theocrit. Idyl. 6, 33. Sensus est, *Cubes in lecto vsque ad ortum solis.* Nam poëta pulchritudine Myrillae insigni commotus orationem ad eam ipsam conuertit, et optat, vt Stratocles, vel alius quis, cum ea rem habeat per totam noctem vsque ad ortum solis. Sic certe necesse non est, vt pro ἐν κόραις reponatur εἶ' ν, quae erat Paui opinio.

16. Hoc est, *eximia*, *qualis ipsa est*, *nascatur tibi ex illa proles.* Credibile est, Myrillam ea fuisse forma, qua et apud Theocritum [Idyl. 18, 28. ss.] Helena: Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν, Πιείρη, μεγάλη, ἅτ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρᾳ, Ἢ κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θέσσαλος ἵππος. Theologiae Baccalaureus putat, κυπάριττον dici Anacreonti *hastam virilem*, et κῆπον *genitale Myrillae aruum*, queriturque, Fabri filiam versum istum accepisse minus recte de longaeuitate. Putasne, intellecturam istas impuritates, quae non sit ipsa μανιόκηπος ἑταίρη? Quis, praeter Professorem Graecum, in animum induceret, liberali ingenio virum Copriam egisse in pudica materia? B. Ego tamen et ipse assentior Barnesio. Κῆπος Myrillae est *pars eius pudibunda*: *natura* [Plin. H. N. 22, 15. et ibi Harduinus]: vt ap. Laërt. 2, 116. Πόθεν δὲ τοῦτ' ᾔδει Στίλπων; ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; vbi v. Menagius. Hesychius: Κῆπος· — τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν. Suidas v. μυσάχνη· — Ἀνακρέων δὲ — μανιόκηπον [fragm. 82, 2. vbi v.]. Κῆπος γὰρ τὸ μόριον. Neque Latini aliter vtuntur nomine *hortus*, vt Priapei. 5, 3. s. p. 63. Lindenb.: et Hebraei nomine גן. v. Schultensius ad Iob. 24, 24. p. 688.: Victorius Lectt. varr. 25, 10.: Leopardius emendatt.

datt. 7, 6.: Ritterſhuſius ad Oppian. Ἁλιευτ. 4, 26.: Valquenar. ad Theocrit. p. 281.: et Golminius ad Theodor. p. 571. ſ. Πεφύκοι eſt *naſcatur*, *ſit*. Et per κυπάριττον intellegitur *radius virilis*: quem poëta debuit ſignificare vocabulo ſtirpis, quae quodammodo ſpeciem eius referret, et quod eſſet accommodatum nomini κῆπος. Quam ipſam ob cauſſam κυπαρίσκος deminutiuum nomen eſt, a nomine κύπαρος ductum, de cuius vi vid. Heſychius h. v.: quod verbum Pauus reponendum pro κυπάριττος cenſebat, ferri nullo modo poteſt. Conf. Albertius ad Heſych. p. 303. To 2. Senſus eſt, vt antea demonſtrauimus, *Stratocles, aliuſue aliquis, rem habeat tecum, depſat te, per totam noctem vſque ad ortum ſolis*. Caeterum verſus odarii non vnius, ſed varii, generis ſunt, ita, vt auctor eius numeraſſe potius ſyllabas, quam leges artis ſequi voluiſſe, videatur.

ΞΓ΄ FRAGMENTVM EX HEPHAESTIONE *

Ἀπό μοι θανεῖν γένοιτο·
Οὐ γὰρ ἂν ἄλλη
Λύσις ἐκ πόνων γένοιτο
Οὐχ ἅμα τῶνδε.

VARIETAS LECTIONIS

* *Enchir. p.* 40. *Pau. In exemplo Stephan. Anacreontis extat p.* 58.: *in fragmm. lyricc. Steph. p.* 146.: *in fragmm. Vrsini p.* 135.: *sed pro* γένοιτο *ibi legitur, vt ap. Hephaestionem,* γένοιτ᾽, *bis, et* οὐδ᾽ ἅμα *pro* Οὐχ ἅμα, *cum titulo* τοῦ αὐτοῦ. *Sic etiam edidere Mor. Com. Lub. Flaid. Macrop. Parm. Lam. Pro* οὐχ ἅμα *Barn. Pau. Met.* 1. οὐδαμά· *Lam.* οὐδὲ ἅμα. *Bruncqu. Analect. p.* 115. *P.* 1. *Arg.* 1. 2. *Holst. Deg.* 1. *Brig. Born. et Tupius opusc. critt. p.* 235. *To.* 2. *Lips.* γένοιτ᾽ — γένοιτ᾽ οὐδαμά. *Hoc ipsum odarium extat, Barnesio auctore, in Arsenii sylloga* ἀποφθεγμάτων, *et in Scaligeri Hypercritico.*

ANNOTATIONES

ODE LXIII

4. Ita prorsus reponendum pro οὐδ᾽ ἅμα. Professor Οὐδαμά. B. Mihi vero οὐδαμά [Theocrit. Idyl. 10, 8.], h. e. οὐδαμῶς, vera lectio videtur, ita, vt nota incisi post verbum γένοιτο tollatur. Caeterum Bruncquius, Tupii admonitu, versus illos quatuor coniecit in duo, Ἀπό μοι — ἄλλη Λύσις — τῶνδε, qui essent galliambi trimetri.

ΞΔ' ALIVD EX ATHENAEO *

Φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον, ὦ παῖ,
Φέρε δ' ἀνθεμεῦντας ἡμῖν
Στεφάνυς· ἔνεικον, ὡς μὴ
Πρὸς Ἔρωτα πυκταλεύω.

VARIETAS LECTIONIS

* 11, 4. *in ea particula, quam edidit Caſaubonus e cod. Hoeſchelii, et Ioh. Leuinii, animaduerſſ. p.* 781. *Repetitum eſt hoc odarium in Met.* 1. *Pau. Analectt. Bruncqu. p.* 115. *P.* 1. *Arg.* 1. 2. *Holſt. Brig. Born.* 1. *Hic verſiculus laudatur a Pſeudodemetrio Phalereo* περὶ ἑρμ. *ſ.* 5.: *vt v.* 3. *ſ. ab Euſtathio ad Il.* ψ' *p.* 1322. 53. *Rom.: ſed legitur ibi,* Ὡς μὴ πρὸς τὸν Ἔρωτα πυκταλίζω. 4. πυκταλίζω *Athen. Barn. Met.* 1. *Pau. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *Deg.* 1. *Holſt. Brig. Born.*

ANNOTATIONES

ODE LXIIII

1. Gloſſ. vett. Φέρε *Affer.* eleganter. Horat. epod. 9, 33. *Capaciores affer huc, puer, ſcyphos.* Fuit enim haec vox apud Graecos iſto in genere propria. Plato Sympoſ. 31. Φέρε, παῖ, — τὸν ψυκτῆρα ἐκεῖνον. Ariſtoph. Plut. 644. Ταχέως, ταχέως φέρ' οἶνον, ὦ δέσποιν'. Matth. 14, 18. Φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε. Caeterum Athenaeus d. l. huius quoque odarii auctoritate docere inſtituit, infuſam eſſe in pocula primo aquam, deinde vinum. Conf. odar. 57, 3. ſ.

2. Ἀνθεμεῦντες ςέφανοι ſunt *ſerta florea* [Martial. 8. epigr. 77, 4.]: *florea corona* [Plaut. Menaechmm. 4, 2. 68.]. Πλοκαὶ ἀνθῶν dixit Iuſtinus M. Apol. 1, 9., et ἄνθινα ςέμματα Himerius orat. 3, 13. p. 446. Vernſd. vid. ad odar. 42, 5. Ἔνεικον, h. e. ἔνεγκον· vt ἐνείκατε ap. Homer. Odyſ. θ', 393.: et ἐνείκαι ap. Theocrit. Idyl. 1, 134.

4. Alias πυκταλίζω. Voluit demergi amorem ſuum vino. Bacchum armare ſtudet in Cupidinem. B. Senſus eſt, *vt amem, vt amori obſequar, et indulgeam.* Πυκταλίζω a Baxtero non debebat mutari in πυκταλεύω, quum etiam Euſtathius ita legerit: et Etymologici M. auctor formam verbi πυκταλίζω Anacreonti tribuiſſe videatur in v. ἐντροπαλιζόμενος, vt Euſtathius, qui illud verbo πυκτεύω interpretatus eſt. Verba

Verba Etymologi ſunt haec, οἷον πύκτης, πυκτίζω, πυκταλίζω, Ἀνακρέων· καὶ Σώφρων φησὶν, ἀπὸ τοῦ πυκτεύω, πυκταλεύω. Nam ſic verba grammatici interpungenda arbitror cum Sylburgio. Vulgo legitur, πυκταλίζω. Ἀνακρέων, καὶ Σώφρων, φησίν. — Etiam Salmaſius in de helleniſt. p. 68. et in de modo vſurr. p. 714. ex hoc loco laudauit πυκταλίζω· atque Valquenarius ad Eurip. Hippol. 230. hanc verbi formam confirmavit pluribus aliis eiuſdem formae verbis. Eſt autem πυκταλίζειν, vt πυκτεύειν, proprie *pugillari*, deinde omnino *pugnare*, *dimicare*, μάχεσθαι. Metrum odarii eſt iambicum dimetrum catalecticum. Caeterum Barneſius hoc odarium poſuit poſt epigr. 20. Anacreontis, quum tamen v. 3. ſ. retuliſſet inter reliquias eius n. 99. ſic, Ὡς μὴ πρὸς τὸν Ἔρωτα [Ἄκραντα] πυκταλεύω.

ΞΕ΄ ΕΙΣ

ΞΕʹ ΕΙΣ ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΑ*

Ἀνακρέων ἰδών με,
Ὁ Τήϊος μελωδὸς,
Ὄναρ πρός οἱ κάλεσσε·
Κἀγὼ δραμὼν πρὸς αὐτὸν,
Περιπλάκην φιλήσας.
Γέρων μὲν ἦν, καλὸς δὲ,
Καλός τε, καὶ γανύφρων.
Τὸ χεῖλος ὦζεν οἴνου·
Τρέμοντα δ' αὐτὸν ἤδη
Ἔρως ἐχειραγώγει.
Ὁ δ' ἐξελὼν καρήνου
Ἐμοὶ στέφος δίδωσι·
Τὸ δ' ὦζ' Ἀνακρέοντος.
Ἐγὼ δ' ἄβουλος εὐθὺς
Ἐδησάμην μετώπῳ.
Καὶ δῆθεν ἄχρι καὶ νῦν
Ἔρωτος οὐ πέπαυμαι.

VARIETAS LECTIONIS.

* *In cod. Vatic. p. 676. hoc odarium eſt omnium primum, ſine vllo titulo.* Παλαιοῦ τινος ποιητοῦ εἰς τὸν Ἀνακρέοντα ᾠδὴ *Fab. Macrop.* Ἄδηλον εἰς τὸν Ἀνακρέοντα *Comel. p. 139. Lam.* Περὶ Ἀνακρέοντος *Barn.* Βασιλίου *Arg. 1. 2. Deg. 2. Holſt. Brig. Born. Editum eſt primum a Caſaubono animaduerſſ. ad Athen. 15, 4. p. 952. ſ. vid. Paſchalius in de coronis 2, 2. p. 67. Caſaubonus ipſe vocat oden Anacreonticam poëtae veteris, ſed cuius, ſcire ſe negat.* 2. μελωιδὸς *cod. Vatic.* 3. Ὄναρ λέγων προσεῖπεν *Caſaub. Com. Fab. Macrop. Barn. Met. 1. Lam. Val. p. 136.* ὄναρ λέγων προσεῖπε *Arg. 1. 2. Deg. 2. Holſt. Brig. Born. Val. p. 136.* ὄναρ λέγων προσεῖπεν *cod. Vat.* 7. Καλός γε καὶ φίλευνος *Caſaub. Fab. Macrop. Met. 1.* καλός τε καὶ φίλευνος *Barn. Arg. 1. 2. Holſt. Deg. 2. Brig. Born. Val. p. 136.* καλὸς δὲ καὶ φίλ. *cod. Vatic. Com. Lam.* 14. ἐγὼ δ' ὁ μωρὸς ἄρας *cod. Vatic. Caſaub. Com. Paſchal. d. l. Fab. Macrop. Barn. Met. 1. Lam. Arg. 1. 2. Holſt. Deg. 2. Brig. Born. veriſſime.* 15. μετώπῳ *cod. Vatic.*

ANNO

ANNOTATIONES
ODE LXV

1. Si non fuiſſet per tres verſus, pene iuraſſem, hanc oden fuiſſe ab ipſo Anacreonte conſcriptam. Hercules! quam fluens eſt, atque numeroſa. Sunt tamen in ea naeui iam nobis tollendi. Debacchatur iam Profeſſor Graecus, et de cathedra ſua fidenter pronunciat, Baxterum iacturam iudicii ſui feciſſe, cum tanto munere mactet Stephanum; quem tamen omnes nouerunt, et doctum virum, et poëtam Graecum elegantem. *At Caſaubonus*, inquit ille, *fuit longe ſagacior Baxtero*, imo atque ipſo Barneſio, inquam ego. Quid inde? *Venit in manus meas*, inquit Caſaubonus, *ode quaedam Anacreontica poëtae veteris, neſcio cuius*; neque adhuc Stephanus vulgauerat hanc oden, vt ait Barneſius. Certe ſenem nouimus fuiſſe Stephanum, cum Caſaubonus commentatus eſt in Athenaeum. Quin poſſet igitur Anacreontica iſta ode de Stephani opificina veniſſe in manus Caſauboni? At poëtae veteris cenſuit hanc Baxtero ſagacior Caſaubonus: parum abfuit, quin et Baxterus eam habuerit pro Anacreontis ipſius. B.

2. Μελῳδὸς eſt *vates lyricus:* ab Ouidio Triſt. 2, 364. dicitur *lyricus ſenex:* nam μέλη ſunt *carmina lyrica.* A Luciano Macrobb. p. 475. To. 2. Graeu. vocatur ὁ τῶν μελῶν ποιητής· et ab eodem Luciano ibid. p. 468. non minus, quam a Strabone 14. p. 644., et Athen. 10, 13. p. 446. F, μελοποιός· et fragm. 1, 13. ὁ ἀοίδιμος μελιστής. vid. quae ad indicem horum odariorum a nobis dicta ſunt.

3. Pro Ὄναρ λέγων προσεῖπε, credo autorem voluiſſe λέγω, repoſui Ὄναρ πρός σε καλέσσε, quod, et clarius, et concinnius, videretur ita poſſe concipi. Audi tu clamantem Profeſſorem: *Non ſunt, Baxtere: tu naeuos facis; tres illos verſus tu primus violaſti, vt contra te mox probabo.* Dii boni, quae rixae de lana caprina! Equidem conſtanter affirmo contra: in iſto verſu, Ὄναρ λέγων προσεῖπε, neque ſubeſſe ſententiam loco ſuo idoneam, neque conſtare σύνταξιν Graecam. Verborum enim ſententia eſt, non quod Barneſius oſtendit, *In ſomnio, dicens quid, eſt allocutus:* verum, *Somnium narrans alloquebatur*; quae huius loci non ſunt. In συντάξει etiam quis ſanus probet, vel ὄναρ προσεῖπε pro *in ſomno allocutus eſt*, cum ſit *ſomnium alloquebatur*; vel etiam participium λέγων poni ἀμεταβάτως? Longe ſimplicius foret, pro λέγων reponere λέγω, quo ſit ὄναρ λέγω prolatum διὰ μέσω, quaſi poëta dicat, *Somnium meum tibi narro.* Sed et hoc nimis dure infertum. B. Baxterus vero nec hoc loco debebat mutare vulgatam ſcripturam, ὄναρ λέγων προσεῖπεν. Nam ὄναρ dictum eſt pro κατ᾽ ὄναρ· vid. odar. 44, 1.: et cohaeret cum verbis ἰδών με. Λέγων verbo προσεῖπεν *appellauit* iunctum redundat: et pronomen με pertinet etiam ad verbum προσεῖπεν.

5. Περιπλέκεσθαι eſt *amplecti*, *complecti:* et iungitur verbo φιλεῖν· vt Luc. 15, 20. ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὸν τράχηλον, et καταφιλεῖν· ap. Aelian. V. H. 9, 26. φιλεῖν, et περιβάλλειν· et 13, 4. περιλαβεῖν, et καταφιλεῖν· apud Homer. Odyſſ. ω, 235. κύσσαι, et περιφῦναι.

7. Pro φίλευνος reſcripſi γανύφρων. Neque quiſquam mihi vitio vertat, vocem γανύφρων a me confictam ad analogiam vocum eiuſdem formae. Ad haec cathedrarius criticus, *Baxter et hic temere in poëtam inuolat in nouis fingendis vocabulis non tam felix, quam audax.* Atqui, mi Barneſi, equidem exſpectabam a te μεγάλας χάριτας, cui Anacreon pro ſobrio erat, caſto, et pudico. Nollem certe in ἐγκωμιαστικῷ quicquam vitioſi characteris. Vnde vero videor tibi infelix in confictione

vocis

vocis *γανύφρων*? Certe tu quidem commoto cerebro es, Anticyramque ablegandus. B. *Φίλευνος* est *saucius amore*, *libidinosus*, *ὁ φιλῶν τὸ συνκοιάζειν*· quibus verbis nomen eiusdem generis *φιλοίφας* explicauit schol. Theocriti ad Idyl. 4, 62. Nam audacia ista Baxteri probari nullo modo potest, qua ablatus reposuit *γανύφρων*, contra omnes critices seuerae leges. Nonne vero Anacreon etiam ab auctore carminis, quod est quartum decimum in iis epigrammatis, quae alii poëtae in eum composuerunt, Τήϊος *ἀμφοτέρων ἀκόρεστος ἐρώτων πρέσβυς* vocatur?

8. *Ὦζεν οἴνα redolebat vinum*: vt v. 13. et odar. 9, 3. 5. Vid. Trillerus Obseruatt. critt. p. 78. f.

10. Hesychius: *Χειραγωγῶ· τῇ χειρὶ ἄγω*. Legitur sic Act. 9, 8.: et nomen *χειραγωγὸς* ibid. 13, 11.

14. Pro *ἐγὼ δ' ὁ μωρὸς ἄρας* supposui *Ἐγὼ δ' ἄβρολος εὐθὺς*, quod magis liberale, atque Anacreonticum, videretur. Satis enim certus sum, delicatulum Anacreontem nunquam fuisse vili voce *μωρὸς* vsurum, neque de se ipso, neque de quoquam alio. *Baxter*, ait Professor ingenuus, *solita audacia elatus, et hanc optimam lectionem mutat, χρύσεια χαλκείων. Quaenam peruersi rabies tam stulta cerebri, Dum mala formides, nec bona posse pati?* Ostendunt igitur isti tres naeui, neotericum esse carmen hanc oden; coniecerim etiam ipsius Stephani. B. Ac quum hoc odarium iam in cod. Vaticano legatur: vanitas istius coniecturae Baxteri per se patet. Et introducta hac consuetudine mutandi omnia, et mouendi loco, in scriptis veterum pro arbitrio: quid tandem ibi tutum erit a licentia, et libidine, manuum posteritatis? Quis vero credat, nomen *μωρὸς* leuius esse vocabulum, atque illiberalius, et vilius, nomine *ἄβρολος*, pro quo odar. 14, 3. f. verba *ἔχων νόημα ἄβρολον* posita extant? Et nonne, aduerbio *εὐθὺς* in locum participii *ἄρας* substituto, ipsa sententiae forma mutatur? Sed *ἔρωτος ἐ πέπαυμαι amare non desino* dictum est, vt ap. Hom. Il. γ', 150. *πολέμοιο πεπαυμένοι bellare desistentes.* nam perf. pass. vim perf. medii habet. *Ἐδησάμην* est *accommodaui*, *imposui*, *ipse*. *Ἄχρι νῦν* dictum est, vt *ἄχρι τοῦ νῦν* Phill. 1, 5.: et *δῆθεν* recte explicari potest sic, vt sit *inde ab eo tempore*, *ab eo temporis puncto*. Hesychius: *Δῆθεν — ἐντεῦθεν*.

ΞΣΤ'

ΞΣΤ' ΣΚΟΛΙΟΝ ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ *

Ἡδυμελὴς Ἀνακρέων·
Ἡδυμελὴς δὲ Σαπφώ·
Πινδαρικὸν τόδε μοι μέλος
Συγκεράσας τις ἐγχέοι·
Τὰ τρία ταῦτά μοι δοκεῖ,
Καὶ Διόνυσος εἰσελθὼν,
Καὶ Παφίη λιπαρόχροος,
Καὶ αὐτὸς Ἔρως, κἂν ἐκπιεῖν.

VARIETAS LECTIONIS

Cod. Vatic. in margine habet ἄλλο. 2. Σαπφῶ *cod. Vatic.* 3. τόδε μοι *cod. Vatic.*, 7. $^{\lambda\iota}_{\pi}$αρόχροος. *cod. Vat.: marg.* λιπαρόχροος 8. κἂν ἐπίειν *cod. Vatic.*

ANNOTATIONES LXVI

* Hoc scolion seruauit cod. Vatic. p. 681.: in quo est odarium ordine vicesimum. Auctorem eius esse, non ipsum Anacreontem, sed poëtam alium quemuis, qui in eo pangendo, non leges metricas sequutus sit, immo auribus audientium vtcunque satis facere studuerit, res ipsa loquitur. Sententia autem continetur odario haec. Iubet conuiuarum aliquis cantari sibi ab alio quodam conuiua carmen aliquod Anacreontis, et Sapphus, et Pindari: quippe quae carmina ab vinosis, et libidinosis, conuiuis libentissime, auidissimeque, audiantur.

1. Intell. ἐστὶν, vt v. 2. Anacreon autem, vt Sappho, vocatur ἡδυμελὴς, quia carmina eius suauia sunt, audituque iucunda: vt Sappho ἀδύφωνος fragm. 119. Sic hirundo fragm. 57. propter suauitatem cantus, quo ver praenunciat, appellatur ἡδυμελής.

4. Ἐγχέειν μέλος eleganter dicitur *carmen canere*, vt fragm. 1, 32. s. προπίνειν φιάλην λόγων· sed qui carmen, quod canitur, auribus auidissimis, et libentissimis, accipit, is v. 8. illud ἐκπιεῖν aeque eleganter dicitur. Συγκεράσας additum est, quia homo cani sibi vult carmen aliquod Pindari, et Sapphus, et Anacreontis: quo v. 5. pertinent verba τὰ τρία ταῦτα.

6. Eleganter tribuitur *Baccho*, et *Veneri*, *et Cupidini*, h. e. *vino*, et *amori*, id, quod tribui debebat ipsis conuiuis vino plenis, et amore sauciis. Sic Bacchus dicitur ἐσελθεῖν, et ἐς φρένας ἐσελθεῖν, odar. 26, 1. 27, 3. s. Venus vocatur λιπαρόχροος, quo vocabulo caret thesaurus Stephanianus, propter pulchritudinem eximiam, vt ῥοδόχρους odar. 53, 22. Hesychius, et ex eo Phauorinus: Λιπαρόν· καλόν. Κἂν autem est *vel*, *adeo*, καὶ δή. vid. odar. 7, 8.

ΘΕΟ

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΕΙΟΝ

ΕΙΣ ΝΕΚΡΟΝ ΑΔΩΝΙΝ *

Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη
Ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη,
Στυγνὰν ἔχοντα χαίταν,
Ὠχράν τε τὰν παρειὰν,
Ἄγειν τὸν ὗν πρὸς αὐτὴν
Ἔταξε τὼς Ἔρωτας.
Οἱ δ' εὐθέως ποτανοὶ
Πᾶσαν δραμόντες ὕλαν,
Στυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον,
Δῆσάν τε, κἀπέδησαν.
Χὼ μὲν βρόχῳ καθάψας
Ἔσυρεν αἰχμάλωτον·
Ὁ δ' ἐξόπισθ' ἐλαύνων,
Ἔτυπτε τοῖσι τόξοις·
Ὁ θὴρ δ' ἔβαινε δειλῶς·
Φοβεῖτο γὰρ Κυθήρην.
Τῷ δ' εἶπεν Ἀφροδίτα·
Πάντων κάκιστε θηρῶν,
Σὺ τόνδε μηρὸν ἴψω;
Σύ μȣ τὸν ἄνδρ' ἔτυψας;
Ὁ θὴρ δ' ἔλεξεν ὧδε·
Ὄμνυμί σοι, Κυθήρη,
Αὐτήν σε, καὶ τὸν ἄνδρα,
Καὶ ταῦτά μȣ τὰ δεσμὰ,

Καὶ

Καὶ τώσδε τὼς κυναγὼς,
Τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σευ
Οὐκ ἤθελον πατάξαι·
Ἀλλ' ὡς ἄγαλμ' ἐσεῖδον,
Καὶ μὴ φέρων τὸ καῦμα,
Γυμνὸν, τὸν εἶχε, μηρὸν
Ἐμαινόμην φιλᾶσαι,
Καί μευ κατεκσίναζε.
Τέτες λαβᾶσα, Κύπρι,
Τέτες κόλαζε, τέμνε.
Τί γὰρ φέρω περισσὲς
Ἐρωτικὲς ὀδόντας;
Εἰ δ' ἐχί σοι τάδ' ἀρκεῖ,
Καὶ ταῦτ' ἐμε τὰ χείλη.
Τὸν δ' ἠλέησε Κύπρις,
Εἶπέν τε τοῖς Ἔρωσι,
Τὰ δεσμά οἱ 'πιλῦσαι.
Ἐκ τῶδ' ἐπηκολέθει,
Καὶ ὕλαν ἐκ ἔβαινε,
Καὶ τῷ πυρὶ προσελθὼν
Ἔκαιε τὲς Ἔρωτας.

VARIETAS LECTIONIS

* Θεοκρίτε Εἰδύλλιον εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν· ἄλλοι δὲ ἄλλε τινὸς εἶναι οἴονται, *Steph. fragmm. lyriec. p. 270. f. Comel. p. 140. et Lam.* Θεοκρίτε, ἢ τινος ἄλλε, εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν *Steph. Chrestom. p. 172.* Τε Θεοκρίτε εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν Εἰδύλλιον *Fab.* Θεοκρίτε εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν *Barn. aliique. Auxit hoc carmine Analecta poëtarum vett. Graecc. Brunequ. P. 1. p. 347. ff., itemque editionem Anacr. Arg. 1. 2.: quod eius exemplum sequuti sunt Deg. Holst. Brig. Born. Ioerd. Species Adonidis ab apro interemti expressa in gemma exhibetur a Begero thes. Brandeb. p. 202. To. 1. Latine autem hoc idyllium vertit Camerarius ad Aphthon. p. 61. f. p. 180. ff.* 3. χαίτην *Barn.* 4. τὴν *Steph. Com. Fab. Lam.* τὴν παρειὴν *Barn.* 5. αὐτὴν *Steph.* αὐτὰν *Brunequ. et rell.* 6. τὲς *Steph. Com. Barn. Lam.* 7. ποτηνοὶ *Barn.* 8. ὕλην *Barn.* 11. χῶ *Chrestom. Steph. Brunequ. et caeteri.* 16. Κυθήραν *Brunequ.*

et caeteri. 17. Ἀφροδίτη *Barn.* 20. μεῦ *Barn. Arg.* 1. 2. *et rell.* 22. Κυθήρα *Bruncqu. et rell.* 23. αὐτάν *Bruncqu. et rell.* 24. μευ *Barn. Bruncqu.* ταῦτ᾽ ἐμεῦ *Arg.* 1. 2. *et rell.* 25. τώσδε τὼς Κυνηγὼς *Barn.* 27. πατάξαι, Ἀλλ᾽, ὡς ἄγαλμ᾽, ἐσεῖδον *coni. Doruil. ad Charit. p.* 12. *Amstel.* 31. ἐμμαινόμην φιλῆσαι *Barn.* ἐμαινόμαν *Arg.* 1. 2. *et rell.* 32. κατεσίναζε *Steph. Com. Fab. Lam.* κατεκσίναζε *est e coni. Scaligeri.* κ᾽ αἴ μευ κατεσυγνάζευ *Bruncqu. Analectt. e coni. Reisqu.* καί μευ ἔσινε κραντήρ· *Arg.* 1. 2. *et rell. e coni. Bern. Martinii varr. lectt.* 4, 16. *p.* 236.: *qui putauat etiam legi posse,* καί μευ κρατὴρ ἔσινε. καί μευ σίναζε κραντὴρ *coni. Val. p.* 136. *v. Hesychius v.* κραντῆρες. 33. λαβοῖσα *Arg.* 1. 2. *et rell.* λαβοῖσα τέμνε, Τήτας κόλαζε, Κύπρι, *Bruncqu. Analectt.* τέμνε, *Arg.* 1. 2. *et rell.* 35. περισσῶς; *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *et rell.: qui hunc versum vncinis inclusere.* 36. ἐρωτικὼς *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *et rell.* 37. Αἰ *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *et rell.* 38. ταῦτ᾽ ἐμεῦ *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *et rell.: qui etiam post hunc versum inseruere cum Valquen. e cod. Vatic. istum,* Τί γὰρ φιλεῖν ἐτόλμων; ἐμεῦ τὰ χείλεα *Barn.* 39. ἐλέησε *Baxt. vitiose.* 42. ἐκ τῶδ᾽ *Barn.* 43. καί ῥ ὕλαν *Bruncqu. Analectt.: qui in notis scrib. coni.* κῆς. *nam* σύλαν *habet cod. Vatic.* κᾠς *Arg.* 1. 2. *et rell. e coni. Valquen.* ἔβαινεν *Steph. Com. Lam.* ὕλην δ᾽ ἔτ᾽ ἐκ ἔβαινε *Barn.* 44. καί τε *Chrestom. Steph. et Martin. d. l. p.* 237. καὶ δὴ *Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *et rell. e coni. Bruncquii.* 45. τὼς *Fab. Reisqu. Bruncqu. Analectt. Arg.* 1. 2. *et rell. e cod. Vatic. et ex. Ald.* ὀδόντας *coni. Fab., prob. Macrop. ad Bion. p.* 377. *Sueb.*

ANNOTATIONES

1. De Adonide, eiusque cultu religioso, scribere instituit Maurerus, Erlangae A. C. 1782. Hunc eius casum, quem cecinit auctor carminis, attigerunt Lactantius 1, 17. 9. et Theophilus ad Autolyc. 1, 14. p. 40.

4. Ionicus Professor etiam Theocritum spoliauit suo Dorismo. B.

7. Hesychius: Ποτανόν· πτηνὸν, πετεινόν.

12. Σύρειν est verbum hoc in genere proprium. vid. Act. 8, 3. 17, 6.

15. Ὁ θὴρ est *aper:* vt ap. Polyaen. 1, 3. 2.

19. Hesychius: Ἴψαο· κατέβλαψας, ἔφθειρας· quae glossa sumta est ex Hom. Il. α΄, 454. π΄, 237.

20. Ὁ ἀνὴρ est *amator:* vt *vir* ap. Terent. Andr. 3, 1. 2. coll. Hecyra 1, 1. 2.

28. Ἄγαλ-

28. Ἄγαλμα eſt *ſimulacrum*, ξόανον. vid. Doruil. ad Charit. p. 12. Amſtel.

30. Etiam Moſes vtitur voce iſta figurata, et verecunda, in Γενέσεων libro. B. Cap. 9, 22. ſ. Ouid. AA. 3, 9. 15. ſ. *Nec minus eſt confuſa Venus, moriente Tibullo, Quam iuueni rupit quum ferus inguen aper.* Nam amor amantium ſaepe comparatur furori. Terent. Andr. 3, 1. 11. *adeon' eſt demens? ex peregrina?*

32. Ita repoſuit Ioſephus Scaliger pro κατεσίναζε. B.

43. Elegans ἔλλειψις, vt v. 7. Sic et Sappho [2, 7. ſ.]: Βρόγχον ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς Οὐδὲν ἔθ' ἥκει. B.

45. Doruillius ad Charit. p. 431. Amſtel. probabat lectionem τοὺς ἐρῶντας. Intelleguntur ἐρωτικοὶ ἐόντες v. 36. vid. Martinius d. l. p. 237. ſ.

ΣΑΠΦΟΥΣ ΑΙΣΜΑ ΕΙΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ*

Ποικιλόθρον', ἀθανάτ' Ἀφροδίτα,
Παῖ Διὸς δολοπλόκε, λίσσομαί τε,
Μή μ' ἄσαισι, μηδ' ἀνίαισι, δάμνα,
Πότνια, θύμον.
Ἀλλὰ τυῖδ' ἔλθ', αἴ ποκα κατ' ἐρῶτα
Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς (ἀΐοισα πόλλας)
Ἔκλυες, πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα
Χρύσεον ἦλθες
Ἅρμ' ὑποζεύξασα, κάλοι δέ τ' ἆγον
Ὠκέες στροῦθοι πτέρυγας μελαίνας,
Πύκνα δινῦντες πτέρ', ἀπ' ὠράν' ὠθέ-
ρος διὰ μέσσω.
Αἶψ' ἀλλ' ἐξίκοντο· τὺ δ', ὦ μάκαιρα,
Μειδιάσασ' ἀθανάτῳ προσώπῳ,
Ἦρε', ὅττι γ' ἦν, τὸ πέπονθα, κ' ὅττι δ'
Ἦν τε κάλημμι·
Κ' ὅττι γ' ἐμῷ μάλιστ' ἐθέλω γενέσθαι
Μαινόλᾳ θύμῳ, τίνα δ' αὖτε πειθῶ,
Καὶ σαγηνεῦσαν φιλότατα, τίς τ', ὦ
Ψαπφοῖ, ἀδικῆ;
Καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει·
Αἰ δὲ δῶρα μὴ δέκετ', ἀλλὰ δώσει·
Αἰ δὲ μὴ φιλῆ, ταχέως φιλάσει,
Κ' ὤυκι ἐθέλοις.
Ἐλθέ μοι καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον
Ἐκ μεριμνᾶν· ὅσσα δέ μοι τελέσσαι
Θύμος ἱμέρρει, τέλεσον, τὺ δ' αὐτὰ
Σύμμαχος ἔσσο.

VARIETAS LECTIONIS

* *Σαπφῦς τῆς Λεσβίας ᾆσμα εἰς Ἀφροδίτην Steph. Mor. Extat etiam in fragmm. lyricc. Steph. p. 26. ſ.: in fragmm. Vrſini p. 7. ſ.: in Anthol. ab Aldi filiis adornata Venet. A. C. 1550. p. 289.: in obſeruatt. Voſſii ad Catul. p. 115. ſ. et ap. Metar. in de dialectis p. 289. ſ. Servauit hoc odarium Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσ. ὀνομ. p. 206. ſſ. Vpton. Aucta ſunt eo exempla Anacr. Morel. p. 67. ſ. Macrop. Met. 2. Arg. 1. 2. Holſt. Born.: etiam Bruncquii Analecta poëtt. vett. Graecc. P. 1. p. 54. ſ. Nobis vero non placuit varietatem lectionis inde enotare, neque ipſa odarii verba interpretari, quum huius vtriuſque rei cura ad editorem carminum Anacreontiorum non pertinere videretur. Atque hoc idem de odariis Sapphus duobus reliquis dictum eſto. 1. Hic verſus laudatur ſic ab Hephaeſt. p. 45. Pau. 2. σε Steph. Mor. Vrſin. Fab. 3. ἄταισι Steph. Mor. Fab. ἀνίησι Volf. 4. θυμόν. Steph. Mor. Vrſin. Fab. 5. Ἀλλά τυιδ' ἔλθ' αἴποτε κατ' ἔρωτα Hephaeſt. d. l. τῆδ' Steph. Mor. Fab. αἴποτε, κατ' ἔρωτα Steph. Mor. Fab. Etiam Vrſin. habet αἴ ποτε κατ' ἔρωτα. 6. αἴοις, ἇς πολλάκ' Steph. Vrſin. Fab. πολλά 7. Κ' ἔκλυες Mor. 9. καλοὶ δέ σ' ἄγον Steph. Mor. Vrſin. καλοὶ δέ σ' ἆγον Fab. 10. στροῦθοι Steph. Mor. Vrſin. Fab. 11. πυκνὰ δινέοντες ἀπ' ὠράν', αἰθέ-Steph. Mor. Vrſin. Fab. 13. αἶψα δ' ἐξίκοντο Steph. Mor. Vrſin. Fab. 15. ὅττι δ' ἦν τὸ πέπονθα, κ' ὅττι Steph. Mor. ὅττι — χ' ὅττι Vrſin. Ἦρε' ὅττι δ' ἦν τὸ πεπ. κ' ὅττι Fab. 16. δεῦρο καλοῖμι Steph. Mor. Vrſin. Fab. 17. κ' ὅττι ἐμῷ Mor. χ' ὅττι Steph. 2. Vrſin. κ' ὅττι γ' ἐμῷ Fab. 18. θυμῷ Steph. Mor. Vrſin. Fab. 19. φιλότητα — σ' ὦ Steph. Mor. Vrſin. Fab. 20. Σαπφοῖ ἀδικεῖ Steph. Mor. Vrſin. Fab. 21. αἲ Steph. Mor. Vrſin. Fab. 22. αἲ δὲ — δέχετ' Steph. Mor. Fab. αἰ δὲ — δέχετ' Vrſin. 23. αἲ — φιλεῖ — φιλήσει Steph. Mor. Vrſin. Fab. 24. κ' ὅττι κελεύῃς Steph. 1. Mor. Fab. χ' ὅττι κελεύῃς Steph. 2. Vrſin. 27. θυμὸς ἱμείρει — σὺ δ' Steph. Mor. Vrſin. Fab.*

ANNOTATIONES

1. Picto ſcilicet curru, ſeu χρυσόθρονε. Voſſius de ſuo inſcite repoſuit Ποικιλόφρον, quo idem ſit, quod et δολοπλόκε, ταυτολόγως. B. Δολοπλόκος eſt *verſuta, aſtuta.* vid. Ritterſhuſius ad Oppian. Ἁλιευτ. 4, 11. p. 287.

In Aldi Rhetoricis altera dialecto ſcribitur Ἀφροδίτη· quod et Voſſius ſecutus eſt. B.

2. Repoſui τὲ pro σὲ, Αἰολικῶς· quod nemo improbabit. Recte Voſſius pro ἄταισι reſcripſit ἄσαισι, cum in Aldi Rhetoricis occurrat ἄσσαισι, vitio librarii. Quin et retrahendum cenſui accentum in voce θύμον, more Aeolico, ſicuti et in κάλοι, στροῦθοι, πύκνα, et πτέρα. B.

3. Senſus eſt, *noli pati, animum meum confici curis, et ſolicitudinibus,*

5. Pro τηδ' satis scire Vossius τυὶδ', cum Aldus ediderit τύδ', leui mendo. B. Hesychius: Τυΐ· ὧδε· Κρῆτες.

Idem Vossius pro αἴποτε reposuit Aeolicum αἴποκα. In Aldino libro monstrose scribitur ἐλθέπκ pro ἔλθ' αἴποκα. B.

De κατ' ἔρωτα idem vir doctus ex ingenio suo vnico vocabulo fecit κατερῶτα, ex glossographis puto: quod videtur nimis φορτικόν. Nos ἐρῶτα posuimus Aeolice. B. Κατ' ἐρῶτα est *libenter*: vt κατὰ τρόπον *conuenienter* apud Plat. Cratyl. 36. extr.

6. Aldus immani vitio edidit τὰς ἐμὰς αἰδῶς. B.

Cum apud Aldum sit αἴοις ἀπόλας· leui negotio nos reposuimus, et περιγραφαῖς inclusimus, ἀΐοισα πόλλας. Vossio placuit ἀΐοισα πόλλυ. Equidem praetulerim ἀΐοισα πολλάκ', τῷ ἀΐοις ἃς πολλάκ', quod in editis est, et laedit metrum. Sed libentius secutus sum vestigia Aldini codicis B. Mihi vero πολλάκ' magis placet, quam πόλλας, quod duriusculum videtur.

7. In Aldino monstrose scriptum est ἐκλύευς pro ἔκλυες. B.

8. Itidem ἤλθευς pro ἦλθες, errore scribarum. B.

9. In Aldino libro ὕρμα est, procliui vitio. B.

De σ' ἆγον nos fecimus, Aeolica scriptura, τ' ἆγον. Aldus ediderat σ' ἄγων. B.

10. In Aldi Rhetoricis leui admodum vitio legimus πτέριγας, de quo Vossius nimis audacter extuderat suum περὶ γᾶς μελαίνας, ac si Venus passeribus vecta orbem peregisset lunarem: quod nunquam somniavit Sappho. B. Hesychius: Ὠκέες στρουθοί· ταχεῖς, εὐπρεπεῖς, κοῦφοι. Cur vero passeres potissimum fingantur ad currum Veneris iungi, docet Athenaeus 9, 10. extr. p. 391. Caeterum quum non credibile sit, poëtriam duobus in versibus, deinceps positis, loqui de alis: malim legere, στροῦθοι, πτέρυγας μελαίνας Πύκνα δινεῦντες ἀπ' ὠράν'. nam δινέειν, quod proprie significat *versare ad modum vorticis*, ponitur etiam sic, vt sit omnino *versare, motitare*, στρέφειν, κινεῖν. Et quum Dores diphthongum αι vix in vocalem ω mutasse reperiantur: Sappho αἰθέρος scripsisse videtur. Hesychius: Αἰθέρος· ἀέρος.

11. In editis est πυκνὰ δινέοντες, omisso πτέρ', quod reposuit Vossius ex Aldino libro, et de Aldino δινῆντες fecit δινῦντες· quod et nos secuti sumus. B.

Ita eleganter Vossius, secutus vestigia Aldini libri, in quo ista monstrose concepta sunt, ὠρανῷ θέρος δ ἄμευς πω. B.

13. Ita Vossius ex Aldo, cum in editis sit Αἶψα δ' ἐξίκοντο. B. Hesychius: Αἶψα· εὐθέως, ὠκέως, ταχέως.

14. Horat. 1. od. 2, 33. *Erycina ridens.* Hom. h. in Ven. 2. f. ἐφ' ἱμερτῷ δὲ προσώπῳ Αἰεὶ μειδιάει.

15. In Aldino mendose legitur πέπονθε. B.

Pro eo, quod in editis est, ὅττι δεῦρο καλοῖμι, Vossius fecit, ὅττι δήν τε κάλημμι. Cum vero in Aldino sit, ὅττι δι' ἤν τε κάλημμι· nos leui negotio reposuimus, ὅττι δ' ἤν τε κάλημμι· quod longe videtur concinnius. B.

17. Vossius, metu dactyli, reposuit Κ' ὅττ' ἐμῷ. B.

18. Satis ridiculo errore ab Aldo editum est Καινόλᾳ pro Μαινόλᾳ. B. Hesychius: Μαινόλης· παράκοπος, ἔνθεος.

Magis Aeolicum θύμῳ, quam θυμῷ. B.

In Aldi Rhetoricis pro αὖτε πειθῶ, καὶ, inscite scribitur, εὖτε πείθωμαι· de quo Vossius fecit, αὖτε πείθημι, parum aduertens, quid sit πειθὼ isto versu. Theocriti Ἴυγξ dicitur interpreti Graeco [ad Idyl. 2, 17.] ἐν τῇ φύσει ἔχειν ἐρωτικήν τινα πειθώ. B.

19. Ex

19. Ex Aldino repoſui, pro φιλότητα, φιλότατα, Αἰολικῶς. B. Atque etiam ex Aeoliſmo τίς τ᾽ ὦ pro τίς σ᾽ ὦ. B.

20. Aldus edidit pro Σαπφοῖ ἀδικῇ, Ψάπφα ἀδικῇ· de quo nos fecimus Ψαπφοῖ ἀδικῇ· Voſſius Σαπφοῖ ἀδικῇ. Sic et inferius φιλῇ. B.

21. In Aldino altera dialecto ſcribitur εἰ. B.

22. Aldo vitioſe editum eſt, δὲ κετ᾽ ἄλλα· de quo recte Voſſius, δέκετ᾽ ἀλλά. B.

23. Nos de φιλήσει fecimus φιλάσει, conuenientius dialecto. B.

24. In vulgatis editum eſt Κ᾽ ὅττε κελεύῃς, pro quo Voſſio poſitum Ἤ ὄκι ἐθέλοις. Verum cum apud Aldum ſit Κ᾽ ὠΰκ᾽ ἐθέλοις· nos de eo tandem fecimus Κ᾽ ὤυκι ἐθέλοις. B.

25. Pro Ἔλθέ μοι Aldo vitioſiſſime concipitur Ἐθέλοιμι. B. Pro χαλεπᾶν, et λῦσον, idem corrupte edidit χαλεπὰν, et λῦσαν. B.

26. Itidem pro ἐκ μεριμνᾶν, Ἐκμέριμναν, vno vocabulo, nulla ſententia. B.

Atque etiam τελέσαι ſingulari σ, pro τελέσσαι· vti et ſupra ἄσαισι pro ἄσσαισι duplicato. B.

27. Magis placuit nobis Aeolicum Θύμος, quam θυμός. B. Voſſius recte reſcripſit ἰμέρρει de Aldino ἱμέρει, cum in editis ſit ἱμείρει. B. Heſychius: Ἱμείρει· ἐπιθυμεῖ, θέλει.
In Aldino τέλεσσον geminato ſcribitur σ, vitioſe, et ὄσσα ſingulari. B.

ΑΙΣΜΑ ΕΙΣ ΚΟΡΗΝ *

Φαίνεταί Ϝοι τῆνος ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν ὠνὴρ, ὅςις ἐναντίον τοι
Ἰζάνει, καὶ πλατίον ἁδὺ Φωνοί-
σας ὑπακέει,
Καὶ γελοίσας ἱμερόεν, τό Ϝοι τὰν
Καρδίαν ἐν ςάθεσιν ἐπτόασεν·
Ὡς ἴδον τε βρόγχον, ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς
Οὐδὲν ἔθ' ἥκει.
Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγ', ἂν δὲ λεπτὸν
Αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑποδεδρόμακεν,
Ὀππάτεσσιν δ' ὀδὲν ὄρημι· βομβεῦ-
σιν δ' ἀκοαί Ϝοι.
Καδδ' ἴδρως ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
Πᾶσαν ἄγρει· χλωροτέρη δὲ ποίας
Ἐμμὶ, τεθνάκην δ' ὀλίγω δέοισα
Φαίνομαι ἄπνυς.

VARIETAS LECTIONIS

* *Hoc odarium legitur ap. Longinum* περὶ ὕψους *f.* 10, 2. *f. Auxit eo exemplum Anacreontis fuum Morelius p.* 69.: *Steph. fragmm. lyricc. p.* 28.: *etiam Vrfinus p.* 9.: *obferuatt. fuas in Catul. Voffius p.* 113. *f. et Vulpius p.* 161.: *Iac. Nic. Loënfis epiphyll. mifcell.* 8, 4. *p.* 583. *fuppl. To.* 5. *thef. Gruter: Franc. Robortellius annotatt. c.* 1. *p.* 29. *To.* 2. *thef. Gruter.: Natalis Comes mythol.* 4, 14. *p.* 401.: *Tan. Faber epp. P.* 1. *ep.* 49. *p.* 161: *Metarius librum de dialectis p.* 289.: *Brunc-quius Analecta poëtt. vett. Graecc. P.* 1. *p.* 55. *f.: et exempla Anacreontis fua Fab. Macrop. Metar.* 2. *Brunequ. Arg.* 1. 2. *Holft. Born.* Εἰς τὴν ἐρωμένην *Fab.* πρὸς γυναῖκα ἐρωμένην *Volf.* 1. *Hunc verfum laudat Apollon. Dyfcolus grammat. p.* 423. *Reit. fic,* Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖς ἔμμεν' ὠνήρ· *fed p.* 427. *ita,* Φαίνεταί Ϝοι κῆνος. *At* Φαίνεταί μοι κεῖνος *Mor. Steph. Vrfin Fab. Macrop.* μοι κῆνος *Volf.* 2. ἔμμεν' ἀνὴρ *Mor. Steph. Vrfin. Fab. Macrop.* 3. ἰζάνει — πλησίον ἁδυφώνου σεῦ ὑπακούει *Vrfin.* φωνούς — *Mor. Steph. Fab. Macrop.* φωνεύ — *Volf.* ἐπακούει *legi malebat V. D. obferuatt. mifcell. vol.* 4. *p.* 287. 5. γελώσας — μοι *Mor. Steph. Vrfin. Fab. Macrop. Volf.* 6. ςήθεσι *Mor.* ςήθεσιν *Steph. Vrfin. Fab. Macrop. Volf.* 7. σε, βρόγχον. ἐμοὶ γὰρ *Mor. Steph. Fab. Macrop.* ὡς ἴδον γάρ σε, βραχέως ἐμ' αὐδᾶς *Vrfin.*

ἴδον

ἴδον σ', ὡς βρ. Volf. e coni. Fabri d. l. p. 163. 11. *ὀμμάτεσσιν δ' Mor. Steph. Fab. Macrop. ὀμμάτεσσι δ' Vrfin. ὄρημι Steph. βομβεῦσ' ἐνδ' ἀκοαί μοι Vrfin. μοι Volf.* 12. *μοι Mor. Steph. Fab. Macrop.* 14. *αἱρεῖ Mor. Steph. Vrfin. Fab. Macrop.* 15. *τεθνάναι δ' ὀλίγυ Mor. Steph. Vrfin. Fab. Macrop. In Volf., et aliis libris, poſt. v. 16. additus legitur hic, Ἀλλὰ πᾶν τολματόν· ἐπεὶ πένητα.*

ANNOTATIONES

1. Ita legerat olim Graecus grammaticus Hephaestion, [Apollonius], quem et Voſſius ſecutus eſt. Vnde patet, multa a librariis innouata in dialectis. B.

2. Ita Voſſius, probabili ratione. B.

Voſſius repoſuit ἐγαντίος· ſed nil opus. B.

3. Pro φωνέσας, et ſequenti verſu γελώσας, nos repoſuimus, poſcente dialecto, φωνοίσας, et γελοίσας, etſi magis Aeolicum ſit φωνεοίσας, et γελαοίσας. rarenter enim haec dialectus vtitur contractis. In cauſa erat metrum. Voſſius de ſuo fecit γελάις, in infinitiuo. B.

5. Repoſui Fοι, vt ſuperius, atque etiam inferius ἀκοαί Fοι pro ἀκοαί μοι. Exſcriptores vitabant dialectos. B. Catullus carm. 52. expreſſit v. 1. — 6. ſic, *Ille mi par eſſe deo videtur, Ille, ſi fas eſt, ſuperare deos, Qui ſedens aduerſus identidem te Spectat, et audit, Dulce ridentem; miſero quod omnis Eripit ſenſus mihi.*

7. Voſſius vniuerſum iſtum verſum ita interuertit, Ὡς γὰρ εἴδω σε βροχέως μοι φώνας Οὐδὲν ἔθ' ἥκει· neſcius, τὸ βρόγχον modo figurate dici pro ἐς βρόγχον· quo pacto et Theocritus ſupra [v. 43.] de apro, Καὶ ὕλαν οὐκ ἔβαινε, pro ἐς ὕλαν. Quid opus, nos admonere, etiam pro σὲ legendum eſſe τέ, Aeolica dialecto? B. Catullus d. l. *nam ſimul te, Leſbia, adſpexi, nihil eſt ſuper mi,* **. Hanc lacunam Faber d. l ita expleuit, *Quod loquar amens.*

9. Iſta ex Voſſii ingenio ſic concepta ſunt, Ἀλλὰ καμμεῦ γλῶσσα σίσιγε λεπτόν. Verum parum aduertit vir doctus, Plutarchum in libello, quem inſcripſerat, Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ [p. 81. D To 2.], hunc locum his verbis adducere, Κατὰ μὲν γλῶσσάν γε - - - λεπτον Αὔτικα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν. Quae quidem, vtut exſcribentium inſcitia corrupta, vulgatam lectionem Voſſiana emendatione ſaniorem oſtendunt. B.

11. Sic ſentio legendum cum Voſſio pro ὀμμάτεσσι, quod Aeolicum non eſt. B.

14. Ita recte Voſſius pro αἱρεῖ· neque enim hoc Aeolicam ſapit dialectum. B.

Nihil neceſſe, legi hic πὰας a Voſſio, cum poſſit, tam Aeolice, quam Ionice, dici ποίας. B. Catullus d. l. *Lingua ſed torpet, tenues ſub artus Flamma dimanat, ſonitu ſuopte Tintinant aures: gemina teguntur Lumina nocte.*

15. Recte etiam Voſſius τεθνάκην repoſuit pro communi τεθνάναι, atque etiam ὀλίγω pro ὀλίγυ· quod et nos ſecuti ſumus. B.

Quid autem opus fuerat, Voſſium immutaſſe τὸ δέοισα in ἀιδεῦσα, atque ἄπυσς in ἄλλα, niſi quod forſan iſta repererit apud technicos, atque gloſſographos? Importune, ne dicam inepte, infercit multa vir haud indoctus, vt fere reliqui critici, δοξικοπίᾳ corrupti. B.

FRAGMENTVM POETRIAE SAPPHVS EX HEPHAESTIONE *

Δέδυκε μὲν ἁ σελάνα,
Καὶ Πληϊάδες, μέσαι δὲ
Νύκτες, παρὰ δ' ἔρχεθ' ὥρα·
Ἐγὼ δὲ μόνα καθεύδω.

VARIETAS LECTIONIS

* *Enchir. p. 38. Pau. In exemplo Steph. Anacreontis extat p. 63.: in Morel. p. 68. ſ.: in fragmm. lyricc. Steph. p. 44.: in Vrſini fragmm. lyricc. p. 10.: in Iac. Nic. Loënſis epiphyll. miſcell. 8, 4. p. 582. ſuppl. To. 5. theſ. Gruter.: in Anall. Brunequii P. 1. p. 56. ſ. et in exemplis Anacreontis Macrop. Met. 2. Arg. 1. 2. Holſt. Born. 2.* Πλειάδες *Hephaeſt. Steph. 2. Vrſin.* μέσσαι *Hephaeſt. Vrſin.* μέσαι Νύκτες *Volf. 3.* ἔρχεσθ' *Hephaeſt.*

HENR. STEPHANI
OBSERVATIONES
IN
ANACREONTIS
CARMINA

HENR. STEPHANVS
LECTORI S

Quum variae, quibus distineor, occupationes e medio studiorum cursu me reuocassent, nec, quod illis eripere tempus poteram, ad seria tractanda satis esset: interim quod dabatur, accipiens, eas Anacreontis odas, quas iam ante Gallicas feceram, in aliquot amicorum gratiam Latine quoque aggressus sum vertere. Iam vero extrema manu operi imposita, quum eo rem deductam viderem, vt, quae meis intimis dicaueram, cum externis etiam communicanda forent: quo plures huius mei laboris futuri essent participes, eo maiorem cautionem, et diligentiam, adhibendam mihi existimaui. Feci itaque non inuitus, vt, quae vertendo hoc poëta, tanquam aliud agens, obseruaram, ea in commentariolum redigerem: quo, tum meae interpretationis alicubi rationem tibi redderem, tum etiam in locis difficilibus labore meo tuum aliqua ex parte subleuarem. Vale: si quid nouisti rectius istis, candidus imperti; si non, his vtere mecum.

HENR. STEPHANI
OBSERVATIONES
IN
ANACREONTIS
CARMINA

ODE I

In altero exemplarium, nimirum in eo, quod in libro, id eſt, cortice, ſcriptum reperi, primum locum occupat haec Oda: et recte, meo quidem iudicio. Proponit enim in hac verſuum ſuorum argumentum: idque, lepido vtens commento, quo ſe quodammodo excuſare velle videtur. Cui non diſſimile illud eſt, a quo primum Amorum librum exorſus eſt Ouidius. Vt enim hic in lyram ſuam, ita ille in Cupidinem, culpam reiicit, vbi ait eleg. 1, 1. ſ.: *Arma graui numero, violentaque bella, parabam Edere* etc. Idem in tertio eleg. 12, 15. ſ. duobus verſibus hoc ipſum complexus eſt, hoc modo: *Quum Thebae, quum Troia foret, quum Caeſaris acta, Ingenium mouit ſola Corinna meum.* Anacreon quoque Atridas quum dicit, *Troiana bella*; quum Cadmum, *Thebana*, intelligit. nam reſpondent hi duo primi verſus illis, odar. 16, 1. ſ., Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης, Ὁ δ' αὖ Φρυγῶν ἀϋτάς.

10. Χαί-

10. Χαίροιτε] Ouid. eleg. 1. lib. 2. Amorum, quum dixisset v. 11. *Ausus eram, memini, caelestia dicere bella* etc., ita tandem claudit elegiam v. 35. s. — *heroum clara valete Nomina: non apta est gratia vestra mihi.*

ODE II

4. Λέγει χάσμ'] In cortice propemodum fugiebat oculos hoc verbum χάσμα, sed in altero exemplari facile legebatur. Hoc autem vocabulo vtitur et Plutarchus quaestt. naturall. p. 918. F To. 2. Vechel. eodem modo, quum ait: Διὰ τί τῶν θηρίων ἡ ἄρκτος ἥκιστα διεσθίει τὰ δίκτυα, καί τοι καὶ λύκοι, καὶ ἀλώπεκες, διεσθίουσι; Πότερον ἐνδοτάτω τοὺς ὀδόντας ἔχουσα τοῦ χάσματος, ἥκιστα πρὸς τὰ λῖνα ἐξικνεῖται; προεμπίπτει γὰρ τὰ χείλη διὰ πάχος, καὶ μέγεθος. *Hiatum* appellant etiam Latini. Ὀδόντων autem videtur dixisse pro στόματος, quia dente maxime timendus est leo. vnde Alcibiadi [v. Plutarch. V. Alcib. p. 192. C To. 1.] quum obiecisset quidam, Δάκνεις ὡς αἱ γυναῖκες· Οὐ μὲν οὖν, εἶπεν, ἀλλ' ὡς οἱ λέοντες.

7. Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα] Interpretatus sum φρόνημα *prudentiam*, vt idem sit hoc loco, quod φρόνησις. Nam quis nescit, eam viris esse peculiarem, nec in muliebre ingenium cadere eam vim ratiocinandi, quae in viros? Non sum tamen interim ignarus, φρόνημα etiam animi magnitudinem, et ferociam, significare. Sed quorsum istuc? praesertim quum multae ferae magnos gerant spiritus: omnium autem maxime leo ipse, qui etiam *magnanimus* propterea dicitur a poëtis. Sed et Phocylides v. 121. quum enumerasset ea, quae a deo animantibus ratione carentibus tributa sunt, concludit, λόγος δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι.

8. Γυναιξὶν κ. τ. λ.] Non iam poterat δοῦναι φρόνημα, vel quod rem iam vni dono datam, alteri donare non posset, vel quod mulierum leui, et mobili, ingenio non satis hoc munus conueniret. Ego verti ad verbum, vt ambiguum sensum retinerem.

ODE III

2. Στρέφεται κ. τ. λ.] Homerus Od. ε v. 271. ss. de Vlysse loquens, — οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε, Πληϊάδας

δας τ' ἰσορῶντι, καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην, Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν, Ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει, Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο. Ouid. lib. 1. Trift. eleg. 3, 47. f. *Iamque morae fpatium nox praecipitata negabat, Verfaque ab axe fuo Parrhafis Arctos erat.*

9. Κατὰ μοῦ σχίσεις ὀνείρους] Non eft ἀνακόλουθος oratio. imitatur enim vulgarem fermonis formam, perinde, ac fi dicat: *Quis pulfat fores? Certe tu, quifquis es, intempeftiue advenis. interturbabis enim mea fomnia:* vt alibi odar. 12, 8. 10. dixit, Τί μου καλῶν ὀνείρων Ἀφήρπασας Βάθυλλον; Eft autem κατὰ μοῦ σχίσεις pro κατασχίσεις· vt alibi, odar. 3, 15. 29., Ἀνὰ δ' εὐθὺ λύχνον ἅψας, pro ἀνάψας· et, Ἀνὰ δ' ἅλλεται καχάζων, pro ἀνακαχάζων. nam tmefi frequenter vtitur.

17. Φέροντα] Scio, dici poffe βρέφος φέροντα τόξον eo modo, quo dicitur τέκνον φίλε, vt non vocis, fed fignificationis, ratio habeatur. Verum quia μὲν particulam folet, et debet, fequi δέ· lego φέρον δέ· quod enim dicit, eft eiufmodi: *Fores tandem meas aperui, et puerulum quidem confpicio, quem ille mihi fe effe dixerat, fed huiufmodi, qui arcu, et pharetra, inftructus effet, alafque geftaret.*

19. ἰστίην] Recte ἱστίην Ionice: nec mutari debet.

25. ἐστί μοι] Si pro ἐστὶ legamus εἴτι, interpunctio effe debet poft τόξον, non poft verbum πειράσωμεν, vt fit, πειράσωμεν τόδε τόξον, εἴτι μοι νῦν βλάβεται κ. τ. λ. Alibi tamen fine cafu vfus eft eodem verbo, vbi ait, odar. 45, 11. f., Ὁ δ' Ἔρως, τόδ' ἐστιν, εἶπε, Βαρύ· πειράσας νοήσεις.

29. καχάζων] Sic vet., non καγχάζων, quod verfus non recipit. Nec Latini γ retinent, quum *cachinnor* dicunt.

ODE IIII

9. Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα] Sic in quodam epigrammate, Anthol. 7, 204. p. 486. Steph. p. 1009. Lubin., — ἐν δ' Ἀχέροντι Ὀστέα, καὶ σποδιή, παρθένε, κεισόμεθα.

ODE V

7. Ῥόδον ἔαρος μέλημα] Hic noue pofitus eft tribrachys anapaefti loco. ita tamen legere malim, quam inuerfo ordine,

dine, Ἔαρος ῥόδον μέλημα. Nam facile adducor, vt credam, hunc pedem fuisse admissum a poëta, dum captat leporem illum, qui est ex eiusdem principii repetitione, qua mirifice gaudet: vt alibi, odar. 41, 3. ss., Τὸν ἐφευρετὰν χορείας, Τὸν ὅλας ποθεῦντα μολπὰς, Τὸν ὁμότροπον Ἔρωτι, Τὸν ἐρώμενον Κυθήρης· quibus alios quatuor subiungit, qui et ipsi initium idem habent.

ODE VI

5. Κατὰ κισσοῖσι βρέμοντας] Quibusdam legendum videtur κατακίσσοισι, vno verbo, id est, κισσῷ κεκαλυμμένοις· quorum ego iudicium sequor. Sed participium βρέμοντας mihi suspectum est.

10. ἀθύρων Προχέει] Legitur et mutato ordine, ἀθύρει Προχέων.

ODE VIII

11. Ἐθέλοντα δὲ φιλῆσαι] Nemini scrupulum hic locus iniiciat. nam constat, particulum δὲ ob φ sequens hic produci: quemadmodum et in illo versu, odar. 43, 7., Χ' ὁπόσα φέρουσιν ὧραι· in illo item, od. 18, 4., Ῥόδα φέρουσαν ὥρην.

ODE VIIII

6. Τίς ἐσι, σοὶ μέλει δὲ] Crediderim ego hic legendum, Τί δ' ἐσί σοι μέλημα; vt apud Theocritum initio Eidyllii, 14. v. 2. cum alter dixisset, ὡς χρόνιος· respondet alter Χρόνιος; τί δέ τοι τὸ μέλημα;

15. Καὶ νῦν οἵας] Suspicor legendum ὁρᾷς, vt sit δεικτικῶς prolatum per parenthesin.

23. Καὶ δένδρεσι καθίζειν] Poteſt huiusmodi datiuis addi litera ν, poteſt et praetermitti. Idem dictum puta de similibus locis, vt, odar. 13, 3., Ἐν ὄρεσι βοῶντα· item, odar. 17, 11., Τί δ' ἀςράσι Βοώτεω· et si qui sunt alii. Memini enim, me legere apud quendam grammaticum, huiusmodi datiuis non adscribi plerumque ν, ne duriorem efficiat orationem: intelligi tamen potentia, vt illi loquuntur.

31. Καὶ

31. Καὶ δεσπότ. 'Ανακρ.] Vide, num legendum ſit, Καὶ δεσπότην ἐμοῖσι Πτεροῖσι συγκαλύψω· aut, ſi non ἐμοῖσι, aliquid ſimile poſtulet locus. nam accuſatiuus hic, 'Ανακρέοντα, videtur ex ſcholio irrepſiſſe.

ODE X

5. τευχθὲν] Legitur et τυχθέν.

ODE XI

1. Λέγουσιν αἱ γυναῖκες] Palladas hanc Anacreontis oden ſuam fecit, mutato tantum genere carminis. Extat enim hoc illius epigramma [Anthol. 2, 47. 19. p. 175. Steph. p. 366. Lubin.]: Γηραλέον με γυναῖκες ἀποσκώπτουσι, λέγουσαι Εἰς τὸ κάτοπτρον ὁρᾶν λείψανον ἡλικίης. 'Αλλ' ἐγὼ εἰ λευκὰς φορέω τρίχας, εἴτε μελαίνας, Οὐκ ἀλέγω, βιότου πρὸς τέλος ἐρχόμενος. Εὐόδμοις δὲ μύροισι, καὶ εὐπετάλοις στεφάνοισι, Καὶ Βρομίῳ παύω φροντίδας ἀργαλέας. Quod dixit Anacreon τὰ τερπνὰ, παίζειν, latius a Pallada explicatum eſt, ſed ita tamen, vt vim verborum non expreſſerit. Horatius eodem fere modo dixit, 3. od. 12, 1., *Amori dare ludum* Ouidius hoc vocat *ludere*. Ego verti, *Vacare amoribus, iociſque,* ſecutus quendam ipſius Horatii verſum, 1. ep. 6, 65., quem ex Mimnermo tranſtulit.

7. Εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον] Mira eſt ἀφέλεια τοῦ λόγου in hoc poëta, vt hic vides in verbo ἀπῆλθον. In nullum certe melius, quam in hunc, illud Fabii, inſtit. orat. 10, 1. 82., quadrare poſſit, eſſe in hoc quandam iucunditatem inaffectatam, ſed quam nulla affectatio conſequi poſſit. Vnde et Horatius, epod. 14, 11. ſ., vere de ipſo pronunciauit, *Qui perſaepe caua teſtudine fleuit amorem Non elaboratum ad pedem.* Quotquot ergo dulcedini, et ſuauitati, orationis ſtuduerunt, huius, tanquam optimi magiſtri, veſtigia ita ſecuti ſunt, vt ne a verbis quidem eius diſcedere voluerint. Ac ne longe abeam, hoc verbum ἀπῆλθον eo ſenſu paſſim apud illos reperies; ſed in praeſentia mihi ex multis vnus ille locus [Anthol. 7, 177. p. 1001. Lubin.] ſuccurrit, — ὅτε σοῦ τὸ πρόσωπον ἀπῆλθε, Κεῖνο τὸ τῆς λύγδου βάσκανε λειότερον.

ODE XII

1. Τί σοι θέλεις] Agathias Scholasticus hanc odam est in suo epigrammate, Anthol. 7, 65. p. 963. Lubin. p. 461. Steph., imitatus, cuius initium est, Πᾶσαν ἐγὼ τὴν νύκτα κινύρομαι, εὖτε δ' ἐπέλθη Ὄρθρος, ἐλινῦσαι μικρὰ χαριζόμενος, Ἀμφιπεριτρίζουσι χελιδόνες κ. τ. λ. Nam quod dixit Anacreon, ὑπορθρίαισι φωναῖς, dicit ille, εὖτε δ' ἐπέλθῃ Ὄρθρος· et pro Τί μευ καλῶν ὀνείρων Ἀφήρπασας Βάθυλλον; dicit, v. 9. s., Βαιὸν ἵνα κνώσσοιμεν· ἴσως δέ τις ἥξει ὄνειρος, Ὅς με Ῥοδανθείοις πήχεσιν ἀμφιβάλοι. erat autem Ῥοδάνθη eius amica. Haec obseruatione sunt digna, vt et ipsi discamus caute imitari veteres, et, si quid apud illos occurrat, quod in rem nostram sit, ita in vsum nostrum illud vertere, vt non aliunde tamen petitum, sed domi natum, videatur.

ODE XV

2. Τοῦ Σάρδεων ἄνακτος] Dicitur, et Σάρδεις, Σάρδεων, et Σάρδιες, Σαρδίων, vt in quodam epigrammate, [Bianoris, Anthol. 1, 70. 17. p. 101. Steph. p. 212. Lubin.] Σάρδιες αἱ τοπάλαι Γύγου πόλις. Potes igitur hic legere Σαρδίων, si magis tibi probatur. nam vtraque lectio reperitur.

3. Οὐδ' αἱρέει με χρυσὸς] Legitur et sic, Οὐδ' εἷλέ πω με χρυσός.

15. Σὲ μὴ δεῖ πίνειν] Legendum videtur, aut μηδὲ πίνειν, aut μή 'τι πίνειν, pro μὴ ἔτι, vt ἠ 'πὶ dicitur pro ἢ ἐπί.

ODE XVII

1. Τὸν ἄργυρον τορεύσας] Legitur et τορεύων. Nescio autem, cur lib. 2. epigramm. Graecorum [Anthol. 2, 47. 17. 18. p. 175. Steph. p. 364. Lubin.] coniungatur haec oda cum superiore, cuius initium est: Οὔ μοι μέλει Γύγαο. Nam in veteribus libris eo est collocata loco, quo hic vides: et Gellius seorsum ab altera hanc citat lib. 18. c. 9., vbi quaerit, ecquis Latinorum poëtarum tam fluentes carminum delicias fecerit.

7. Ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ] Legitur et, Καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτό.

10. Τί Πλειάδεσσι κἀμοί;] Legitur et ſic, Τί Πλειάδων μέλει μοι; Τί δ' ἀστέρος Βοώτεω; Sed prior lectio magis mihi placet, quod reſpondeat ſuperioribus illis, Τί γὰρ μαχαισι κἀμοί; Quo etiam modo dixit alibi, odar. 24, 5. ſ, Μεθετέ με, Φροντίδες· Μηδέν μοι, καὶ ὑμῖν, ἔστω. Sic dixit quidam [Anthol. 1, 80. 1. p. 110. Steph. p. 230. ſ. Lubin.]: Ἐλπὶς καὶ σὺ τύχη μέγα χαίρετε, τὸν λιμέν' εὗρον· Ουδὲν ἐμοὶ, χ' ὑμῖν. Praeterea lib. 2. epigramm. Graecorum ita clauditur haec oda, Μὴ συγνὸν Ὠρίωνα· Ἀλλ' ἀμπέλυς χλοώσας, Καὶ βότρυας γελῶντας, Σὺν τῷ καλῷ Λυκίῳ. Sed melior Gellii lectio, quae conſentit cum noſtra. Verſa autem fuit olim a nonnullis haec oda, qui pro Bathyllo *profundum* interpretati ſunt: quum nec vllus ſenſus ita poſſit ex hoc loco elici, nec diminutiua hoc modo fiant, a Βαθὺς βαθυλλος, ſed vt Ἡρακλῆς Ἥρυλλος, Ἀριστοκλῆς Ἀρίστυλλος, ſic Βαθυκλῆς Βάθυλλος. Praeterea vel ex Horatio, epod. 14, 9., notum debuit eſſe hoc nomen.

ODE XVIII

1. Καλὴ τέχνα] Legitur et Καλλιτέχνα.

6. Ποτὸν - τερπνόν·] Si Iambicum dimetrum catalecticum facere velis: legendum erit, commutato verborum ordine, Τερπνὸν ποίει ποτόν μοι· Sed in hac oda, vt et in aliis nonnullis, ſunt varie mixti verſus: ex quibus hi duo ſunt dimetri ἀκατάληκτοι· Μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον· et, Σύναπτε κύρυς εὐπρεπεῖς.

ODE XX

1. Ἡ Ταντάλυ ποτ' ἔστη] Non puto, poëtam aliter ſcripſiſſe, quam ἔστη, imo etiam voluiſſe ludere in his duobus ὁμοιοτελεύτοις, ἔστη, et ἔπτη. Eſt autem valde proprium ἔστη de ſaxo, quod natura rigidum eſt, et immobile. Ita dixit Tibullus, 2. eleg. 4, 9., *Stare vel inſanis cautes obnoxia ventis.*

5. Ἐγὼ δ' ἔσοπτρον εἴην] Extat epigramma Διονυσίυ Σοφιστῦ [Anthol. 7, 153. p. 478. ſ. Steph. p. 994. Lubin.], in quo ludit eodem fere modo, quo hic. initium eius eſt hoc, Εἴθ' ἄνεμος γενόμην, σὺ δέ γε στείχυσα παρ' αὐγὰς Στήθεα γυμνώσαις, καί με πνέοντα λάβοις. Εἴθε ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον, ὄφρα

σε

κ. τ. λ. Sic apud Theocritum Idyl. 3, 12. f. vouet quidam paſtor, — — εἴθε γενοίμαν Ἁ βομβεῦσα μέλισσα, καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἱκοίμαν. Sic in quodam Scolio: [auxit eo Bruncquius exemplum Anacreontiorum carminum Argentoratenſe vtrumque, 1. p. 89. 2. p. 93.] Εἴθε λύρα καλὴ γενοίμην ἐλεφαντίνη, Καί με καλοὶ παῖδες φοροῖεν Διονύσιον ἐς χορόν· Εἴθ' ἄπυρον καλὸν κ. τ. λ. Ouidius, AA. 2, 15. 9. ff., mittens annulum ad amicam, tandem ait, *O! vtinam ſubito fieri mea munera poſſim, Artibus Aeaeis, Carpathiique ſenis! Tunc ego te cupiam dominae tetigiſſe papillas* etc.

13. Καὶ ταινίη δὲ μαστῶν] Proprie locutus eſt. nam, vt inquit Pollux Onom. 7, 65., τὸ τῶν μαστῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα, ταινίαν ὠνόμαζον, καὶ ταινίδιον. Ego *ſtrophium* interpretatus ſum, veteres Latinos ſecutus. *Faſcia* enim generalius eſt nomen.

16. Μόνον ποσὶν πατεῖν με] Niſi ſubaudias ὥστε, non procedet ſenſus.

O D E XXI

6. Στεφάνους δ' οἵους πυκάζω] Quidam legunt hic, ὅπως πυκάζω· et in vltimo verſu, τίνι, interrogatiue. Legitur et σκεπάσω pro σκεπάζω.

O D E XXII

1. Παρὰ τὴν σκιὴν, Βάθυλλε] Legitur et Βαθύλλου.

3. Σίει δὲ χαίτας] Vulgo σείειν διφθογγογραφεῖται· ſed Anacreon alibi quoque, fragmm. 43., σίειν protulit.

O D E XXIII

1. Ὁ πλοῦτος εἴγε χρυσοῦ] Anacreon ſua haec dicta factis confirmauit. nam a Polycrate duobus talentis donatus, vt ſe duas iam noctes curis affectum ob ea vidit, reddidit illi, hoc vnum dicens: [vid. Stobaeus Eclogg. ethth. c. 91. p. 508. Turic.]: Οὐ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς φροντίδος, id eſt, *non tanti ſibi ea eſſe, vt curis propter illa vellet angi;* vel *pluris ſe quietum, et ſolutum, animum facere, quam illa.*

14. Ἐμοῖς

24. Ἐμοῖς φίλοις συνεῖναι] In quodam Scolio, loco quarto hoc ponitur: [ſimile ſcolion legitur in reliquiis Anaxandridae ap. Grotium excc. tragicc. et comicc. Graecc. p. 639.]: Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνητῷ· δεύτερον δὲ, καλὸν φυὰν γενέσθαι· τὸ τρίτον δὲ, πλουτεῖν ἀδόλως· καὶ τὸ τέταρτον, συνηβᾶν μετὰ τῶν φίλων. Et in quodam alio: [vid. exempla carminum Anacr. Argentoratenſia, 1. p. 89. 91. ſ., 2. p. 92. 95. ſ.]: Σύν μοι πῖνε, συνήβα, Συνέρα, συστεφανηφόρει· Σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο, Συσσωφρόνει σώφρονι.

ODE XXV

1. Ὅταν πίνω τὸν οἶνον] Xenophon Sympoſio, 2, 24., Τῷ γὰρ ὄντι οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει· τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει.

9. Σὺν τῷδε πίνειν ἡμᾶς] Fortaſſe primus verſus odes loco huius repetendus eſt, Ὅταν πίνω τὸν οἶνον, vt vides repetitum etiam ſecundum. Nam ſunt et aliae odae, in quibus duo primi verſus in fine etiam repetuntur. Obſervare autem oportet, hic quoque acatalectos duos verſus eſſe inſertos, nimirum hunc, Τί μοι πόνων, τί μοι γόων, et, Θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω. Animaduerti, contra facere in verſibus trochaicis poëtam, miſcere dimetros catalecticos cum acatalectis.

ODE XXVIII

3. Ῥοδέης κοίρανε τέχνης] Quid ſi Ῥοδίης hic legas? Certe, cum aliorum multorum, tum ipſius Pindari [Olympionn. 7, 91. ſſ.], teſtimonio, lectionem hanc confirmabis. Pro κοίρανε autem quidam putant legendum τύραννε· illud non video, quomodo lex verſus poſſit ferre: ſed ne hoc quidem ſatis aptum huic loco videtur.

7. Ἁπαλάς τε] Sic apud Theocritum, Idyl. 20, 8., μαλακὸν γένειον.

16. Τὸ λεληθότως σύνοφρυν] Malim ego articulum anectens aduerbio legere τολεληθότως. nam, et vſitatiſſimum in aduerbiis hoc eſt, et poſſit alioqui multis faceſſere negotium hic locus, qui hoc modo planus eſt, et apertus.

Nam ἐχέτω βλεφάρων ἴτυν τολεληθότως σύνοφρυν perinde eſt, ac ſi dixiſſet, ἐχέτω τὰς ὀφρῦς λεληθότως συγκεχυμένας· quo vocabulo vtitur alicubi Plutarchus. Exiſtimabit aliquis fortaſſe, βλεφάρων ἴτυν accipi ἀντὶ τῶν βλεφαρίδων· et hic ſenſus prima fronte ſe offert. Sed ſi quis propius intueatur: videbit, contextum orationis hoc non ferre. Nam quid hoc ſibi vellet tandem, μὴ διάκοπτε τὸ μεσόφρυον, μηδὲ μίσγε, ἀλλ' ἐχέτω τὰς βλεφαρίδας σύνοφρυς? Abſurdum certe hoc eſſet. Quod ſi quis pertinaciter hanc interpretationem tueri voluerit, ſed alio ſenſu: primum σύνοφρυ legat, vt ſit τὸ σύνοφρυ ſubſtantiuum, quod, et nouum eſt, et durum: deinde claudens ſententiam poſt σύνοφρυ, et interpungens, addat δὲ poſt βλεφάρων, vt ſit, βλεφάρων δ' ἴτυν κελαινήν, et repetat ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum ἐχέτω. Sed vide, quam vim afferas contextui. Deinde an colorem βλεφαρίδων deſcriberet, de ſuperciliorum colore taceret? Cur non potius integram ſeruans orationis ſeriem, βλεφάρων ἴτυν accipies περιφραστικῶς, ἀντὶ τῶν ὀφρύων? Nonne poſitae ſunt κύκλῳ τῶν ὀμμάτων αἱ ὀφρῦς? Atqui dixit βλεφάρων, non ὀμμάτων· quid tum? Si ambiunt totum oculum, certe et palpebras, oculi partem illis magis vicinam, praeſertim ſi de ſuperiore palpebra intelligas. adde, quod hunc verſum ingredi non poterat ὀμμάτων. Xenophon, Memorr. 1, 4. 6., quoque dicit, naturam prouidam ὀφρύσιν ἀπογεισῶσαι τὰ ὑπὲρ τῶν ὀφθαλμῶν. Denique mihi magis videtur conſentanea rationi haec expoſitio. Si quis tamen aliquid melius afferat, illum ſequar. Eſt autem aliquando σύνοφρυς mulieris epitheton, quo etiam puellam quandam honeſtat Theocritus Eidyll. 8. v. 72. ſ. his verſibus: Κἠμ' ἐκ τῶ ἄντρω σύνοφρυς κόρα ἐχθὲς ἰδοῖσα Τὰς δαμάλας παρελῶντα, καλὸν καλὸν ἦμες ἔφασκεν. Eadem appellatur et μίξοφρυς. Anacreon, vt vides, addit λεληθότως. Videre eſt autem ita propemodum coëuntia ſupercilia iis, qui moeſti frontem contrahunt, et corrugant. vnde etiam illi, verbo ab hoc nomine deducto, συνοφρυοῦσθαι dicuntur. Mirum eſt vero, placuiſſe illis ita confuſa ſupercilia, quum nihil a pulchritudine magis videatur alienum. Sed alia multa obſeruabis veteribus fuiſſe in deliciis, quae tui non erunt ſtomachi. Caeterum linguae Latinae inopia loci huius interpretationem reddit paulo difficiliorem. Nam,

nec

nec nomen habet, quod respondeat huic Graeco σύνοφρυς, nec quod illi μεσόφρυον, quod et μετώπιον appellatur. Cui tamen inopiae mederi conatus sum, dum hunc locum verterem. [Vertit eum Stephanus sic, *Supercilî nigrantes Discrimina nec arcus, Confundito nec illos: Sed iunge sic, vt anceps Diuortium relinquas: Quale esse cernis ipsi*]. Id autem assecutus sim, nec ne, tuum esto, lector, iudicium. Vnum hoc addo, si ea, quibus vsus sum, verba tollas, vix te, quae in eorum locum reponas, habiturum.

20. Ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης] Tritum est γλαυκῶπις Ἀθήνη, Homericum. Quod autem ad ὑγρὸν attinet, verti *paetum*, illum secutus versum, qui est inter antiqua diuersorum autorum epigrammata [in Priapum p. 70. Lindenbr.] *Minerua flauo lumine est, Venus paeto.* Pollux, Onom. 2, 60., haec coniungit, βλέμμα ὑγρὸν, θηλυκὸν, ἄνανδρον.

27. Περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ] Verti *colla laeuia*, secutus hos versus ex lib. 7. [Graecc. epigrammatum, epigr. 177. p. 1001. Lubin.] — ὅτε σοῦ τὸ πρόσωπον ἀπῆλθε Κεῖνο τὸ τῆς λύγδου βάσκανε λειότερον. Quo in libro [epigr. 201. p. 1008. Lubin.] etiam hoc carmen habes, Δειρὴ λυγδινέη, καὶ στήθεα μαρμαίροντα. Esse autem λύγδον marmoris genus, cum ex aliis, tum ex Philostrato patet, qui in prooemio Εἰκόνων, p. 762. Olear., dicit, ξέοντες τὴν λυγδίνην, ἢ τὴν Παρίαν, λίθον· vbi vulgo legitur πατρίαν, sed perperam. Id autem marmor quum non solum laeuitate, sed etiam candore, commendetur, si cui magis placet *colla candida* interpretari: per me licet, nec repugnat ipsa versus mensura.

30. Ὑποπορφύροισι πέπλοις] Non legendum est ὑπὸ πορφύροισι, duobus verbis, sed, vt excudimus, ὑποπορφύροισι. Sic in quodam epigrammate Διονυσίου Σοφιστοῦ habes [Anthol. 7, 153. p. 994. Lubin. p. 479. Steph.] Εἴθε ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον.

ODE XXVIIII

2. Τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω] Sic apud Theocritum intelligitur hoc nomen, Eidyll. 23, 28., ἀπηνέα εἶχεν ἑταῖρον.

3. Λιπαρὰς κόμας ποίησον] *Nitidas comas* exposui, Horatium, 1. ep. 14, 32., secutus. Sic et apud Synesium, ἀεὶ

δὲ λιπαροὶ κεφαλάς, καὶ καλὰ πρόσωπα, vel potius καλοί. Aristophanes, λιπαρὸς χωρῶν ἐκ βαλανείου. Et Sophocles quum incultum, horridum, et ſqualidum, capillum ſignificare vellet, ἀλιπαρῆ τρίχα dixit.

5. Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἡλιῶσας] Habes et apud Philoſtratum, V. Apol. 7, 42. p. 321. Olear., ἡλιῶσαν κόμην. Eſt autem ἡλιῶσα κόμη, ſiue ἡλιώδης, quam Homerus ξανθὴν appellat, vt il. α', 197., ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα. Idem ξανθὸν Μενέλαον vocat, id eſt, ξανθότριχα. Huiuſmodi caeſariem χρυσῆν etiam nominant. vnde et χρυσοχαίτας ἔρως apud hunc, od. 6, 1. Sic et apud Latinos *aurea coma.* vnde et *auricomus.* Quod autem dicit Τὰ μὲν ἔνθοδεν μελαίνας, Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἡλιώσας, conferri debet cum illis Ouidii verſibus, AA. 1, 14. 9. ſ., quibus deſcribit amicae ſuae capillos, *Nec tamen ater erat, nec erat color aureus illis: Sed quamuis neuter, mixtus vterque color.* Praeterea Porphyrio, vir doctiſſimus, exponens hunc Horatii verſum, 3. od. 14, 22., *Myrrheum nodo cohibere crinem*, ait, *Colorem myrrheum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius eſt inter flauum, et nigrum.* Haec ille. Sic in quodam incerti auctoris epigrammate, Anthol. 7, 175. p. 1001. Lubin., Εἴτε σε κυανέῃσιν ἀποστίλβουσαν ἐθείραις, Εἴτε πάλιν ξανθαῖς εἶδον, ἄνασσα, κόμαις. Comae autem ξανθαὶ *flauae*, vel χρυσαῖ *aureae*, vel ἡλιώδεις, ſeu ἡλιῶσαι, *ſoli concolores*, eaedem ſunt.

8. Θέλουσι κεῖσθαι] Legitur et θέλωσι· et tunc ſubauditur ἄν, vt ſit ὡς ἂν θέλωσι.

9. Ἁπαλὸν δὲ, καὶ δροσῶδες] Metaphora haec, qua *roſcidum* pro *tenero* ponitur, melius ſonaret Gallicis auribus, quam Latinis. Antipater eodem modo ὑδατίνους βραχίονας dixit. A grammaticis tamen δροσώδης, ſiue ἐερσήεις, exponitur καλός, petita, vt aiunt, metaphora ἀπὸ τῶν δεδροσισμένων ἀνθῶν· ταῦτα γὰρ καλλίονα φαίνεται. Pro quibus facere videtur ille Theocriti verſus, Idyl. 20, 16., Καὶ χρόα φοινίχθην ὑπὸ τὤλγεος, ὡς ῥόδον ἕρσα. Sed haud ſcio, an poſſit hic habere locum haec interpretatio.

10. Στεφέτω μέτωπον ὀφρῦς] Homerus, Il. α', 528., Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, id eſt, μελαίναις, vt vulgo exponunt. A Theocrito, Idyl. 3, 18. 4, 59., quoque κυανόφρυς puella eodem modo appellatur. Et in alio Homeri

meri loco, qui eſt Il. λ′ v. 26. ſ., Κυάνεοι δὲ δράκοντες ὀρωρέχατο ποτὶ δειρὴν Τρεῖς ἑκάτερθ' ἴρισσιν ἐοικότες, admonet Euſtathius, p. 828. 24. Rom., non hoc dici διὰ τὸ χρῶμα, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπικυρτοῦσθαι τοὺς αὐχένας κατά τινα κυκλικὴν καμπήν· et exponens illa verba, quae leguntur paulo ante v. 24., Τοῦ δ' ἤτοι δέκα οἶμοι ἔσαν μέλανος κυάνοιο, ait, p. 828. 19. Rom., Κύανος εἶδός τι χρώματος μέλανος, ἐξ οὗ τὸ κυάνεον· τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ χρῶμα τοῦ οὐρανοῦ ἀναγκαίως κατὰ τοὺς φυσικοὺς, ὁπηνίκα ἐςὶ πάντη ἀνέφελος. Latini *caeruleum* draconem vocant. A Propertio appellatur quidam *fucus caeruleus*, et *forma caerula*, his verſibus, 2. eleg. 14, 27. ſ., *An ſi caeruleo quaedam ſua tempora fuco Tinxerit, idcirco caerula forma bona eſt?* Ex his omnibus iudica, quae magis huic loco conueniat interpretatio.

16. Ἵνα τὶς τὸ μὲν φοβῆται, Τὸ δ'] Dicitur τὸ μὲν, τὸ δὲ, vt τὰ μὲν, τὰ δὲ, pro *partim quidem, partim vero.* Nec admittit verſus aliam lectionem. nam ſi legas τοῦ δ' ἀπ' ἐλπίδος, non ſtabit.

18. Ῥοδινὴν δ' ὁποῖα μῆλον κ. τ. λ.] Vel τὴν χνοΐην παρειὴν ποίει ῥοδινὴν, ὁποῖα μῆλον· vel χνοΐην, ὁποῖα μῆλον. Illud quodammodo ἄκυρον· hoc autem, propter inuerſum vocabulorum ordinem, duriuſculum videtur: ſed elegans eſt alioqui metaphora, vt apud Ariſtophanem, Nubb. 974., Τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς, ὥσπερ μήλοισιν, ἐπήνθει. *Lanuginem* poëtae quoque Latini appellant: et vt ἐπήνθει dictum hic vides, ita *florem* vocat hoc verſu Virgilius, Aen. 8, 160., *Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuenta.* Sed per μῆλον hic intellige *Cydonium malum*, vt apud eundem poëtam, ecl. 2, 51., vbi ait, *Ipſe ego cano legam tenera lanugine mala.* Ibycus [vid. fragmm. Ibyci ab Vrſino collecta p. 115.] κυδωνίας μηλίδας vocat. Hinc et factum verbum κυδωνιᾶν a Leonide.

20. Ἐρύθημα δ', ὡς ἂν αἰδοῦς] Hic ὡς pro ὅσον· quod nouum non eſt. nam grammatici et in hoc verſu, Odyſ. ρ′, 344., Καὶ κρέας ὥς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον, exponunt ὡς ἀντὶ τοῦ ὅσον. Ad hunc locum autem pertinet, quod reſpondit Pythia, rogata, quis eſſet color pulcherrimus, *Is*, inquit, *quem in ingenuis gignit pudor.*

28. Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρ. Ἐλεφ. τράχ.] Prior verſus per parentheſin ponitur: in poſteriori repeti debet verbum ἔςω.

30. Μεταμάζιον δὲ ποίει] Homerus Il. έ v. 19. quum ait, Ἀλλ' ἔβαλε στῆθος μεταμάζιον, eam pectoris partem intelligit, quae vtrinque mamma cingitur. nam μεμαμάζιον dicitur τὸ μεταξὺ τῶν μαζῶν, vt μεταίχμιον, τὸ μεταξὺ τῶν αἰχμῶν. Hic autem accipio μεταμάζιον pro *toto pectore*, quod Aristoteles διφυὲς τοῖς μαστοῖς appellat: quos in pectore collocatos esse, his tantum tribus aiunt nonnulli, homini, elephanti, vespertilioni. Quod autem attinet ad χεῖρας Ἑρμῦ· habes haec verba apud Pollucem lib. 7. s. 73. Τὸ δὲ ἐργαλεῖον, καθ' ὃ ἔκλωθον ἐξαρτῶντες τὰ συμπεῖα, γέρων ἐκαλεῖτο· ἦν δὲ ἐκ ξύλυ πεποιημένον κιόνιον, χεῖρας Ἑρμῦ τετραγώνυ ἔχον, ᾧ γέροντος ἐπῆν πρόσωπον· ἀφ' ὃ καὶ τὸ ὄνομα. Quo loco legunt alii τετραγώνυς. Puto autem dici διδύμας χεῖρας, vt dicuntur δίδυμοι ὄρχεις. Scio, et ab alio scriptore fieri mentionem τῶν χειρῶν Ἑρμῦ· sed non succurrit locus.

35. Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων] Haec ἐπανάληψις elegans quidem est, sed anapaestum postulat carmen in hac prima sede: quam legem in tota hac ode, sicut et in aliis multis, seruauit. Quare sunt, qui hic legant μαλερόν.

ODE XXX

1. Αἱ Μῦσαι κ. τ. λ.] Omnes versus huius odes sunt δακτυλικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι, qualis est ille, Ἀτρεῖδαί τε, καὶ ἄλλοι. Hephaestion [Enchir. de metris p. 22. Pau.] autem ait, Anacreontem integras odas composuisse etiam dactylico tetrametro, cuiusmodi est hic, fragmm. Anacr. 57., Ἁδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ.

ODE XXXI

1. Ἄφες με τῦς θεῦς σοι] Corruptus est hic versus, ita tamen, vt aliquis possit ex eo sensus erui, si τὸν θεὸν legatur, et σύ, sed non satis commodus ille quidem. Tota reliqua ode est emendatissima: nec mihi reprehendat quisquam hunc versum, Ἐμαίνετ' Ἀλκμαίων τε, quod corripiatur syllaba διφθογγογραφυμένη· nisi idem Timoclis, comici poëtae, hunc iambicum senarium [ap. Stob. eclogg. ethth. c. 123. p. 616. Turic.: sed legitur ibi τι μανικόν] oppugnet, Ὁ νοσῶν δὲ μανικῶς, Ἀλκμαίων ἐσκέψατο· et hunc quoque versum,

sum, quem Suetonius, Ner. 39., in Neronem iactatum fuisse scribit, Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι.

3. Θέλω, θέλω μανῆναι] Imitatus est Horatius lib. 2. carmm., od. 7, 25. ss., vbi ait, - - *quem Venus arbitrum Dicet bibendi? non ego sanius Bacchabor Edonis: recepto Dulce mihi furere est amico.* Et lib. 3. od. 19, 18. s. *Insanire iuuat: cur Berecynthiae Cessant flamina tibiae?* Hos quoque nostri poëtae versus, odar. 4, 13. ss., Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ, Μύρισον· ῥόδοις δὲ κρᾶτα Πύκασον· κάλει δ' ἑταίρην, ex ipso Horatio sum interpretatus. Sed et quod noster ait, odar. 39, 5. ss., Ἀποῤῥίπτονται μέριμναι, Πολυφροντίδες τε βουλαί, Ἐς ἁλικτύπους ἀήτας· et alibi, si quidem et haec ode eius est, fragmm. 2, 9. s. Ἐμῶν φρενῶν μὲν αὔραις Φέρειν ἔδωκα λύπας· ille sic, 1. od. 26, 1. ss., *Tristitiam, et metus, Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis.* Sed illa leuiora videri possint. Haec vero maioris sunt momenti, in quibus apertius imitatur, vel potius interpretatur, nostrum poëtam: vt lib. 3. od. 11, 9. ss. de Lyde amica, *Quae, velut latis equa trima campis, Ludit exsultim, metuitque tangi, Nuptiarum expers, et adhuc proteruo Cruda marito.* Anacreon, odar. 61, 1. ss., Πῶλε Θρηϊκίη, τί δή με Λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα, Νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δὲ κ. τ. λ. Paulo post, v. 9. s., Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι, Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις. Horatius lib. 1. od. 23, 1. ss., *Vitas hinnuleo me similis, Chloë, Quaerenti pauidam montibus auiis Matrem, non sine vano Aurarum syluae metu.* Anacreon, fragmm. 21., Οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν, ὅς τ' ἐν ὕλῃ κεροέσσης ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη. Idem Horatius eodem libro, 1. od. 27, 1. ss., *Natis in vsum laetitiae scyphis, Pugnare Thracum est. tollite barbarum Morem* etc. Anacreon, odar. 57, 7. ss., Ἄγε δῶτε, μηκέθ' οὕτω Πατάγῳ τε, κἀλαλητῷ, Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ Μελετῶμεν, ἀλλὰ καλοῖς Ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις· nisi mendum hic est. Caeterum vel ex his aestimare possumus, quam multa ex nostro poëta mutuatus sit Horatius: quae paterent omnibus, si, quemadmodum huius, ita et illius, opera extarent. quanquam satis notum est, plura hunc ex Alcaeo, quam ex vllo alio, transscripsisse. quod nec ipse dissimulat. Videamus ergo et carminum huius aliquot particulas, quas suis odis Horatius assuit. Alcaeus, fragmm. p. 100. Vrsin., Ὕει μὲν

ὁ Ζεὺς, ἐν δ' ὠρανῶ μέγας Χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί· κάββαλλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς Πῦρ, ἐν δὲ κιρνὰς οἶνον ἀφειδέως. Horatius, 1. od. 9, 1. ff., *Vides, vt alta ſtet niue candidum Soracte, nec iam ſuſtineant onus Syluae laborantes, geluque Flumina conſtiterint acuto. Diſſolue frigus, ligna ſuper foco Large reponens, atque benignius Deprome quadrimum Sabina, o Thaliarche, merum diota.* Vides, vt hic Horatius non imitetur Alcaeum, ſed ita eum interpretetur, vt verbum verbo reddat. Alcaeus, fragmm. p. 100. Vrſin., Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πίνειν. Horatius, 1. od. 37, 1. ſ.,. *Nunc eſt bibendum, nunc pede libero Pulſanda tellus.* Alcaeus, fragmm. d. l. Vrſin., Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρον ἀμπέλω. Horatius 1. od. 18. 1. ſ. *Nullam, Vare, ſacra vite prius ſeueris arborem Circa mite ſolum Tiburis, et moenia Catili.* Alcaeus, fragmm. d. l. Vrſin., Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄςρον περιτέλλεται· Ἁ δ' ὥρα χαλεπά· πάντα δὲ διψᾶ ὑπὸ καύματος. Horatius ad pocula Mecaenatem inuitans, 3. od. 29, 18. ff., — *iam Procyon furit, et ſtella veſani leonis, Sole dies referente ſiccos.* Sed haec certe ſunt pauca ex multis, quae afferre poſſemus, ſi ex pleno fonte haurire liceret. Nam ſi haec omnia ἀποσπασμάτια inter Horatii odas latere deprehendimus: quid ſi corpus integrum huius Graeci poëtae extaret? Certe quod ad odam illam, 1. od. 9., attinet: *Vides, vt alta ſtet niue candidum Soracte*; non puto, principium tantum eius ſumtum ex Alcaeo, ſed totam eius eſſe odam. nam et quae proxime hanc ſequitur, 1. od. 10., eius eſſe conſtat, nimirum illam: *Mercuri, facunde nepos Atlantis* etc. Sunt aliae odae, in quibus Alcaeum non quidem per omnia ſecutus videtur, ſed diſperſe aliqua eius dicta collocaſſe. quarum etiam illa eſt ad teſtam, 3. od. 21., *O nata mecum, conſule Manlio.* in hac enim, cum in aliis aliquot verſibus videtur expreſſiſſe quaedam Alcaei, tum in vltimis his, v. 23. ſ., *Te* [o teſta] *viuae producent lucernae, Dum rediens fuget aſtra Phoebus,* videri poſſit alluſiſſe ad haec illius verba, fragmm. p. 101. Vrſin., Πίνωμεν, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν; δάκτυλος ἀμέρα. Quid autem ſibi velit in hoc verſu δάκτυλος ἀμέρα, quae verba nonnulli mendoſa exiſtimant, apparet ex quodam incerti autoris epigrammate, [Anthol. 7, 189. p.

1005:

1005. Lubin. conf. Stephanus ſchediaſmm. varr. 3, 30.], cuius initium eſt: Πῖν', Ἀσκληπιάδη· τί τὰ δάκρυα ταῦτα; τί πάσχεις; ſic autem clauditur: Πίνωμεν Βάκχȣ ζωρὸν πόμα· δάκτυλος ἀώς· Ἢ παλι κοιμιςὴν λύχνον ἰδεῖν μένομεν; Videtur autem autor verbis Alcaei voluiſſe ſuum epigramma claudere, non legens, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν, ſed τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν, pro ἀναμένομεν· quam lectionem habes etiam alicubi apud Athenaeum. Si tamen Horatius alluſit ad hunc Alcaei verſum, σβέννυμεν legit. Et de hoc quidem loco hactenus. Videtur autem et in illa ode, 1. od. 14., cuius initium eſt, *O nauis referent in mare te noui Fluctus*, imitatus Alcaeum, ex quo extant nonnulla eodem modo ἀλληγορȣ́μενα. Plena autem fuiſſe huiuſmodi allegoriis eius carmina, teſtantur veteres ſcriptores. Quum enim ille aperte inuehi in tyrannos non auderet, obſcure loquebatur. Ex Pindaro quoque nonnulla mutuatus eſt Horatius, vt hoc odes initium, 1. od. 12., *Quem virum, aut heroa, lyra, vel acri Tibia, ſumis celebrare, Clio?* Sic enim Pindarus, Olympp. 2, 1. ſſ., Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, Τίνα θεόν; τίν' ἥρωα; Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν; Denique Horatius multa ex iis, quos nominauimus, poëtis, aliiſque, aperte tranſfert: quae autem aliunde ita mutuatur, vt ſua tamen velit videri, ea ita in varias formas commutat, vt vix ab eo, cuius ſunt, ſi adſit, agnoſci poſſint. Et hoc eſt honeſte furari. Nam non eſſe turpe ex antiquo ſcriptore furari, docuerunt nos ſuo exemplo ipſi Graeci, quorum furta memoriae prodita ſunt quam plurima. Ipſe enim Homerus ex Orpheo, et Muſaeo, multa furatus eſt: ex Homero viciſſim poſteri fere omnes multo plura. Quid poëtae tragici? Euripides multa, non Homero tantum, ſed et aliis, compilauit, qui Homeri aetatem ſecuti ſunt: Sophocles rurſus haud pauca Euripidi. Sed nec ipſi comici alii ab aliorum ſcriptis manus abſtinuerunt. Ita igitur furari turpe non eſt, ſed furti conuinci, hoc vero longe eſt turpiſſimum. Nam et apud Lacedaemonios, qui caute furari potuerat, impunitus abibat; qui in furto deprehenſus erat, loris caedebatur. Nec iniuria, meo quidem iudicio. nam, *Quam quiſque nouit artem, in hac ſe exerceat.* At qui in furto deprehenditur, imperitus eſt artis, quam profitetur.

ODE XXXII

ODE XXXII

18. Τί φῂς ἀεὶ κηρωθείς;] Corruptus eſt hic verſus: in quo ſi καρωθεὶς legas, erit hoc quidem verbum ad verſus menſuram aptius, ſed ad ſenſum poëtae non ſatis accommodatum: qui quid voluerit, manifeſtum eſt ex verſu ſequenti: quae tamen eius verba fuerint, diuinare non facile eſt.

ODE XXXIII

5. Ἢ Νεῖλον ἢ 'πὶ Μέμφιν] Suſpectus non debet eſſe cuiquam hic locus. nam ſic alibi, odar. 9, 22. ſ., Τί γάρ με δεῖ πέτεσθαι Ὄρη τε καὶ κατ' ἀγρούς. Sic et poëtae Latini nonnunquam praepoſitionum ordinem inuertunt.

ODE XXXIIII

6. Ὅρα κἀν ςεφάνοισιν] Sic Ouidius, Amorr. 2, 5. 37., *Quale roſae fulgent inter ſua lilia mixtae.* Quemadmodum autem hic noſter poëta ex corollis probat canorum ſuorum colorem non adſpernandum: ita et nigrum colorem ex iiſdem commendat quidam paſtor apud Theocritum, Idyl. 10, 28. ſ., his verſibus, Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐςὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος· Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς ςεφάνοις τὰ πρῶτα λέγονται.

ODE XXXVI

6. Ἀπαλὸν πόμα Λυαίου] Mirum eſt, non ſolum hic, ſed et in ſequentibus, bis in eadem oda, repeti hanc lectionem, in illis verſibus, Τὸ μὲν οὖν πόμα λαβωμεν. Qui poſſit ex hoc verbo πόμα fieri iambus, non video: ποτὸν autem aptius eſſet, ſed non videtur ita leniter cadere.

ODE XXXVII

10. Καρποῖσι γαῖα προκύπτει] Videtur poſtulare verſus, vt legatur καρποῖς· niſi et hoc diuerſum eſt carmen a caeteris.

ODE

ODE XXXVIII

6. Ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι] Hephaeſtion [Enchir. de metris p. 16. Pau.], citans hos duos verſus, legit, Πάρεςι γὰρ, μαχέσθω. Vt habemus, ſenſus eſt facilior, ſed non ſtat verſus; vt legit ille, verſus eſt integer, ſed haerebimus in ſenſu: niſi forte πάρεςι γὰρ per parentheſin dictum ſit, pro ἔξεςι γὰρ, vt ſit, *Si quis pugnare vult, pugnet: per me licet; non eum teneo:* vt Virgilius Aen. 4, 380. loquitur. Sic alibi, odar. 26, 7., dixit, Ὅπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω. Et quidam alius in hunc ſenſum, Δός μοι πιεῖν, μάχαι δ' ἄλλοισι, καὶ πόνος, Μέλοι. Tibullus quoque in quadam elegia, 1. eleg. 11, 31. ſ., ſic ludit, *Vt mihi potanti poſſit ſua dicere facta Miles, et in menſa pingere caſtra mero.*

12. Σειληνὸν ἐν μέσοισι] Videtur deeſſe δὲ particula: ſed lex verſus fortaſſe eam excluſit.

ODE XXXVIIII

3. Αἰγαίνειν ἄρχεται Μούσας] Dimeter eſt acatalectus, ſiue acatalecticus: cuiuſmodi alios reperies alibi.

15. Βιότου μέλπω γαλήνην] Non hic tantum μέλπω correptam habet priorem ſyllabam, ſed et in illo verſu, odar. 53, 2., Μέλπομαι ῥόδον θερινόν· et in illo, odar. 58, 2., Μέλπομαι βρύοντα μίτραις. vterque enim verſus eſt iambicus dimeter catalecticus.

ODE XXXX

1. Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισι] Antea vidimus, vt nonnulli integras odas ex hoc poëta in ſua epigrammata tranſſcripſerint. Vide vt ipſe etiam Theocritus ex hac ſuum Ἔρωτα κηριοκλέπτην, Idyl. 19., fecerit. Sic enim ille, Τὸν κλέπταν ποτ' ἔρωτα κακὰ κέντασε μέλισσα, Κηρίον ἐκ σίμβλων συλεύμενον, ἄκρα δὲ χειρῶν Δάκτυλα πάνθ' ὑπένυξεν· ὁ δ' ἄλγεε, καὶ χέρ' ἐφύσση, Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἄλατο· τᾷ δ' Ἀφροδίτᾳ Δεῖξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο, ὅττι γε τυτθὸν Θηρίον ἐντὶ μέλισσα, καὶ ἁλίκα τραύματα ποιεῖ. Χ' ἁ μάτηρ γελάσασα, Τί δ'; οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις; Χ' ὡ τυτθὸς μὲν ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς. Quae nos

ſic

ſic vertimus, vt cum Latina Anacreontis oda conferrentur, *Improba apis quondam furem confixit Amorem, Dum rapit ille fauos aluearibus, articuloſque Vndique perſtrinxit ſummos. dolet ille, manumque Exſufflans, pede pulſat humum: laeſumque parenti Oſtendit digitum et queritur, quod, tantula viſu Beſtia quum ſit apis, tantum det acumine vulnus. Cui tum ſubridens mater, Quid? non apis et tu Es ſimilis, qui tantillus das vulnera tanta?*

14. Πονεῖ τὸ τᾶς μελίττας] Dorice. Libenter autem implicat articulos hoc modo poeta, vt in illis verſibus, odar. 45, 1. ſ., Ὁ ἀνὴρ ὁ τῆς Κυθήρης Τὰ βέλη τὰ τῶν ἐρώτων· et alibi, odar. 25, 7. ſ., Πίωμεν ȣ̃ν τὸν οἶνον Τὸν τȣ̃ καλȣ̃ Λυαίȣ· illic item, odar. 5, 1., Τὸ ῥόδον τὸ τῶν ἐρώτων, multiſque aliis in locis. Habent enim magnam venuſtatem in his verſibus huiuſmodi articuli. at multa ſunt carminum genera, quibus adhibiti, aures offenderent.

ODE XXXXI

2. Ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον] Propter verſum ω in ο mutatum videtur: quod apud Homerum nouum non eſt.

16. Τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν] Ex hoc, aut ex ſimili, loco eſt illud Μακεδονίȣ ὑπάτȣ [Anthol. 1, 26. 4. p. 34. Steph. p 72. Lubin.]: Τὴν γὰρ Ἀνακρείοντος ἐνὶ πραπίδεσσι φυλάσσω Παρφασίην, ὅτι δεῖ φροντίδα μὴ κατέχειν.

18. Ὀδυρωμένῳ] Recte ὀδυρωμένῳ. nam non ὀδύρεσθαι ſolum, ſed et ὀδυρᾶσθαι, eſt in vſu.

ODE XXXXII

16. Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων] Poſt hunc verſum videtur aliquid deeſſe.

ODE XXXXIII

3. Ὀλίγην δρόσον πεπωκὼς] Quod hic πίνειν, Theocritus σιτίζεσθαι dicit Eidyll. 4. v. 16. μὴ π. ῶνας σιτίζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ; Et Virgilius ecl. 5, 77. *Dumque thymo paſcentur apes, dum rore cicadae.* Plinius H. N. 2, 26. dicit, eas ore carere, ſed quiddam aculeatum habere in pectore, quo rorem lambunt.

4. Βασι-

4. Βασιλεὺς ὅπως ἀείδεις] Verti *regina:* quod cicada nomen foemininum ſit. aiunt tamen cantare ſolum marem, tacere foeminam. vnde reprehendens mulierum loquacitatem Xenarchus comicus: [vid. γνῶμαι comicc. Graecc. p. 452. Steph.]: dixit, Εἶτ' εἰσὶν οἱ τέττιγες οὐκ εὐδαίμονες, Ὧν ταῖς γυναιξὶν οὐδ' ὁτιοῦν φωνῆς ἔνι; Sed hic generalius locutum poëtam noſtrum exiſtimare debemus.

8. Χ' ὁπόσα φέρουσιν ὧραι] Antea admonui, literam φ nonnunquam praecedentem ſyllabam producere.

15. Τὸ δὲ γῆρας οὔ σε τείρει] Hoc fortaſſe dicit, quia, vt inquit Lucretius, 4, 56., *veteres ponunt tunicas.*

ODE XXXXVI

1. Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι] Videtur huc pertinere illud diſtichum, Εἰ μισεῖν πόνος ἐστὶ, φιλεῖν πόνος· ἐκ δύο λοιπὸν Αἱροῦμαι, χρηστῆς ἕλκος ἔχειν ὀδύνης.

5. Γένος οὐδὲν εἰς ἔρωτα] Propertius, 1. eleg. 5, 23., *Nil tibi nobilitas poterit conducere amanti.*

7. Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν] Eleganter idem, 2. eleg. 13, 11. ſ., *Cynthia non ſequitur faſces, nec curat honores: Semper amatorum ponderat illa ſinus.*

8. Ἀπόλοιτο πρῶτος αὐτὸς] Quomodo ἀπόλοιτο, ſi iam olim ἀπώλετο; Nimirum hoc ita dicitur, vt a Propertio, 2. eleg. 14, 31. ſ., *Illi ſub terris fiant mala multa puellae, Quae* etc.

10. Διὰ τοῦτον οὐκ ἀδελφὸς] Timocreon Rhodius initio cuiuſdam Scolii: [Bruncquius eo auxit exemplum carminum Anacreonticorum Argentoratenſe vtrumque, 1. p. 85. 2. p. 88.]: Ὤφελες, ὦ τυφλὲ πλοῦτε, Μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, Μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανῆναι· Ἀλλὰ τάρταρόν τε ναίειν, Κἀχέροντα· διὰ σὲ γὰρ Πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά.

13. Τὸ δὲ χεῖρον, ὀλλύμεσθα] Quia argenti cupiditas facit, vt venales ſint amicae.

ODE L.

1. Ὁ τὸν ἐν πότοις ἀτειρῆ] Legitur et ſic, Ὁ τὸν ἐν πόνοις ἀτειρῆ, Νέον ἐν πόθοις ἀταρβῆ.

6. Πότον ἄϛονον κομίζων] Ita malim, quam Πόθον, vt πότον ἄϛονον intelligamus λαθικηδέα οἶνον, vt Alcaeus dixit: et vt Homerus, Odyſ. δ', 221., φάρμακον quoddam νηπενθὲς vocauit.

ODE LI

5. Ἄρα τις ὕπερθε λευκὰν] Quidam putant legendum hic θάλασσαν.

10. Χ' ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι] Melius fortaſſe propter verſum, Ὅσα μὴ θέμις δ' ὁρᾶσθαι. Sic autem in quodam epigrammate Δημοκρίτȣ, [Anthol. 4, 12. 28. p. 326. Steph. p. 688. Lubin.], quod eſt eiuſdem argumenti, Στέρνα μόνον φαίνȣσα, τὰ καὶ θέμις.

12. Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτὰ] Nullum ſenſum ex his verbis poſſum eruere: propterea crediderim legendum, Ἀλαλημένον δ' ἐπ' ἀκτᾷ.

ODE LII

2. Φέροντες] Melius Φέρȣσιν.

15. Ἐρατὸς νέος ἐλυσθεὶς] Quum nec ſtet verſus, nec ſenſus reperiatur: malim legere μεθυσθείς. Nam dixit, Ὃν ὅταν πίνῃ γεραιὸς· nunc περὶ τȣ̃ νέȣ idem dicit, ſed aliis verbis.

ODE LIII

3. Συνεταιρεῖ αὔξει μέλπειν] Quidam putant hic legendum, Συνέταιρε δ' αὖξε μολπήν. Latere certe hic ſuſpicor magnum aliquod mendum.

6. Χάρισίν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις] Confer hunc locum cum illo, odar. 5, 9. ſſ., Ῥόδα παῖς ὁ τῆς Κυθήρης Στέφεται καλοῖς ἰȣ́λοις Χαρίτεσσι συγχορεύων.

11. Γλυκὺ καὶ ποθȣ̃ντα πεῖραν] Puto hic legendum, Γλυκὺ καὶ ποθȣ̃ντα πεῖραι. nam, et parua eſt mutatio literarum, et ſenſus eſt, meo quidem iudicio, elegantiſſimus, quem ego

ego ita expreſſi, hunc locum vertens, *Eſt grata colligenti, Spineta vt ante pungant, Viaeque ſenticoſae.* Vtor autem hic particula *vt* pro *quamuis.* Nec vero de verbo πεῖρα quiſquam duibitet. nam ita dixit ante, odar. 7, 6., Τροχάοντα πεῖρεν ὕδρος.

16. Ὠσσοφῷ] Vide, num legendum Ὀρόφῳ, quod verbum pro *tota* etiam *domo* vſurpatur. vnde ὑπωρόφιοι.

34. Κορυφῆς ἐδείκνυε Ζεύς] Legitur et, Κορυφῆς ἔδειξεν ὁ Ζεύς.

ODE LIIII

1. Ὅτ' ἐγὼ νέοις ὁμίλων] Suſpicor ita ſcripſiſſe poëtam, Ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον Ἐσορῶ, πάρεστιν ἥβα vt antea dixit, odar. 47, 4. ſ., Τρίχας γέρων μέν ἐστι, Τὰς δὲ φρένας νεάζει.

6. Παράδος] Non dubito, quin hic legendum ſit, Ῥόδα δός.

10. Φερέτω ῥοιὰν ἀπ' ὀπώρης] Legere potes et ῥοάν· ſed et ῥοιὰν poteſt ferri, vt vidimus antea ποιῶ paſſim correpta priore, vbi alii πῶ ſcribere malunt. Sed nihil neceſſe, niſi et pro τοιαῦτα, apud Theocritum, Idyl. 11, 18., prima breui, ſcribere velimus ταῦτα, idemque in caeteris facere. quod ego certe non probarim.

ODE LV

1. Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι] Suſpicor νόθον eſſe hoc odarium.

Haec fere ſunt, quae αὐτοσχεδίως a nobis obſeruata, rudioribus non ingrata fore exiſtimauimus. Alia quidem praeterea examinanda, et caſtiganda, reſtant, ſed conſulto a nobis praetermiſſa, quia de illis amplius deliberandum cenſemus. Quod autem ad verſus attinet, quibus vſus eſt noſter poëta, animaduertendum eſt, duo eſſe eius odarum genera. Vnum enim genus eſt earum, quae ſunt μονοειδεῖς, et, vt ita dicam, ſimplices; in quibus omnibus, iambico dimetro καταληκτικῷ vtitur, quod carmen

Ἀνακρεόντειον appellatur, praeterquam in duabus, quarum altera conſtat tota verſibus δακτυλικοῖς τριμέτροις ἀκαταλήκτοις, illa videlicet, cuius initium eſt, odar. 30., Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα· altera autem verſibus trochaicis, partim ἀκαταλήκτοις, partim etiam καταληκτικοῖς, nimirum illa, odar. 61., Πῶλε Θρηΐκίη, τί δή με. Alterum genus eſt earum, quae ſunt mixtae ex diuerſis verſibus, puta iambicis dimetris καταληκτικοῖς, et ἀκαταλήκτοις, item ex choriambicis, anapaeſticis, dactylicis, aliiſque, quos ex variis συζυγίαις, ſed ἰσοδυναμούσαις, conſtituit. Ex Alcaei autem verſibus, quos hic habes, alii ſimiles ſunt Horatianis illis, 4. odar. 4, 1. ſ., *Qualem miniſtrum fulminis alitem, Cui rex deorum regnum in aues vagas* etc.: alii autem ſimiles illis, 1. odar. 18, 1. ſ., *Nullam, Vare, ſacra vite prius ſeueris arborem Circa mite ſolum Tiburis, et moenia Catili.* Ode autem Sapphus conſtat verſibus illis, qui apud Horatium etiam Sapphici nominantur, et Adonio. Hoc tantum intereſt, quod Horatius in ſecunda ſede ſolo vtatur ſpondaeo: at illa modo ſpondaeum, modo trochaeum, admittat. Hic autem verſus, Μή μ' ἄταισι, μήδ' ἀνίαισι, δάμνα, nemini ſuſpectus eſſe debet. Nam quamuis ἄτη longum habeat α apud Homerum, tamen hic corripitur: eſtque trochaeus in prima ſede huius verſus, vt et in aliis. Quidam enim antiquus grammaticus, docens, apud Aeoles nonnunquam α licenter corripi, hunc verſum citat. Sed ille certe verſus, Κ' ὅττι γ' ἐμῷ μάλις' ἐθέλω γενέσθαι, merito ſuſpectus eſſe poteſt. Nam non caret mendo. reliqua bene habent.

TANEGVIDI FABRI

IN

ANACREONTEM

NOTAE

AD

LECTOREM

De meo conſilio monendus es, Lector. In hac Anacreontis editione hoc praeſtiti, aut praeſtare certe volui. Primum, vt quam emendatiſſimus prodiret Anacreon, et commode deſcriberetur. Hac in re illuſtriſſimi praefecti aerarii benignitate adiuti, eam libello elegantiam addidimus, quae ſi plane exquiſitiſſima non eſt, nec ad veterum ſplendorem comparanda, huius certe vrbis captum ſuperare videbitur. Dein quae dubia erant, ſtrictim quidem, ſed diligenter tamen, examinaui; quae corrupta, et vitiata, fuerant, emendare tentaui. Porro autem, vel data occaſione, vel arrepta etiam, ſi cunctantius ſequeretur, aliorum ſcriptorum emendationes adieci. In iis, fateor, paulo frequentior eſt Heſychius; ſed ne quis; hoc eorum cauſſa dico, qui me ignorant; inepta, neſcio qua, oſtentatione, vel ſcribendi intemperantia; quod vtrumque vitium procul a me eſt; id factum fuiſſe exiſtimet, cauſam aperiam. Studioſos excitare volui, ſi qui forte ſociatis viribus vtiliſſimum illum ſcriptorem aggrederentur; ipſe certe non aſpernandam ſymbolam darem. Habes, quid a me praeſtitum ſit: accipe nunc aliud, quod praeſtitum non fuit. Decreueram Graeca odaria proſaico ſermone conuertere, qui ſcirem, in ea verſione, quae carminis neceſſitate, et metri vinculis, adſtricta ſit, multa eſſe duriora, et obſcuriora; quaedam etiam non ſatis perite, aut intellecta, aut conuerſa; ſed amici, in quorum poteſtate eſſe ſoleo, per epiſtolas dehortati ſunt; rationes afferrem, ſi tanti ea res foret. Parui itaque: ſed, vt id dicam, quod res eſt, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. *illam enim interpretandi rationem nunquam probaui; quippe quae doctis hominibus non neceſſaria, ſemidoctis autem paene inutilis, ſit, nonnunquam etiam obſit propter intricatam, impeditamque, obſcuritatem, quam nemo interpres, quantacunque vtatur diligentia, vitare poſſit. Vale. Salmurii, M. DC. LX*

TANEGVIDI FABRI
IN
ANACREONTEM
NOTAE

CAPVT I

I. *E Suida error ſublatus, circa aetatem Anacreontis.*
II. Τὸ λέγειν *etiam de re grandiori, et heroica, dici poſſe, contra quam Euſtathio viſum ſit.*
III. *Lapſus Suidae.*
IIII. *Heſychius emendatus.*
V. *Iterum emendatus, et ſuppletus.*
VI. *item: vt et*
VII. VIII. *Contra Euſtathium.*
VIIII. *Heſychius emendatur, et ſuppletur.*
X. *Odarii ſexti titulum falſum eſſe; et quodnam ſit illius argumentum.*
XI. *Locus Anacreontis non antea intellectus explicatur aduerſus Stephanum.*
XII. *Heſychius emendatus.*

De Anacreonte haec Suidas ex veterum commentariis: Ἀνακρέων. Τήϊος λυρικός· Σκυθίνȣ υἱός· οἱ δὲ Εὐμήλȣ· οἱ δὲ Παρθενίȣ· οἱ δὲ Ἀριςοκρίτȣ ἐδόξασαν· ἔγραψεν ἐλεγεῖα, καὶ ἰάμβȣς, Ἰάδι πάντα διαλέκτῳ. Γέγονε κατὰ Πολυκράτην τὸν Σάμȣ τύραννον Ὀλυμπιάδι νβ΄· οἱ δὲ ἐπὶ Κύρου, καὶ Καμβύσȣ, τάττȣσιν αὐτὸν

κατὰ τὴν κέ Ὀλυμπιάδα. ἐκπεσὼν δὲ Τέω διὰ τὴν Ἱστιαίου ἐπανάστασιν, ᾤκησεν Ἄβδηρα ἐν Θρᾴκῃ κ. τ. λ: *Anacreon. Teius Lyricus, Scythini filius: alii, Eumeli: alii, Parthenii: alii, Aristocriti, filium dixerunt. Scripsit Elegias, et Iambos, omnia Ionica dialecto. Vixit tempore Polycratis, Samiorum tyranni, Olympiade 52.: alii vero Cyri, et Cambysae, tempore eum vixisse produnt Olympiade 25. Cumque Teo pulsus esset ob Histiaei rebellionem, Abdera vrbem Thraciae petiit* etc. Ait, omnia ab illo scripta fuisse Ἰάδι διαλέκτῳ. quod verum est. semper enim ἐν τοῖς μάλιστα Ἰωνικοῖς habitus fuit Anacreon. Quamobrem huius scriptoris esse haud arbitror illa omnia odaria, quae Dorico sermone conscripta sunt, quamuis ceteris eius poëmatiis intermixta legantur. De iis erit quod moneam, prout in progressu operis occurrent. Addit Suidas floruisse Anacreontem Ὀλυμπιάδι ΝΒ´ (*Olympiade LII.*); quod verum esse potest. Anacreon enim familiariter cum Polycrate, Samiorum principe, vixit, vt ex Herodoto constat. Polycrates autem eodem tempore florebat, quo apud Aegyptios regnabat Amasis, cuius tempora notissima sunt. Sed quod mox apud Suidam legitur, cum Cyri, et Cambysae, imperia in Olympiadem 25. conjicit, est illud vero a fide veteris historiae sane quam remotissimum. Legendum itaque est, non ΚΕ´ (XXV.), sed ΞΒ´ (LXII.). Cyrus enim regnum Persarum auspicatus est anno 1. Olymp. 55.: at totius Asiae imperium Olymp. 62. est exorsus. Floruit itaque Anacreon eadem tempestate, qua Solon, Aesopus, Croesus, Pisistratus etc., annis ante Christum 555. plus minus. Dixi, plus minus. quae enim de Histiaeo addit Suidas, id facile probant. res est ex Herodoto, et aliis, notissima. Vnus itaque ex vetustissimis totius Graeciae scriptoribus erit Anacreon. Pindaro certe, et Aeschylo, prior est.

Ode I. v. 1. Θέλω λέγειν Ἀτρείδας] Negat Eustathius p. 9. edit. Rom. τὸ λέγειν dici posse de iis rebus, quae granditatem, siue ἔξαρμα, et ὕψος, habeant; eaque sententia Strabonis fuisse videtur lib. 1. Γεωγραφουμένων, p. 18. Casaub. Sed vel hic vnus Anacreontis locus satis ostenderit, quam vere isthuc scriptum fuerit. Nemo enim, vt opinor, negauerit,

gauerit, per Ἀτρείδας intelligi materiam epici carminis. Adde, quod aperte demonstrat, et λέγειν, et ᾄδειν, esse verba ἰσοδυναμοῦντα etiam in genere sublimi. Vbi enim dixit, Θέλω ΛΕΓΕΙΝ Ἀτρείδας, tum ἐκ παραλλήλου addit, Θέλω δὲ Κάδμον ΑΙΔΕΙΝ. His addi etiam potest et Theocriti auctoritas, qui in Idyllio illo plane heroico, vbi Ptolemaeum ἐγκωμιάζει, Idyl. 17, 3., sic habet, Ἀνδρῶν δ' αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι ΛΕΓΕΣΘΩ. Sed in Odario 16. nonne et haec legas?

Σὺ μὲν ΛΕΓΕΙΣ τὰ Θήβης,

Ὁ δ' αὖ Φρυγῶν ἀϋτάς.

Ibid. v. 2. Κάδμον] Quem circa tempora Gedeonis vixisse, nonnulli existimant. Et quia primus aeris conflandi artificium apud Thebas inuenisse dicitur; Hyginus, fab. 274., et Plinius, H. N. 7, 56., testes sunt: hinc puto factum, vt apud Hesychium Κάδμος pro *clypeo*, *hasta*, et *galea*, sumatur. Clarissimi scriptoris verba sunt: Κάδμος· δόρυ, λόφος, ἀσπίς· Κρῆτες. Innuit scilicet, ita vsurpasse illam vocem Cretenses. Obiter aperiam Suidae errorem. Κάδμος ὁ Μιλήσιος, εὑρετὴς τῶν γραμμάτων. *Cadmus Milesius, literarum inuentor.* quod falsum est. tamen id probat ex Zenonis epigrammate, quod apud Laërtium 7, 30. emendatius legas. Sed, vel pessime epigramma illud intellexit Suidas, vel pro Κάδμος ὁ Μιλήσιος, qui fortasse exscriptoris error fuerit, legendum, Κάδμος ὁ Φοῖνιξ.

Ibid. v. 3. Ἁ βάρβιτος] Ex Athenaeo, 4, 23. p. 175. E, et 14, 9. p. 635. D, discere est, fuisse olim, qui dicerent, barbitum inuentum esse Anacreontis, alios autem illius inuentionis honorem Terpandro detulisse. Vtrum autem, et quatenus, a lyra differat, non tanti est, vt studiose quaeratur; cum praesertim in hoc ipso odario, et βάρβιτος, et λύρα, pro eodem plane instrumento sumantur; atque adeo vtrumque olim veteres magistri confuderunt. Hesychius; Βάρβιτος· εἶδος κιθάρας, ἢ ὀργάνου μουσικὸν [leg. μουσικοῦ], ἢ λύρα, οὕτω καὶ βαρβίτω. quae postrema verba corrupta sunt. Lego, ὅπερ καὶ βάρβιτον. innuit scilicet,

non modo reperiri βάρβιτος, sed et τὸ βάρβιτον· quod ex Anacreonte alibi, odar. 9, 34., patet.

Ode II. v. 4. Χάσμ' ὀδόντων] Quid hoc sit, notius est, quam vt explicatione videatur egere. Sed χάσμα θηρὸς, id aliud est. Hesychius: Χάσμα θηρός· ὄψις θηρὸς, [τὸ θαλάσσης πρόσωπον]· quae postrema verba a nemine intelligi poterunt. qui enim fiat? χάσμα θηρὸς erit *maris facies*? non ita. Sed sic sese res habet, vt dicam. Locus mutilus est, supplendusque, et emendandus, vt iam audies: Χάσμα θηρός· ὄψις θηρός. ΧΑΣΜΑ ΠΕΛΑΓΟΥΣ· τὸ τῆς θαλάσσης πρόσωπον. Habebat autem ante oculos hunc Herodoti locum, 4, 85.: Ἐκδιδοῖ δὲ ὁ Ἑλλήσποντος εἰς [χάσμα πελάγεος], τὸ δὴ Αἰγαῖον καλέεται, p. 252. edit. Marnianae, Stephanianae autem p. 158. Quo loco tamen audebo dicere errasse Hesychium. nam χάσμα πελάγους non significat *maris faciem*, sed *vastum maris spatium*. vnde et Horatio, 2. od. 16, 1. s., *patens Aegaeum* dicitur; *in patenti Prensus Aegaeo.* Nisi si, quo magis inclinat animus, dixeris, addita ista olim a sciolo quodam fuisse, qui illum Herodoti locum non recte intellexerit. Hoc enim monendum arbitror, multos olim Hesychii purpurae suos pannos ausos fuisse assuere, et optima quaeque corrupisse, aliquando etiam detraxisse. Idque ita esse, vel hinc facile intelligas, quod in praefatione operis id se facturum pollicetur, quod raro praestitit. Sciunt docti, quid velim. de prouerbiorum explicatione loquor. Addam et hoc monitum, reperiri in illo pretiosissimo Hellenismi thesauro carbones ex Graeco vulgari, quod hodie Ῥωμαϊκὸν vocant.

Ibid. v. 8. Γυναιξὶν οὐκέτ' εἶχεν] Id est, *Nil amplius habebat Natura, quod mulieribus largiretur; iam omnes suas facultates exhauserat.* Hanc autem explicationem illi anteponendam putem, quam vterque interpres attulit.

Ode III. v. 17. Φέροντα τόξον] Existimauit Henr. Stephanus, legendum esse φέρον δὲ τόξον, non quod dici nequeat βρέφος φέροντα τόξον, habita scilicet significationis, non autem generis, ratione; nam, et *senium* pro *sene*, et *scelus* pro *scelesto*, cum masculinis iungi certum est, idque apud

Teren-

Terentium: [vid. Eun. 2, 3. 10. Andr. 3, 5. 1.]: linguae Latinae canonem: sed quia praecedente μὲν debebat sequi δέ. Ratio ipsa sane vera est; animaduersio autem non vera est. nihil enim necesse fuit mutari, cum mox sequatur, παρὰ δὲ κ. τ. λ.

Ibid. v. 25. Τὸ τόξον ἐςί μοι νῦν] Locus corruptus. *Age*, inquit, *experiamur*, *hic arcus mihi nunc est*, *madefactus neruus corrumpitur*, vel *laeditur:* planissima ἀνακολουθία. Si ratio quidem carminis id pateretur; legerem, εἰ τοῦδε τόξου μοι νῦν βλάβεται βραχεῖσα νευρή. *Experiamur*, inquit, *nunc*, *an arcus nostri neruus imbre corruptus sit.* Alii aliud quaerent, eruntque in quaerendo fortasse feliciores. non inuidero: mihi suspicionem meam aperuisse sat fuerit. Sed nulla auxilii copia est, nisi succurrat anapaestus, qui in priori sede collocetur. ita enim hoc elegantissimum poëmatium scriptum est, vt omnes versus ab anapaesto incipiant. absque quo esset, nil fieret.

Ibid. v. 28. ἧπαρ] In quo sedem amoris veteres statuebant. Horatii locus, 1. od. 25, 13. ff., notissimus est, *Cum tibi feruens amor*, *et libido*, *Quae solet matres furiare equorum*, *Saeuiet circa iecur vlcerosum.* In eadem sententia post Anacreontem fuit Plato, et qui illius διαδοχὴν continuarunt.

Ibid. v. 29. καχάζων] Pro recepto καγχάζων. Est autem vox imitatiua. inde Latinorum *cachinnor*, conuersione solenni τοῦ A in I, vt ex τρυτΑνη fit *trutIna*; ex κάνΑςρον, *canIstrum*; ex μηχΑνὴ *machIna.* Vsus et hoc verbo est Theocritus Idyllio 5. v. 142., sub finem, Χἠγὼ γάρ, ἴδ', ὡς μέγα τοῦτο καχαξῶ· quod exemplum Henr. Stephani diligentiam fugit. Emenda Hesychium in καφάζειν. En tibi illius verba: ΚΑΦΑΖΕΙΝ· γελᾷν. ΚΑΦΑΖΟΙ· κακχάζοι, γελᾷ. Lege: ΚΑΧΑΖΕΙΝ· γελᾷν. ΚΑΧΑΖΟΙ· καγχάζοι, γελῷ· pro γελάοι scilicet.

Ode IIII. v. 2. λωτίναις τε ποίαις] Intelligi isthuc debet de *loto satiua*, seu *vrbana*, quam Dioscorides, 4, 111., ἥμερον λωτὸν vocat. Est autem illius odor suauissimus, vti ex

Mat-

Mattiolo cognoſcere eſt. Ex ea coronae olim fiebant, quas λωτίας, ſeu melius λωτίνας, vocabant. Λωτίη, inquit Suidas, στέφανος ἐκ λωτῶν· id quod et aliunde conſtat. Ob lata occaſione, menda quaedam ex Heſychio tollemus. Λῶστος, inquit, βέλτιστος, ἡ βοτάνη, ἢ εἶδος φυτοῦ. ridicule. Tollenda haec fuerunt: ἡ βοτάνη, ἢ εἶδος φυτοῦ. Λῶστος, nec herba vnquam, nec planta fuit. Sed ea verba transpoſita fuerunt, et ſuo loco mota. Ibidem legas: Λωτίνας· ἀηδόνας, τοὺς αὐλούς. Quorſum? inquies: quia ἀηδόνες λώτιναι ſunt *ſuaues cantus tibiarum.* nam et Λιβὺς λωτὸς apud Troadas Euripidis p. 88. editionis Commelinianae, pro *tibia Lybica* ſumitur. Locus etiam Plutarchi notiſſimus eſt de tibicine Libyco. Id quod Athenaeus, 4, 25. p. 182. E, Pollux, Onom. 4, 74., ac Euſtathius, ad Il. Φ' p. 1236. 55. Rom., annotarunt. Ea autem tibia ſine vllo adiuncto λώτινος dicebatur. Lege itaque apud Heſychium: Λώτινος· αὐλὸς ἐκ λωτίνου ξύλου. Sequitur mox: Λωτός· πρᾶγμά τι, καὶ αὐλός· καὶ δένδρον, καὶ πόαν. lege πόα. Paulo ſuperius ſcribitur: Λῶστοι· ἐῤῥαμένοι φίλοι. Itaque rideas licet; quidni? cum λῶστοι, vt vides, ſint *ſuti,* ſeu *conſuti, amici.* res bella, o Veneres! Sed legendum: Λῶστοι· ἐῤῥαμμένοι, Ἢ φίλοι. nam λῶστοι, ſeu melius λωστοὶ, eſt κλωστοὶ, quemadmodum λῶμα ſumitur pro ῥαφὴ, ſeu *ſutura,* vel pro κλωσμός· ſed ὦ λῶστοι in ſalutationum officio ſumebatur pro ὦ φίλοι. Vnde et toties in dialogis Ἀττικωτάτου Platonis, ὦ λῶστε. Latini dicunt, *o bone.*

Ibid. v. 5. παπύρῳ] Ex qua olim et veſtem faciebant, Plinius, et alii. Fortaſſe hoc ipſum eſt, quod Phaedrus 2. fab. 5, 12., vocauit *linteum Peluſium.*

Ibid. v. 10. κόνις] Horatius, 4. od. 7, 14. ſſ., *Nos vbi decidimus, Quo Aeneas, quo Tullus diues, et Ancus, Puluis, et vmbra, ſumus.*

Ibid. v. 11. μυρίζειν] Nam, quod notiſſimum eſt, olim, et cadauera, et ſepulchra ipſa, odoribus, et vnguentis, aſpergebantur, et illinebantur.

Ibid. v. 12. Τί δὲ γῇ χέειν μάταια] Virgil. Aen. 3., v. 301. ſſ., *Solemnes tum forte dapes, et triſtia dona, — Libabat cineri*

tineri Andromache, *Manesque vocabat*, *Hectoreum ad tumulum.* Latinis ea dona dicebantur *Inferiae*. at Graecis χοαί· vnde proprie locutus est Anacreon, cum dixit χέειν· item αἱμακουρίαι, et ἐπικτέρεα. Ita intelligendus Publius Syrus, v. 265., *Mortuo qui mittit munus, nil dat illi, adimit sibi.*

Ibid. v. 14. Κρᾶτα] Notat Eustathius p. 700. 62. edit. Rom., reperiri apud Sophoclem κρᾶτα· id quod καινότερον esse pronuntiat. Miror equidem tale iudicium. Qui enim illud κρᾶτα apud Sophoclem quasi καινότερον, et *recentioris aeui*, habeatur, cum Anacreon noster, qui Sophocle antiquior est, ea voce vsus sit? Dicet aliquis: Hoc odarium fortasse Anacreontis non est. Per me etiam licet: Anacreonti detrahatur hocce odarium: quod tamen vltro, non ingratiis, concedimus. Non ideo tamen minus ἀναπολόγητος erit Eustathius. Quod enim apud Sophoclem quasi καινότερον notauit, nonne illud ipsum apud Homerum legitur Ὀδυσ. Θ', v. 92.: [vbi tamen γοάασκεν legitur pro γελάασκεν]: Ἂψ δ' Ὀδυσσεὺς κατὰ κρᾶτα καλυπτόμενος γελάασκεν.

Ibid. v. 17. νερτέρων χορείας] Intelligit choreas, quae in Elysiis a felicium animorum coetu exercebantur. Pindarus in illustri illo fragmento, quod apud Plutarchum, Consol. ad Apollon. p. 120. C To. 2. Vechel., legitur, Καὶ τοὶ μὲν ἱππείοις γυμνασίοις, τοὶ δὲ πεσσοῖς, τοὶ δὲ φορμίγγεσσι, τέρπονται κ. τ. λ.: quae non minus iucunda sunt, quam vana: *Ibi*, inquit, *exercitationibus equorum*, *alii tesseris*, *quidam cithara, sese oblectant.* Eiusdem generis est, quod Virgilius in 6. Aen., v. 642. ff., somniauit, idque contra suae sectae sententiam; quippe qui ex Gargettii senis asseclis esset. Sed ei cum popello nugandum fuit; alioqui mirificis illis vaticinationibus, et toti *mortualium* choragio, et terriculamento religioso, nihil quidquam loci fuisset. Sed ad Anacreontem redeamus.

Ode V. v. 12. Στέψον ἔν με κ. τ. λ.] Non est, quod quidquam mutes, ob mutationem metri. id et alibi saepius animaduertas.

Ibid. v. 13. σηκοῖς] Hoc loco dicam, non quidem σηκὸν *templum* esse; id enim notissimum est; sed, quod notissimum non est, id dicam, qua ratione scilicet fiat, vt σηκὸς, in hac significatione sumatur. Σηκὸς proprie *septum* est *ouium;* sed quia apud veteres simulacrum dei, cui templum sacratum erat, in medio collocabatur, non autem, vt hodie fit, in remotiori, seu interiori, aedium sacrarum parte; et quia ille locus paulo editior erat, et vndique circumseptus; ideo σηκὸν, quod per se nihil aliud est, quam *septum ouium*, pro *ea parte templi* sumebant, *in qua dei simulacrum collocabatur.* Nam distinctionem Ammonii nihil moror, qui σηκὸν ait heroum esse, ναὸν autem deorum; quod etiam a diligentioribus obseruatum fuisse retulit Pollux 1, 6. Ea quippe distinctio infinitis exemplis conuulsa ruit. Deorum autem simulacra in medio templorum fuisse, illud Virgilii, Aen. 1, 505., satis probat, *In foribus diuae media testudine templi.* quo enim modo in *media testudine templi* fuisset Dido, si *in foribus diuae?* Sed *fores diuae* hoc loco sunt *fores* τοῦ σηκοῦ, *loci* nempe *eius*, *in quo diuae simulacrum.* Inde etiam est, quod alibi, Georgg. 1, 16., legas, *In medio mihi Caesar erit —.* Eo enim loco de templo struendo agitur. Sed res argumentis, et exemplis, non eget.

Ibid. v. 14. βαθυκόλπου] Innuit hoc epitheto Anacreon, se non ita facile amasse frustilla illa mulierum, quae pumilae cum sint, pupae potius, quam plenum, et iustum, Veneris ἄθυρμα haberi debent. Ita placuisse veteribus magistris ostendit Hesychius, cum scribit: ΒΑΘΥΚΟΛΠΩΝ· ἡρωΐδων, ἀπὸ μεγέθους, καὶ βαθυζώνων. Memini, me apud quemdam e veteribus comicis legere, Ἐγὼ μὲν οὖν κ' αὐτὸς κιθαριστρίας ἐρῶ, Παιδὸς καλῆς, μεγέθει μεγάλης, τέχνῃ σοφῆς· *Ego namque amare coepi quandam psaltriam, Pulchram, proceram, fidibus quae egregie canit.* Eiusmodi mulieres βαθύπεπλοι etiam dicebantur. Non abs re autem fuerit adscribere, quod apud Eustathium legitur p. 1146. 4. Rom.; annotasse nempe antiquos, nunquam hoc epithetum ab Homero Graecis mulieribus additum fuisse; quod verum est; id enim ante obseruaram, quam Eustathium legissem: sed hymno tertio, aut quarto, in Venerem vocauit, v. 258., Nymphas βαθυκόλ-

θυκόλπȣς, ſi tamen illi hymni ab Homero ſcripti ſunt. Vt vt ſit, βαθύκολπος non magis barbararum mulierum eſt, quam Graecularum, et elegantiorum, cum Anacreon, ſcriptor Ionicus, ita amiculas ſuas vocet. Caeterum poteſt et *pulchram* ſimpliciter ſignificare, quemdadmodum εὔζωνος, et καλίζωνος, apud Heſychium, cuius locum hic emendabo. Καλίζωνοι· ἀπὸ μέρȣς καλιὴν τὸν οἶκον· quaere, qui haec intelligat. Interim lege mecum: ΚΑΛΙΖΩΝΟΙ· ἀπὸ μέρȣς, καλαι. ΚΑΛΙΗΝ· τὸν οἶκον· κᾶλα γὰρ τὰ ξύλα. Id erit: Καλίζωνοι, *pulcrae, a parte totum ſcilicet.* Καλιὴν *domum ſignificat.* Κᾶλα *enim ligna ſunt.* inde *calones.*

Ode VI. Titulus eſt: Εἰς τὸ αὐτὸ, quaſi in *roſam* hoc odarium ſcriptum ſit, vti et quintum: quod minus verum eſt. Quid enim ad encomium roſae affert? nihil quidquam, praeter nudam appellationem ῥοδίνων ϛεφανίσκων. Aliud in animo habebat hic ſcriptor; Anacreontis enim haec ode non poteſt eſſe, quae ferme tota Dorica ſit; deſcribit ſcilicet ludum aliquem, aut choream fortaſſe figuratam, ſeu ἐσχηματισμένην, in qua puella cum thyrſo ſaltaret, puellus aliquis cum pectidibus molliter caneret, dum Cupido, Bacchus, et Venus; adoleſcentes ſcilicet cum puella, qui perſonati erant; cantitando, et ſaltitando, ad deum Κῶμον irent, vt ipſum ad comiſſationem inuitarent.

Ibid. v. 4. ὑπὸ βαρβίτῳ] Latini *ad barbitum ſaltare* dicerent: Graeci autem *ſub barbito.* Lucianus, diall. deorr. p. 215. To. I. Graeu., ὑπὸ τυμπάνοις, καὶ αὐλοῖς, καὶ κυμβάλοις, χορεύων. Ariſtides orat. in Smyrnam, p. 470. To. I. Canter., ὑπὸ τȣ̃ αὐλȣ̃ ὀρχȣμένων. Dicebant etiam χορεύειν ἐν αὐλῷ. Lucianus in libello illo, et docto, et eleganti, περὶ ὀρχήσεως.

Ibid. v. 5. Κατὰ κισσοῖσι βρέμοντας] *Quibuſdam legendum videtur* κατακίσσοισι, *vno verbo*, inquit Stephanus, *id eſt,* κισσῷ κεκαλυμμένοις· *quorum iudicium ſequor; ſed participium* βρέμοντας *mihi ſuſpectum eſt.* Haec ille. Fateor, legendum eſſe vnica voce κατακίσσοισι, non κατὰ κισσοῖσι· ſed facere non poſſum, quin ab eius ſententia, et interpretatione,

abeam.

abeam. Primum exiſtimauit, πλοκάμοις hoc loco de capillis dici. at nil tale. addit porro ſuſpectum ſibi eſſe βρέμοντας. mihi non item. Dicam id, quod res eſt: πλόκαμοι, ſeu πλόκαμα, nihil aliud hoc loco ſunt, quam πλέγματα, vt ex Diodoro Siculo conſtat lib. 3. Βιβλιοθήκης p. 170. edit. Rhodomanianae To. I. Quare πλόκαμα κατάκισσα erunt *nexus*, ſiue *plexus*, *ederacei*, quibus Baccharum thyrſi, et eorum, qui comiſſatum ibant, circumuoluti erant. Hinc itaque tota loci iſtius difficultas tollitur. Puella videlicet, quam deſcribit poëta, ferebat thyrſos plexibus ederaceis *frementes*. De voce autem βρέμοντας *nihil eſt, quod multa loquamur*. Notum eſt, quae natura ſit ederae. βρέμει namque, ſi vel tantum manu tractetur, vel vento quatiatur.

Ibid. v. 16. Κῶμον] Arbitror, quod et ſupra in argumento odarii dicebam, hoc loco Κῶμον eſſe *deum comiſſationis*. Vide Philoſtratum, a quo graphice deſcriptus eſt, Iconn. 1, 2. p. 765. ſ. Olear. Alias autem *ſaltatio* eſt. Heſychius: ΚΩΜΟΣ· εἶδος ὀρχήσεως ποιμένος τινός, ἡ μένη τινός· quae verba perquam corruptiſſima ſunt. Lego: ΚΩΜΟΣ· εἶδος ὀρχήσεως ποιμενικῆς τινος [reſpicit ad Comaſten Theocriti], ἡ μετὰ μέθης.

CAPVT II

I. *De ebrietate.* Ganymedes *vnde dicatur.*
II. *Anacreon emendatur.*
III. *Vt etiam Diodorus.*
IIII. *Heſychius emendatur, et ſuppletur.*
V. *Locus Philoſtrati corrigitur.* Αὔξιος Δαίμων.

O*de VII. v. 7.* Καρδίη] Id eſt, *Iam iamque animam acturus eram; ea mihi e pectore ad nares adſcendebat.* Plato in Sympoſio, c. 33., Τὴν καρδίαν γὰρ, ἢ ψυχὴν, ἢ ὅ, τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι, πληγείς τε, καὶ δηχθεὶς, ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων.

Ex

Ex quo loco facile intelligas, iam tum doctos de significatione huius vocis καρδία, pro ψυχή, contendisse.

Ibid. v. 9. μέτωπα σείων] Quod iis etiamnum fieri videmus, qui animi deliquio tentari incipiunt.

Ibid. v. 11. Σὺ γάρ] Quasi increpitando dixisset Amor: *Scin' tu, Anacreon, vnde isthaec patiaris? Te nobis immorigerum praebes. Itaque dehinc porro facito, vt sapias.*

Ode VIII. v. 3. Γεγανυμένος Λυαίῳ] Hoc semel dictum sit de Anacreontis ebrietate, quam cum *Sapientis* appellatione, qua ipse a veteribus cohonestatus est, minus convenire existimarunt quidam; atque adeo dictitant, sobrii, et temperantis, hominis non esse, huiusmodi scriptorem edere, et cura, ac studio, suo illustrare. Plato quidem hactenus ebrietatem probabat, vt quis per Dionysia, seu dies Baccho sacros, ea vteretur, vt ex Diogene 3, 39. p. 210. edit. Stephan. discimus. Quod de iuuenibus intelligi constat, non de senibus, cum haec verba in 2. de Legibus p. 666. B To. 2. Steph. occurrant: Τετταράκοντα δὲ ἐπιβαίνοντα ἐτῶν, ἐν τοῖς ξυσσιτίοις εὐωχηθέντα, καλεῖν τούς τε ἄλλους θεοὺς, καὶ δὴ καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν τελετὴν ἅμα, καὶ παιδιὰν, ἣν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο, τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ' ἀνηβᾷν ἡμᾶς, καὶ δυσθυμίας λήθην γίγνεσθαι, μαλακώτερον ἐκ σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθέντα, γιγνόμενον· καὶ οὕτως εὐπλαστότερον εἶναι *Sed vbi annum quadragesimum attigerint, tunc in conuiuiis liberius discumbentes, cum alios deos, tum etiam Dionysum ad sacra senum, et ludos, inuocent, qui hominibus vinum quasi remedium aduersus senectutis duritiem est largitus, vt reiuuenescere videamur, et moestitiae nos obliuio capiat, ipsaque affectio animi, sicuti ferrum in igne, ex duritie in mollitiem deducta flexibilior fiat.* De adolescentibus autem, et qui nondum ad quadragesimum annum peruenissent, haec ibidem legas, p. 666. A To. 2. Steph.: ἆρ' οὐ νομοθετήσομεν, πρῶτον μὲν τοὺς παῖδας μέχρις ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τοπαράπαν οἴνου μὴ γεύεσθαι; διδάσκοντες, ὡς οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν εἴς τε τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν, πρὶν ἐπὶ τοὺς πόνους ἐγχειρεῖν πορεύεσθαι, τὴν ἐκμανῆ εὐλαβούμενοι ἕξιν τῶν νέων· μετὰ δὲ τοῦτο οἴνου μὲν δὴ

γινέσθαι τȣ̃ μετρίȣ, μέχρι τριάκοντα ἐτῶν· μέθης δὲ, καὶ πολυοινίας, τοπαράπαν τὸν νέον ἀπέχεσθαι *Annon principio lege sanciemus, vt pueri vsque ad duodenigesimum annum vini vsum prorsus ignorent? Nempe eos monebimus, non oportere ignem igni in corpus, atque animam, suggerere ante, quam viri effecti subire labores incipiant: iuuentutis enim habitum furiosum cauere oportet. Deinde vino moderate vtantur vsque ad annum aetatis trigesimum. Ab ebrietate vero, et vini repletione, iuuenes omnino abstineant.* Illam quaestionem grauissimus scriptor Philo Iudaeus in libro περὶ Φυτȣργίας p. 158. edit. Turneb. olim excussit, hisque verbis orationem conclusit: Μεθυσθήσεται τοιγάρτοι καὶ ὁ ἀστεῖος μηδὲν τῆς ἀρετῆς ἀποβαλὼν *Ebrietate itaque vti poterit vir bonus sine omni virtutis suae damno.* Tum illud, quod olim ab Alexide scriptum fuit: [vid. excc. comicc. Graecc. p. 595. Grot.]: nemo est, ni rerum humanarum plane imperitus, quin fateatur esse perquam verissimum: Οὐδεὶς φιλοπότης ἐστὶν ἄνθρωπος κακὸς *Vini potores haud ferme vlli sunt mali.* Deinde, si tantillulae voluptatis sensu carendum fuerit sapienti; *Quid illi reliquum est praeter aerumnas meras?* Κατελίπετ' ȣ̓δὲν ἄλλο πλὴν τεθνηκέναι. *Sed haec perinde sunt, vt est animus eius, qui ea sequitur; qui vti scit, ei bona; illi, qui non vtitur recte, mala.* Ex eorum autem numero est, qui auream mediocritatem amet, *Non, si quis modici transiliat munera Liberi;* Horat. I. od. 18, 7.; sed is, qui *alacrior sit, et hilarior paulo*, vt Anacreon; id enim est γεγανυμένος Λυαίῳ· non vt ille nebulo, de quo Merander: vid fragmm. Menandri p. 22. Cler.: qui cum se plusculum inuitasset, mane surgens dicebat, Ἀνίσαμαι γȣ̃ν τέτταρας κεφαλὰς ἔχων *Ita mihi caput est flore Liberi graue, Quatuor habere capita pro vno vt me putem.* Denique; metuo enim, si plura dixero, ne non soli Anacreonti videar patrocinari; in veterum moribus si quid fuit, quod cum ethicae nostrae canone haud consentiat, non ideo tantopere sunt accusandi, cum ii, non nostro saeculo, sed suo, vixerint, quo vberior vini vsus, et amorum studia, atque adeo molliorum voluptatum studium, non modo non vituperabatur, sed elegantiorum hominum iudicio in parte etiam aliqua laudis habebatur. Ab hoc verbo γανῶσαι fit *Ganymedes*, cuius nominis etymologiam, quae

quae ab Euſtathio, ad Il. ύ p. 1205. 23. Rom., prodita eſt, et ante illum a quibuſdam aliis, miror, et rideo. Γανυμήδης enim dicitur παρὰ τὸ γανῦναι τὰ μήδεα. notum, quid ſit μήδεα apud Homerum, Odyſ. σ', 86., Μήδεά τ' ἐξερύσας δώῃ κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι. id Iones μέζεα dicebant. Honeſtam certe fabulam eſſe, Plato non exiſtimabat, vt ex 1. de Legibus p. 636. C To. 2. Steph. apparet.

Ode VIIII. Veteres hunc morem habebant, vt, cum aliquid cito, et diligenter, domum nuntiari vellent, peregre ſecum columbas auferrent, quas ipſi, cum in locum propoſitum venerant, laxare, earumque collo, aut pedibus, epiſtolas, ſeu quid aliud, alligare ſolebant; vnde, illis ob prolis, et priſtinae ſedis, amorem remeantibus, certior fieret familia, ſaluos, et incolumes, eo perueniſſe, quo profecti fuerant. Hunc morem hodieque apud Tyrios, Tripolitanos, et alios eius tractus, vigere, accepimus. Vti enim columbis aiunt, quas manu emittant, vbi, vel Byzantium, vel Meccam, peruenerint. Hinc intelligentia huius odarii pendet. Tale autem eſt hoc poëmatium, vt non ab homine aliquo, ſed a Muſis ipſis, et a Gratiis, collata opera compoſitum eſſe videatur.

Ibid. v. 6. Τίς ἐςί σοι, μέλει δέ;] Vnice probo coniecturam Henr. Stephani, τί δ' ἐςί σοι μέλημα; *Quae tibi cura eſt? quid eſt, quod nunc agas? quo tandem profecta es?*

Ibid. v. 11. Πέπρακέ με Κυθήρη] Cum huius diuinae odes numeri ſint abſoluti, et aequali carminis genere conſtent: neceſſario legendum, Πέπρακέ μ' ἡ Κυθήρη. Caeterum quid ad commendationem poëtae faciat magis, quam quod ei Venus, vel vnius hymnuli, aut canticuli, pretio, vnam ex ſuis columbulis, quas illa tantopere amabat, haud recuſarit concedere?

Ibid. v. 14. τοσαῦτα] Vel *interim*, vel δεικτικῶς dictum, *Haec, quae vides*, ſcilicet.

Ibid. v. 15. Καὶ νῦν οἵας ἐκείνε] Cenſet Henr. Stephanus legendum, Καὶ νῦν, ὁρᾷς, ἐκείνε ἐπιςολὰς κομίζω. Sed id ab eo ſcriptum nolim. neque enim mutandum quidquam eſt. quippe vulgo etiam ita τῷ οἷον vtuntur δεικτικῶς, vel παραδειγματικῶς, nulla alia voce addita.

Ibid. v. 31. Ἀνακρέοντα] Poteſt eſſe συνίζησις, vt conſtent numeri. Tamen facile inclinat animus, vt putem, veram eſſe Henr. Stephani coniecturam, Τὸν δεσπότην ΕΜΟΙΣΙ Πτεροῖσι συγκαλύψω.

Ibid. v. 36. Λαλιστέραν — κορώνης] Quod in prouerbium abiit. vnde epithetum ſolenne λακέρυζα κορώνη, et *garrula cornix.*

Ode X. v. 4. ſ. σοὶ - ἐκπρίωμαι] Graece etiam dicitur πρίασθαί τινι, quemadmodum πρίασθαι παρά τινος, *Emere alicui,* et *ab aliquo.* Ita Ariſtophanes in Acharnenſibus non ſemel.

Ibid. v. 6. Δωριάζων] Dorica enim ſunt ὁππόσα λῇς. Heſych. Λῆ· θέλει. Vnde in quodam Lacedaemonico cantico; locus eſt in vita Lycurgi apud Plutarchum pag. 53. edit. Pariſ.: Ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἰ δὲ λῇς, πεῖραν λάβε. In verſu ſequenti lego, Ὅπως δ' ἂν ἐκμάθῃς πᾶν κ. τ. λ., hoc ſenſu, *ſed neſcius ne ſis, neue ea res tibi fraudi fuerit, hoc te monebo, non eſſe me, ſcilicet,* κηροτέχνην· *ſed cum huic Amori, qui nihil non appetit, ſatisfacere nequeam, ſatius eſſe putaui, illum quouis pretio vendere, quam animo ſemper eſſe anxio, et ſollicito.*

Ibid. v. 15. εἰ δὲ μή, σὺ Κατὰ φλογὸς τακήσῃ] Non minus ſcite quidam apud Theocritum, Idyl. 7, 109. ſ., Pani pollicebatur, *Hoc mihi ſi abnueris, o Pan; tunc per totum corpus vnguibus laceratus pungaris, et in vrticis dormias:* Εἰ δ' ἄλλως νεύσαις, κατὰ μὲν χρόα πάντ' ὀνύχεσσι Δακνόμενος κνάσαιο, καὶ ἐν κνίδαισι καθεύδοις. Qui ita dormiat, nae ille Morpheum propitium habeat.

Ode XI. v. 11. Ὅσῳ πέλας] Subaudi μᾶλλον, quod apud γνωμοτέρους ſcriptores frequens eſt.

Ode XII. v. 5. Ἢ μᾶλλον ἔνδοθεν] *Vin' tu interiorem aliquam tui partem reſecem, vt linguam, ſcilicet,* etc., *non ſolum* τὰ ταρσὰ, *quibus ademtis, moleſta, et loquacula, etiam eſſe poſſes.*

Ibid. v. 7. Ἐκεῖνος] *Ille* in theatris decantatus, *Ille* tibi ſua immanitate nimis, ah nimis! notus. Ea enim vis eſt τοῦ ἐκεῖνος, quod ipſum et Latinum *Ille* valet. *Hic ILLE eſt:* Terentius, alii.

Ibid.

Ibid. v. 9. Ὑποςθρίαισι φωναῖς] Virgil. Aen. 8, 456. *Et matutini volucrum sub culmine cantus.* Locum ex Diodoro illustrem emendabo lib. 13. p. 210. To. 2. Rhodom. Ibi legitur: Ὁ δ' Ἰμίλκας ἅμα τῷ φόβῳ δύναμιν ἐντὸς τῶν τειχῶν παρεισαγαγὼν, σχεδὸν ἅπαντας τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἀνεῖλεν. Vno verbo dicam, legendum est, ἅμα τῷ ὄρθρῳ. Ita enim rei gestae ratio postulat. dein ἅμα φόβῳ Graecum non est, sed σὺν φόβῳ.

Ibid. v. 10. Ἀφήρπασας Βάθυλλον] Eiusdem φαντασίας est, quod in admirabili illa Horatii oda legitur, quae libro quarto auspicium facit, v. 37. ff., *Nocturnis te ego somnis Iam captum teneo: iam volucrem sequor Te per gramina Martii Campi, te per aquas, dure, volubiles.*

Ode XIII. v. 1. καλὴν Κυβήβην] Καλὴ Graecorum, vbi de diis agitur, Latinorum *Alma* est. Non possum facere, quin ex Hesychio mendum obiter tollam: Κύβικος, inquit, ὁ κατεχόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. κυβηλικὸν τρόπον. Lege ΚΥΒΗΒΟΣ. Quemadmodum enim qui spiritu Bacchi erant attoniti, ii Βάκχοι, mulieres autem Βάκχαι, dicebantur; vnde ὑπόβακχος apud Philostratum p. 511. C edit. Paris. s. VV. Sophistt. 1, 19. 1. p. 511. Olear.: ita qui Cybeles, seu Cybebes, furore correpti erant, Κύβηβοι dicebantur. quod, et analogiae ratio, et Eustathii auctoritas p. 1423. 47. edit. Rom., probant: ἣ, loquitur de Cybele, φασὶν, ὁ κατεχόμενος, ἢ καὶ ἄλλῳ δαίμονι, καταχρηστικῶς Κύβηβος ἐλέγετο. Sed ne sic quidem hic locus Hesychii detersus est. quid enim illa, κυβηλικὸν τρόπον; nil aliud profecto, quam explicatio vocis, seu tituli, alicuius, qui exciderit. Ea autem vox nulla esse alia potuit, quam ΚΥΒΗΒΙΚΩΣ.

Ibid. v. 5. παρ' ὄχθαις] Notandum, ὄχθην de fonte etiam dici, quod haud facile alibi legas.

Ode XIIII. v. 12. Ἔβαλλ', ἐγὼ δ' ἔφευγον] *Nam quum illi pugnabant maxume, ego tum fugiebam maxume.* Plaut. Amphitr. 1, 1. 44. Haec autem verba, Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω, non videntur intellexisse interpretes. Vterque enim sic vertit, *Nam cur petamur extra?* cum contra significet, *Quid enim extra, aut foras, tela mittamus, cum intus pugna sit?*

Ode XV. v. 2. Σάρδεων] Illius vrbis opes olim in proverbium abiere. quod conſtat. Emenda Philoſtratum p. 13. edit. Pariſ. in vita Apollonii, 1, 8., vel 1, 11. p. 12. Olear., μηδ' ἂν πάντα σοι τὰ ἀπὸ τῶν Ἰνδῶν τε, καὶ ΣΑΡΔΟΝΩΝ, ξυμφέρωσι. Lego, Σάρδεων. nam nullibi *Sardones*, aut *Sardonas*. reperias.

Ibid. v. 10. Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;] Horat., 4. od. 7, 17. ſ., *Quis ſcit, an adiiciant hodiernae craſtina ſummae Tempora dI ſuperi?* Alibi quoque, 1. od. 9, 13., *Quid ſit futurum cras, fuge quaerere.* Sed Callimachus, et, vt puto, Simonides ante ipſum, dixit, Αὔριον Δαίμονα. Epigram. 19. v. 1. Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν Αὔριον;

Ibid. v. 14. Μὴ νοῦσος ἤν τις ἔλθῃ] Inde illud ſane perquam elegantiſſimum in Copa, v. 38., *Mors aurem vellens, VIVITE, ait, venio.* Iſtud autem VIVITE eſt idem, quod apud Comicum, *Facite vobis volup'. Viuamus, mea Leſbia, atque amemus.*

Ode XVII. De hoc politiſſimo odario A. Gellium, 19, 9., legito.

CAPVT III

I. *Anacreon emendatur.*
II. Τελεταί.
III. *Heſychius.*
IIII. *Plutarchus.*
V. Ὄχθαι Φρυγῶν *quid?*
VI. *Heſychius emendatur.*
VII. *et* VIII. *Anacreon*
VIIII. *Locus contra interpretes explicatus.*
X. *Anacreon emendatur.*
XI. *Vt, et Heſychius, et ſchol. Ariſtophanis.*
XII. Τύραννος *de praeſtanti artis alicuius magiſtro dici poſſe.*
XIII. *Philoſtratus ter emendatus.*
XIIII. *Stola.*

Ode *XVIII. v. 2.* Ἔαρος κύπελλον] Hoc odarium in Ver ſcriptum non eſt. id ſi foret, ferri poſſet iſtud κύπελλον ἔαρος. Deinde in eo vindemiae mentio eſt etc. Sed ἔαρος natum eſt

eſt ex gloſſemate, quod ad haec verba, ῥόδα φέρουσαν ὥρην, appoſitum fuerat. Legi autem ſemper, neque me adhuc eius lectionis poenitet, legi, inquam, Ἐμοὶ κύπελλον ἡδύ. Caeterum, qui exiſtimarunt, hoc odarium eſſe Anacreontis, alibi animum occupatum habebant; qui non viderint omnia in numeris ſoluta, neglecta, denique nihil in eo eſſe, quod Anacreon, ſi viuat, ſuum eſſe agnoſcat. Quid illud repente abruptum, et cadens, Μύστις νάματος ἡ Κύπρις? Nam praeceſſit ποίει, et mox χάραττε ſequitur. Caetera an minus hiulca? Nos, quando ſemel occoepimus, quaſi γνήσιον eſſet, quae dicenda videbuntur, pertexemus.

Ibid. v. 7. τῶν τελετῶν] Intelligit fortaſſe cruentarum ceremoniarum exemplum, vt Dianae Tauricae, vt aliquid de Baccho Omeſte, de ſacris Maſſilienſium, Carthaginienſium, et alia id genus. Sed verius eſſe arbitror, quod iam dicam, τελετὰς proprie ad expiationem ſcelerum pertinere; itaque triſtem in iis, et mortis, et ſuppliciorum, imaginem fuiſſe. Locus illuſtris in eam rem apud Platonem legitur lib. 1. de Republ., p. 364. E To. 2. Steph., Βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου, καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε, καὶ Μουσῶν, ἐγγόνων, ὥς φασι· καθ᾽ ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες, οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε, καὶ καθαρμοὶ, ἀδικημάτων, διὰ θυσιῶν, καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν, εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν· ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς· μὴ θύσαντας δὲ, δεινὰ περιμένει *Libros autem circumferunt Muſaei, et Orphei, Lunae, vt aiunt, et Muſarum, filiorum, ſecundum quos ſacra celebrant, perſuadentes, non priuatis ſolum, verum etiam ciuitatibus, ſolutiones, et purgationes, ſcelerum per ſacrificia cum ludorum oblectamentis fieri, et viuentibus, et defunctis: quas quidem* τελετὰς, *id eſt, expiationes, vocant, quae nos ab illis, quae illic mala ſunt, liberent: ſacrificiis autem praetermiſſis, grauia nos manent.*

Ibid. v. 12. Μύστις νάματος] Quid ſit μύστης, quid μύστις, notum eſt. Sed improprie hic ſcriptor, quicumque ille tandem ſit, Venerem vocat μύστιν νάματος· dein νᾶμα ſine vllo alio adiuncto non magis *vinum* eſt, quam, aut *lac*, aut *oleum*. Sed miſſa iſthaec faciamus, et ad Heſychium prae-

 vor-

vortamur: Μυςικόν· λεπρόν, ἢ λεπτόν. Qui haec intelligat, natum arbitror neminem. Legebam, quod et nuper in epiſtolio quodam ſcribebam ad Alexandrum Morum, literarum non minus humaniorum, quam theologicarum, lumen clariſſimum, legebam, inquam, neque tu aliorſum abibis, lector: ΜΥΣΤΙΚΟΝ· ἱερόν, ἢ σεπτόν. Emenda et illud: ΜΥΣΤΑΓΩΓΕΙ· μυςήριον ἄγει. Legendum neceſſario: ΜΥΣΤΑΓΩΓΕΙ· μύςας ἄγει, vel etiam διὰ μυςηρίων ἄγει. Alio autem in loco legitur: Μύησις· μυςαγωγία, μυςαγωγὴ, γνῶσις. Legendum, Μύησις· μυςαγωγία, μυςικὴ γνῶσις, vel μυςηρίων γνῶσις.

Ibid. v. 18. σύναπτε] Qui Graece ſciunt, et a cognitione poeſeos Graecae alieni non ſunt, facile vel me tacente vident, quam proſaicum ſit hoc σύναπτε. Tamen nobis hoc verbum proderit. Ea enim occaſione locus Plutarchi emendabitur in Othone, p. 1077. edit. mai. Pariſ., p. 1072. A To. 1. Vechel., ἡ μὲν Οὐιτελλίου Ἅρπαξ, ἡ δὲ Ὄθωνος Βοηθὸς, εἰς πεδίον ἐξελίξασαι ψιλὸν, καὶ ἀναπεπταμένον, νομιμόν τινα μάχην συμπεσοῦσαι, φαλαγγηδὸν ἐμαχοντο πολὺν χρόνον, id eſt, *Legio Vitellii nomine Rapax, Othonis autem legio, quae Adiutrix dicebatur, in campum ab arboribus purum, et patentem, euolutae, iuſta, et legitima, acie diu dimicauerunt.* Vides iſtud, λεγεῶνες συμπεσοῦσαι μάχην? At mera, et ἄκρατος, barbaries eſt. Legendum autem, μάχην συνάψασαι· de qua lectione, ſat ſcio, docti *tria verba non commutabunt,* ait Ille.

Ode XVIII. v. 5. Τὸν δ' ἥλιον σελήνη] Luna dicitur πίνειν τὸν ἥλιον, vel quia, quae obſorbentur, et ἄφαντα οἴχεται, ea dicuntur καταπίνεσθαι· quod nemini dubium fuerit, qui Graece ſciet: vel quod Luna a Sole lumen mutuatur.

Ode XX. v. 2. Φρυγῶν ἐν ὄχθαις] *Ad fluenta Troiae,* inquit Henr. Stephanus. Sed non ego credulus illi. Verte, *in ſaxis Phrygum.* res eſt notiſſima: tamen addam Ouidii locum libro 6., v. 309. ſſ., exquiſiti operis: *Nec pes ire poteſt, intra quoque viſcera ſaxum eſt; Flet tamen, et validi circumdata turbine venti. In patriam rapta eſt, vbi fixa* cacumine montis *Liquitur, et lacrymis etiam nunc marmora manant.*

manant. De patria autem Tantali in diuerſa abeunt ſcriptores veteris hiſtoriae. Nam Philoſtratus quidem Lydum facit, p. 139. Pariſ., V. Apollon. 3, 9., vel 3, 31. p. 122. Olear.: Pelopem quippe, Tantali filium, Niobes fratrem, ἐπηλύτην Λυδὸν vocat, *aduenam Lydum.* At Sophocles in Aiace Μαςιγοφόρῳ vocat eundem Pelopem — Βάρβαρον Φρύγα, verſ. 1310. Poſſet et melius fortaſſe legi ὄχθοις, quam ὄχθαις. Quippe αἱ ὄχθαι proprie ſunt τὰ χείλη τῶν ποταμῶν, vti notarunt veteres magiſtri: at ὄχθοι aliud, nempe, οἱ τραχεῖς καὶ δύσβατοι τόποι, καὶ ΕΞΟΧΑΙ τῶν πετρῶν. Tamen vtrumque olim promiſcue ſumtum fuiſſe, mihi valde veriſimile fit. Heſychius: ΟΧΘΟΣ κρημνὸς, πέτρα, τὸ ὑψηλὸν τῦ ποταμῦ, ἢ τῆς γῆς, ἢ τὸ ἀπόκρημνον ςόμα τῆς θαλάσσης. Deinde addit: κυρίως δὲ ποταμῶν ἄκρα χρη* μένων. Facilis emendatio fuit. Legendum, καὶ λιμένων.

Ibid. v. 13. ταινίη] Virgilius *cingulum* etiam vocauit, Aen. 1, 492., *Aurea ſubnectens exertae cingula mammae.*

Ode XXI. v. 2. πιεῖν ἀμυςὶ] De *amyſtide*, quam Horatius, 1. od. 36, 14., *Threïciam* vocat, et merito, vt ex duobus Euripidis in Rheſo, act. 3. p. 396. Oporin., locis apparet, nil eſt, quod hic dicatur. Tantum hoc obiter monebo, leuicula emendatione Heſychio opus eſſe: Ἀμυςήν· τὴν συνεχῆ πόσιν. Leg. ἄμυςιν. Dicam et hoc amplius; iſtud συνεχῆ non placere, niſi et ἀθρόαν addatur; quod et paulo inferius legas. Nam τὸ συνεχὲς non conſtituit differentiam Amyſtidis ab alia bibendi ratione, ſed τὸ ἀθρόον.

Ibid. v. 5. ἐκείνυ] Legendum videtur ἐκείνων, nempe δεικτικῶς. Intelligit autem *flores*, *qui ſuper abacum*, ſiue *in vaſculo aliquo*, *ibi eſſent.* Nam iſtud ἐκείνυ ad Βρομίυ non referri, patet ex ſequentibus.

Ibid. v. 6. Στεφάνυς δ' οἵυς πυκάζω] Hunc locum peſſime conuertit interpres, *Date ſerta*, *queis calentem Amo frigerare frontem:* cum verſuum Graecorum ſententia ſit, *Heus, puellae*, *date huc flores; nam quotquot corollas addenſo*, *eas omnes frons aeſtuans exurit.* Fortaſſe autem *frons* hoc loco pro *capite* poſita ſit; vt alibi, et apud Latinos paſſim. Tamen ſi proprie ſumi voles; licebit id quoque. nam ex Athe-

 naeo,

naeo, 15, 4. p. 674. C, discimus, quosdam olim fronti tantum coronas imposuisse; et in eam rem fragmentum Anacreontis, quod tale est, profertur, ἐπ' ὀφρύσι σελίνης στεφανίσκης θέμενοι κ. τ. λ. *Superciliis corollas ex apio imponentes* etc.

Ibid. v. 9. Κραδίῃ τινὶ σκεπάζω] Quid hoc, *Corde aliquo condo?* Lego, idque fidenter, κραδίῃ ἐνισκεπάζω *In corde condo, corde premo,* vt apud Virgilium, Aen. I, 209. Ἐνισκεπάζω autem eadem forma dicitur, qua ἐνικλείω, ἐνικλάω, aliaque id genus sexcenta. Haec emendatio, vti opinor, doctis haud improbabitur.

Ode XXII. v. 1. Βάθυλλε] In aliis Βαθύλλε.

Ibid. v. 3. σείει] Monet Henr. Stephanus legendum, vt metro consulatur, σίει. Sed nil necesse est, cum omnis diphthongus ante vocalem, aut diphthongum, breuis etiam esse possit.

Ibid. v. 5. ἐρεθίζει] Id est, *leni susurro oblectat*, ait Casaubonus lib. 8. Animaduersionum in Athenaeum, c. 4. p. 590., ita, vt blanditias somno facere videatur fonticulus. Potest tamen aliter verti, *leni agmine fluit, et veluti in filum quoddam exile aqua tenuatur.* Hesychius: ΕΡΕΘΙΖΕΙ· παροξύνει, νηρύεται, λυπεῖ, μηρύεται. In iis verbis est, quod emendes. eiiciendum enim istud νηρύεται, quod nihil est, aut legendum νήθεται. Hoc quoque addere haud abs re fuerit: ἐρέθισμα nihil est aliud, quam *prouocatio ad certamen.* Existimo etiam erratum esse in scholiis Aristophanis p. 250., s. ad Rann. 836. p. 162. Froben., cum σμιλεύματα vertitur per ἐρεθίσματα, quod et apud Suidam itidem legas, vt alia ex eodem fonte: sed pro ἐρεθίσματα legendum est ἢ ξίσματα. Scribit insuper Aemilius Portus, videri Casaubono legendum τερετίζει. id autem scripserit Casaubonus, an praesens praesenti dixerit; nam vterque intra eiusdem vrbis moenia tum viuebant; haud equidem scio.

Ode XXIII. Hanc oden non puto esse Anacreontis. Quis enim, vt alia omittam, ferat hoc, Ἵν' ἂν θανεῖν λάβῃ τι? pro ἵνα ὁ θάνατος λάβῃ τι. Saltem dicendum fuerat, Ἵνα ΤΟ θανεῖν λάβῃ τι. Nam θανεῖν, quod vel mediocriter docti sciunt, nisi

nisi articulum adiungas, non potest significare *mortem*, sed *mori*. Adde hoc quoque, non posse dici, θανεῖν ἔλαβε χρυσὸν etc., nec si etiam diceres τὸ θανεῖν. Quod tamen semidoctis contra, sat scio, videbitur.

Ode XXIIII. Neque Anacreontis est hoc odarium. rationes adderem, nisi res ipsa vociferaretur. Omnia sunt dissoluta, omnia numeris carent, nonnulli versus sunt politici. ita dicuntur versus, in quibus numerus syllabarum obseruatur, non autem modus, et ratio, quantitatis. Exempli loco erit hic, Μέθετέ με, φροντίδες.

Ode XXVII. Hoc odarium, quod et de duobus superioribus dictum velim, Anacreontis non est. Quippe ἐκ κεφαλῆς εἰς πόδας totum est Doricum. alia etiam ratio facit, vt illi abiudicem. Deinde politici in eo versus sunt quidam. En tibi exemplum, Εἰσέλθῃ μεθυδότας· cui respondet, Διδάσκει με χορεύειν. At qui sciunt, quae carminum ratio apud Graecos sit, nunquam fatebuntur, hos duos versus esse eiusdem monetae, seu κόμματος· cum penultima in μεθυδότας sit breuis, in χορεύειν longa. Sed me harum rerum piget, pudetque. Quid illud, multo etiam nequius? Καὶ πάλιν θέλω χορεύειν. Miror itaque, miror; nam alia mitto; fuisse olim, qui crediderint, esse istas nugas, sed quas? plane insulsissimas, a tanto scriptore, qualem Anacreontem fuisse accepimus,

Ode XXVIII. v. 3. Ῥοδέης] Suspicatus quondam est Henr. Stephanus, qui primus e libro manuscripto haec odaria in lucem edidit, legendum Ῥοδίης· cui suspicioni secunda, et fauens, Critica adfuit. Rhodii enim, cum reliquis artibus insignes fuerunt, tum pictura, et sculptura, maxime. Res nota ex Plinio, Pausania, et Pindaro od. 7. Olympionicarum.

Ibid. κοίρανε] *Pro* κοίρανε, inquit Henr. Stephanus, *quidam putant legendum* τύραννε. *Illud* [scilicet κοίρανε], *non video, quomodo lex versus possit ferre; sed ne hoc quidem* [τύραννε nempe] *satis aptum huic loco videtur.* Haec Stephanus. Ad ea vno verbo dicam, non posse stare τὸ κοίρανε· neque enim id metri ratio patietur vnquam. Legendum itaque

τύραννε.

τύραννε. Sed quod ſcribit vir doctiſſimus, non ſatis aptum videri huic loco τὸ τύραννε· id vero eſt, quod ſane miror. Cum enim, et βασιλεὺς, et τύραννος, ſint ἰσοδύναμα, et eiuſdem ſignificationis, vt cuiuis vel ex ſolo Xenophontis Hierone notum eſt: cur, quaeſo, non liceat vocare Raphaëlem illum Vrbinatem, vel Michaelem Angelum, τυράννους τῆς τέχνης? Hoc profecto conſtat, Proaereſium, cuius apud Eunapium vita eſt, olim ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΑ λόγων *Regem eloquentiae*, et alium quemdam, de quo Philoſtratus ἐν βίοις τῶν Σοφιςῶν, vocatum fuiſſe βασιλέα λόγων. Itaque, ni multum animi fallor, pictor in arte egregius vocari poterit τῆς ζωγραφικῆς τύραννος. Ita etiam Iupiter τύραννος τῶν θεῶν apud Ariſtophanem: qui ſcriptor quid γοργὸν eſſet, et grande, quid in luſu molle, in ſeriis graue etc., vidit, aut nullus vidit.

Ibid. v. 7. μελαίνας] Hoc amabant ſcilicet Graeci veteres, et qui inter Italos olim ad Venerem ſapiebant: neque, vt aiunt, iniuria. Iſtae enim, ſeu flauae, ſeu rufulae, quales nonnulli delicias habent, dilutioris eſſe corporis videntur, quam vt ſatis in palaeſtra firmae eſſe queant, et reſponſare ὑβρίζουσιν ἐρασταῖς.. Hoc certe audiſſe e quibuſdam videor, qui ad has res non plane inepti eſſe, aut auerſo genio nati, dicebantur. Horatius, 1. odar. 32, 11. ſ., *Et Lycum* nigris *oculis*, nigroque *Crine, decorum:* et ad Piſones, v. 37., *Spectandum* nigris *oculis*, nigroque *capillo.* Theocritus autem Idyllio 3. v. 18. ſ.: — — ὦ κυάνοφρυ Νύμφα, πρόσπτυξαί με κ. τ. λ. Et Catullus, carm. 43, 1. ſ., pater ille elegantiarum, vt eam puellam ſignificet, quae inſulſa ſit, et inuenuſta, hoc ſatis habet dicere, *nigros* eius oculos non eſſe: *Salue, nec minimo puella naſo;* (nam praegrandem naſum in puellis nemo amauerit, niſi qui phyſiognomoniam ignoret, neque adeo hodie faciunt, niſi qui ad ἐρωτικὰ infeliciter nati ſunt); *Nec bello pede, nec* nigris *ocellis.* Itaque, et *nigri oculi*, et *nigri capilli*, inter *formae munera* olim habebantur.

Ibid. v. 8. Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται] Nam et tabulae pictae olim ex cera fiebant. res nota eſt, et viri docti, qui de

pictura

pictura antiquorum ſcripſerunt, id, vt in tam altis tenebris artium expectari fas fuit, ſatis explicarunt. Quod addit Anacreon ἂν δύνηται, recte id quidem. tabula enim naribus non fit, ſed oculis.

Ibid. v. 11. Ὑπὸ πορφύραισι χαίταις] Nemo non viderit, legendum vnica voce, ὑποπορφύροισι χαίταις· quod et monuit Stephanus.

Ibid. v. 21. ὑγρὸν] Scio, multa in hunc locum dici poſſe: ſed libellum ſcribimus. Itaque vno verbo dicam, ὀφθαλμὸν ὑγρὸν eſſe *oculum vegeta quadam, et viuida, acie mobilem.*

Ibid. v. 24. οἷα Πειθοῦς] Vnde illud vulgo dicere ſolebant de eo, qui factus ad perſuadendum eſſet, τοῖς αὐτοῦ χείλεσιν ἡ Πειθὼ ἐπικάθηται. Lucianus in Demonacte, p. 860. To. I. Graeu., Καὶ ταῦτα πάντα μετὰ Χαρίτων, καὶ Ἀφροδίτης αὐτῆς, ἔπραττέ τε, καὶ ἔλεγεν, ὡς ἀεὶ, κατὰ Κωμικὸν ἐκεῖνο, τὴν Πειθὼ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐπικαθῆσθαι *Et haec quidem omnia cum Gratiis, ac Venere, faciebatque, et dicebat, ita, vt, iuxta illud comici, Suada labiis ipſius inſideret.* Admonebo hic ſtudioſos, circa hanc vocem Πειθὼ ter erratum fuiſſe apud Philoſtratum in vita Apollonii; idque p. 278. 6, 6. Pariſ., 6, 11. p. 246. Olear., et quae illam ſequitur. Pro Πειθὼ autem, et Πειθοῦς, legendum Πυθὼ, et Πυθοῦς. Fuit autem Pytho Apollinis Delphici oraculo, quod nemo neſcit, clariſſima. Alloquens Theſpeſionem Apollonius, ſic loquitur, Διῆλθές τινα, Θεσπεσίων, καὶ περὶ τῆς Πειθοῦς λόγον, ὡς ἁπλῶς τε, καὶ ἀκατασκευάςως, χρώσης. Interpres ita conuertit, *Attuliſti praeterea, o Theſpeſion, de Suaſionis deae templo rationem quandam, quod ſimplex, et ſine apparatu, eſſe debet.* Quot verba in illa interpretatione ſunt, totidem ſphalmata ſunt. Sic enim hic locus conuertendus fuerat, *Narraſti ſermonem quendam de Suada, o Theſpeſion, eam ſcilicet ſimpliciter, nude, et ſine apparatu, oracula reddere.* Verum in Graeco caue legas Πειθοῦς· neque enim vllus ſic Suaſioni locus: ſed Πυθοῦς, quae Delphorum vrbs eſt. Videlicet cap. ſuperiori p. 270. 6. 5. Pariſ., 6, 10. p. 239. Olear., dixerat Theſpeſion, Σκέψαι γὰρ τὸν Δελφικὸν κ. τ. λ.: quae ibi commodius legan-

legantur, quam ſi huc tranſſcribantur. Ad ea autem nunc reſpondet Apollonius. Alter locus aeque corruptus eſt p. 279. 6, 6. Pariſ., 6, 11. p. 247. Olear., ξυνελέξατό τε τὰ εὐδοκιμώτατα τῶν ἀναθημάτων εἰς τὴν πειθὼ κόσμȣ ἕνεκα. Quid ibi interpres? nihil; imo peſſime omnia; ſolens, videlicet ſuo more facit: *Poſtmodum,* inquit, *pretioſiſſima dona ornamenti cauſa ad leporem congregauit.* Itaque πειθὼ *leporem, ac gratiam,* ſignificabit poſthac, ſi huic homini fides. Pro πειθὼ legendum Πυθὼ, vertendumque, *Pretioſiſſimaque donaria Pythoni intulit*, vel *apud Pythonem congeſſit*, *ornamenti gratia.* Tertius locus, 6, 11. p. 247. ſ. Olear., eſt non minus corruptus, ȣ γὰρ δὴ τὸν χρυσὸν τὸν Λύδιον καλλώπισμα τῆς Πειθȣ̃ς ἡγεῖτο. Vides, referri iſthaec ad lateres aureos, ſigna etc., quae a Croeſo, Lydorum rege, olim apud Pythonem per legatos Apollini dicata fuerunt. Herodot. et quis non? Lege itaque, τῆς Πυθȣ̃ς.

Ibid. v. 27. Λυγδίνῳ] *Marmoreum* quidem, ſed *candens*, intellige. Πάριος δὲ λίθος, ὁ καλȣ́μενος Λυγδινος, inquit ſcholiaſtes Pindari ad Nemeonn. 4, 131. Itaque *Lygdinus* lapis, et *Parius*, idem fuerit.

Ibid. v. 28. Χάριτες] Emenda Ariſtidem rhetorem Vol. p. 151., Καὶ καταδεῖξαι τὰς Χάριτας εἶναι τὴν φύσιν. Lege οἵας τὴν φύσιν.

Ibid. v. 29. Στόλισον] *Stola* proprie mulierum eſt, idque apud Latinos. nam Graeci non ita vſurpant, vt ex Herodoto conſtat p. 33. edit Marn. ἱππάδα στολὴν, et ex Xenophonte p. 85. edit. Leoclau., polit. Laced. 11, 3., στολὴν φοινικίδα, de veſte militum Spartanorum. Romae etiam mares ſtola vtebantur, ſed domi. M. Antoninus p. 6. edit. Lugd.: ſed ibi *ſtola* fortaſſe tunica eſt.

Ibid. v. 34 Τάχα, κηρὲ, καὶ λαλήσεις] Vulgus noſtrum diceret, *Il n'y manque que la parole.*

Ode XXVIIII. v. 2. ἑταῖρον] Ita accipit ἑταῖρον, vt omnes ἑταίραν. *Amicus* enim certe hoc loco *concubinus* eſt.

Ibid. v. 5. ἡλιώσας] Proprie *ſplendentes*. Eunapius, αἱ κόμαι μελάντεραί τε, καὶ ἡλιῶσαι, κατέχυντο, p. 29. ex edit. Pauli Stephani. ita etiam Plantiniana.

Ibid. v. 18. Ῥοδινὴν δ', ὁποῖα μῆλον, Χνοΐην ποίει παρειήν·] Henr. Stephanus ita conuertit, *Roſeum ſit, vt pomum, Lanugi-*

nuginoſa mala. non bene. In Graeco eſt, *Facito vt eius genae, quae roſae colorem referunt, Lanuginoſae ſint, vti malum Cydoniacum.*

Ibid. v. 29. Ἐλεφάντινος τράχηλος] Poterat legi, et quidem commode, ἐλεφάντινον τράχηλον· ſed et ſubaudiri poteſt ἔςω.

Ibid. v. 33. Διονυσίην τε νηδὺν] Hinc cuiuis facile ad intelligendum fuerit, quam remoti a cognitione melioris antiquitatis pictores illi ſint, qui Bacchum γάςρωνα *ventrioſum, et doliarem* (Plaut.) [Pſeudol. 2, 2. 64.], fingunt.

Ibid. v. 40. τὰ δ' ἦν ἀμείνω] *Quem tu videre vero velles, Phaedria*, ait ille apud Terentium., Eun. 4, 4. 20. Caeterum per νῶτα intelligit *a toto partem*, illam ſcilicet, qua Ioui Ganymedes placebat.

Ibid. v. 45. ἐς Σάμον] Hoc ſatis notum eſt, Apollinem apud Samios in praecipua veneratione fuiſſe. Itaque hic locus ad commendationem Bathylli, ſi quis alius, in primis facit. Sed praefari veniam neceſſe habeo: id quod et facio, lector. Longiuſculam enim ῥῆσιν huc transferam de ſtatua Bathylli, prout ab Apuleio Florr. p. 350. ſ. Elmenh. fuit deſcripta. aliquod certe operae pretium futurum eſt. *Vel inde ante aram Bathylli ſtatua a Polycrate tyranno dicata: qua nihil videor effectius cognouiſſe. quidam Pythagorae eam falſo exiſtimant. Adoleſcens eſt viſenda pulchritudine, crinibus fronte parili ſeparatu per malas reuulſis. pone autem coma prolixior interlucentem ceruicem ſcapularum finibus obumbrat. Ceruix ſucci plena, malae vberes, genae teretes, ac modico mento facies: eique prorſus citharoedicus ſtatus. Deam conſpiciens, canenti ſimilis, tunicam picturis variegatam deorſus ad pedes deiectus ipſos, Graecanico cingulo, chlamyda velat vtrumque brachium aduſque articulos palmarum. Caetera decoris hiſtrici dependent. Cithara balteo caelato apta, ſtrictim ſuſtinetur. manus eius tenerae, procerula laeua diſtantibus digitis neruos molitur; dextera pſallentis geſtu ſuo pulſabulum citharae admouet, ceu parata percutere. Cum vox in cantico interquieuit, interim canticum videtur ore tereti ſemihiantibus in conatu labellis eliquare. Verum haec quidem ſtatua eſto cuiuſpiam puberum, quem Polycrati tyranno dilectus Anacreon Teius amicitiae gratia cantillat.*

CAPVT IIII

CAPVT IIII

I. *Anacreon passim emendatur. Aristidis rhetoris locus corrigitur.*
II. *Anacreontis locus in dubium vocatur, et mox emendatur.*
III. *Vt et Hesychius.*
IIII. *et V. Λυσιπαίγμων vocem Graecam non videri, et cur? legendumque φιλοπαίγμων.*
VI. *Aelianus emendatus in historia Animalium.*

Ode XXX. Audite, o Veneres, Cupidinesque, bellissimum odarium est, et in eo nihil vitii, nullus in tam formosa facie naeuus est, nisi, in quibusdam exemplaribus, hic vnus, Ζητεῖ, φέρουσα λύτρα. Legendum autem, vt poëmatio sui numeri constent, Ζητεῖ, λύτρα φέρουσα.

Ode XXXI. v. 1. Ἄφες με τοὺς θεοὺς σοι κ. τ. λ.] *Corruptus est hic versus, ita tamen, vt aliquis possit ex eo sensus erui, si τὸν θεὸν legatur, et σύ.* Henr. Stephani verba sunt. At nullus mihi sensus esse videtur, si lectio Stephani admittatur; idque non vni mihi, sed iis omnibus, qui ad has litteras sapiunt, videbitur. Aemilius autem Portus, qui post illum edidit Anacreontem cum caeteris lyricis, ad hunc locum sic scribit: *Nullus commodus sensus hinc elici potest. quid si legeres,* Ἄφες, μὰ τοὺς θεοὺς, μὲ Πιεῖν, πιεῖν ἀμυστί. *Id est, per deos, sine me largius bibere.* Sed ne hoc quidem mihi placere potest. neque enim μὰ cum imperandi modo reperias. Ego sane nil mutem. est enim hic verborum ordo, si grammatico more structura fiat, ἄφες με πιεῖν, τοὺς θεοὺς σοι. vbi reticeri verbum ἐπόμνυμι, aut quid tale, quod cum θεοὺς iungatur, arbitror. Solent autem, qui per deos obtestantur, verbum praetermittere. ad eam rem exemplis haud opus est.

Ibid. v. 12. τόξον Ἰφίτειον] Quippe Iphitum Hercules in furorem versus occidit, et eius arcum sibi cepit.

Ode XXXII. Haec ode hominis est plane recentioris, et sane ineptissimi: certe Anacreonte plane indigna; meque adeo in eam quidquam dicere piget. Tamen, occasione data, aliquid agemus, quod prosit.

V. 3.

V. 3. Εἰ ἠμαθῶδες εὑρεῖν Τὸ τῆς ὅλης θαλάσσης] Quod in prouerbium migrauit. ita et *fluctus maris numerare.* Aristides rhetor in *Isthmica*, siue *in Neptunum*, p. 33. To. I. Canter., καὶ ταῦτα ὂν ἀτεχνῶς τὸ λέγειν τι περὶ τούτων καὶ ἐγχειρεῖν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐξαριθμεῖσθαι βούλοιτο τὰς χόας τῆς θαλάττης *Cum praesertim argumenti talis tractatio parem habeat difficultatem, ac si quis marinas vndas numerare velit.* Hunc locum non protulissem, nisi illi emendatione opus foret. namque legendum ibi non χόας, sed ῥοάς. est autem imitatio Homeri.

Ibid. v. 18. Τί φῄς, ἀεὶ κηρωθείς;] Nulla huic loco salutis spes est; nullus ei Aesculapius fuit; nullus Hippocrates. neque id vero dolendum. *nequior* enim haec Ode est, *quam nummi noui.* Posset legi, τί, φῄς, τόσους ἔρωτας; *Quid, ais, tantumne amorum?*

Ode XXXIII. Venustissimum poëmatium, quodque Anacreontis esse videtur. Sed illud postremum verbum ἐκβοῆσαι notae recentioris esse putarim.

Ode XXXIIII. v. 5. διώξῃς] Nunquam vsque adhuc vllum significationis istius exemplum legere contigit: et vt, quod res est, dicam, hic locus mihi suspectus est, vel a vitio scripturae, vel a neoterismo poëtae. Nam qui tandem fieri possit, vt διώκειν τὰ φίλτρα dicamus pro *fugere, et aspernari, amorem,* cum *persequi* significet. Itaque legendum putarim διώσῃς, leui, et paene nulla, mutatione, id est, *repellas, reiicias.* id enim est διωθῶ, seu διωθέω.

Ode XXXV. v. 8. Ἐξ ἀγέλης ἐλασθείς] Vt consulatur versui laboranti, legendum ἀγέληφιν ἐξελασθείς· sin minus, vitium erit.

Ode XXXVI. v. 12. Βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτεις] Legendum videtur με καλύψεις. Sententia omnium horum versuum est, *Heus, puer, da vinum: forsan breui moriendum fuerit: ibi tum labori tuo parcetur. qui enim mortuus est, is nil appetit.* Caeterum istud verbi κάρωσον iunctum cum ψυχὴν non ita arridet. Inde itaque factum, vt in edit.

Com-

Commeliana asterisci nota illi addita sit, nec non versui sequenti.

Ode XXXVII. v. 9. Τὰ βροτῶν ἔργα] *Arua* sunt, *culta, sata.* Virg., Georgg. 1, 325. Aen. 2, 306., *Hominumque, boumque, labores.* Homerus, Il. β', 751., — ἔργ' ἐνέμοντο· vbi interpres, ἔργα, inquit, νῦν τὰ γεώργια Herodot lib. 1, 36. de apro, qui Mysorum agros deuastabat, Τὰ τῶν ἔργα διαφθείρεσκε.

Ibid. v. 10. Καρποῖσι γαῖα προκύπτει, Καρπὸς ἐλαίας προκύπτει] Priorem versum eiiciendum esse, nemo non facile viderit.

Ibid. v. 14. Καθελὼν] Nota significationem, *exerens se.* id enim ita interpretari necesse est. Exemplum in eam rem nullum afferre possum: et tamen veteres non indiligenter legere soleo. Quaesiui etiam apud Hesychium, num quid ipse olim aliquid annotasset? nil prorsus. Sed dum haec quaero, aliud reperi, quod tecum communicatum oportet. ΚΑΘΕΣΤΩΣ· παρεστὼς, αὐτόθεν ὑπάρχων, μόλιβδος. Nemo non videt, locum esse deperditum. nam καθεστὼς non est *plumbum*, seu μόλιβδος, Itaque medicinam hic facere opus est: id, aduocata Critica, fiet. Omissus est titulus, seu illa vox, cuius explicatio sit illud nomen μόλιβδος. Quaenam autem ea fuerit? Certe, et ratio, et literarum series, vincunt, esse κάθετος. at κάθετος *perpendiculum* est: et ea voce vsus Vitruuius. *Plumbum* autem, seu μόλιβδον, pro *perpendiculo* sumi, notissimum est. Itaque supplendus hic Hesychii locus, legendumque: ΚΑΘΕΤΟΣ· μόλιβδος.

Ode XXXVIII. v. 4. Σκῆπτρον δ' ἔχω τὸν ἀσκὸν] Vel simpliciter respicit quemlibet vtrem vinarium, quo se pro baculo vsurum ait, vel eum vtrem, qui supra caeteros bibenti praemium erat. Aristophanes in Acharnensibus v. 999. ss., p. 419. edit. mai., Ἀκούετε, λεῴ, κατὰ τὰ πάτρια τοὺς χοὰς Πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος· ὃς δ' ἂν ἐκπίῃ Πρώτιστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται *Audite, o populi, more patrio congios Bibite tuba clangente: qui autem congium Ebiberit primus, Ctesiphontis auferet vtrem.* Tam lepidi moris ratio explicatur

a ſcholiaſte ibidem. Explicatur et ab Heſychio, qui haec Ariſtophanis verba, tacito auctoris nomine, profert. Caeterum in iſto ex Acharnenſibus loco legis ὑπὸ τῆς σάλπιγγος, vt ſupra ὑπὸ βαρβίτῳ etc.

Ibid. v. 5. Ὁ νάρθηξ δ' οὐδὲν ἐςι] Id eſt, *Nullus mihi narthecis vſus eſt; modo vtrem vini plenum habeam, perbene eſt.* Notum autem hoc, in ſacris Bacchi *narthece*, ſeu *ferula*, vſos olim fuiſſe. vnde illud prouerbiale, Πολλοὶ δὴ ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι· id eſt, *multi ſane narthecem ferunt, ſed perquam pauciſſimi* Βάκχοι *ſunt*, ſeu *diuino Dionyſi ſpiritu aguntur.* Quod ad omnes artes transferri poteſt.

Ibid. v. 7. Παρέςω, καὶ μαχέσθω] Apud Hephaeſtionem, Enchir. de metris p. 16. Pau., qui hunc locum profert, legitur: Ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι, (Πάρεςι γάρ), μαχέσθω· ſenſu planiſſimo, etſi aliter viro doctiſſimo viſum eſt: *qui pugnare vult, pugnet; id enim ei per me quidem licebit:* τί γὰρ μάχαισι κἀμοί? Solent autem tranſponi quandoque parentheſes. quod hic quoque factum eſt. Dein ſi παρέςω legas, verſus corruet.

Ibid. v. 12. Σειληνὸν] Omnino tibi legendus aureolus ille magni Caſauboni libellus de ſatyrica poeſi c. 11. Heſychium emenda: Σιλβία· σιδία. Σιλγῖνοι· σάτυροι. Lege: ΣΙΛΗΝΟΙ· σάτυροι· quanquam falſum eſt, Satyros, et Silenos, eoſdem eſſe. Videlicet Sileni veluti paedagogi, et doctores, Satyrorum erant.

Ode XXXVIIII. v. 9. Λυσιπαίγμων] Qui formam huius nominis attente conſideret; haud, opinor, faciet, quin illam in ſuſpicionem νοθείας vocet. Verum ratio explicanda eſt. Graece quidem dicitur λυσίπονος, λυσιμέριμνος, λυσίγαμος, λυσίδικος, et alia id genus, ſed quae liberationem, vel diſturbationem, ſeu impedimentum, aut ceſſationem etc. a re aliqua, notent. At λυσιπαίγμων nil tale. Itaque nunquam dubium mihi fuit, quin hoc loco legi oporteat φιλοπαίγμων. Sed exemplo fortaſſe opus ſit. age fiat. Hoc loco contendimus legendum eſſe φιλοπαίγμων Βάκχος· itidem plane vt od. 42. Διόνυσος φιλοπαίγμων dicitur. at Βάκχος, et Διόνυσος, iidem. Itaque hanc vocem λυσιπαίγμων barbaram eſſe, aut certe contra iudicium, et rationem formationis, fictam eſſe aio.

Ibid. v. 21. Ὑπὸ κυςτοῖς] Lego vnica voce ὑποκύςτοις. Caeterum hoc odarium eſſe Anacreontis, haud equidem crediderim. Eruditus lector cauſam facile videat. ὑπόκυςτα vero κύπελλα, ſeu *repanda pocula*, intelligo *lata*, ita vt animus ſtrenui potatoris quodammodo in iis explicari queat.

Ode XXXX. Notiſſimum eſt, reperiri in Bucolicis Theocriti eiuſdem omnino argumenti poëmatium, Idyl. 19.

Ode XXXXI. v. 4. Τὸν ὅλας ποθεῦντα μολπὰς] Mendum arbitror latere in hac voce ὅλας. Odarium hoc miſerabile, ſi quod aliud, mihi ſemper viſum eſt; quique illud ab elegantiſſimo poëta ſcriptum putet, Muſas profecto in conſilium non aduocarit. Nihil in tot verſibus video, quod iure amem, praeter hoſce duos, praeterea nullos; Μελέτω δὲ τοῖς θέλουσιν, Ὅσον ἐςὶν ἐν μερίμναις. In verſ. 14. pro ἀνεμοτρόπῳ θυέλλῃ, cuiuis, ſi modo in his rebus aliquid palati habuerit, facile appareat, legendum ἀνεμοςρόφῳ.

Ode XXXXII. v. 15. Νεοθηλαῖσιν ἅμα κούραις] In prima editione legitur νεοθηλαῖς· quod eodem recidit. et legendum omnino eſt νεοθηλέσσ᾽ ἅμα κούραις. Primum ſi νεόθηλος diceretur: haud dubie ſignificaret, *qui nuper nutricis mammae admotus eſt.* at νεοθηλὴς, ſeu νεοθαλὴς, κούρη eſt νεωςὶ ἀνθοῦσα, ſeu *quae in primulo aetatis flore adhuc ſit.*

Ibid. v. 17. Βίον ἥσυχον φέρωμεν] Dicendi genus plane nouum; ſed, meo quidem iudicio, belliſſimum. Talia multa apud Herodotum, ſcriptorem Ἰωνικώτατον. Odario autem iſti haud dubie verſus aliquot deſunt, qui negligentia ſuperiorum ſaeculorum perierunt, vt et alia multa haud paulo meliora.

Ode XXXXIII. v. 8. Σὺ δὲ φιλία γεωργοῖς] Lego, σὺ δὲ φίλος εἶ γεωργοῖς· alioqui φιλία *amicitia* fuerit: quod haud placet. At, dixeris, φιλία erit *amica*? Non poteſt. Deinde ſcribere debuiſſet φίλιος, cum praecedat πεπωκὼς, et βασιλεύς.

Ibid. v. 9. Ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων] Elegantiſſimum loquendi genus, pro μηδὲν βλάπτων τινός. Sed quam elegantiſſimum id iudico, tam profecto rariſſimum arbitror.

Ibid.

Ibid. v 17. ἀναιμόσαρκε] Nam dii in veteri theologia ſanguinem non habent, ſed *ſerum* ſanguinis, ſi mihi per Aſclepiadas ita loqui licebit. Graecis ἴχωρ eſt. Id ex Homero probes, et ex Alexandri dicto apud Plutarchum, Apophthegmm. p. 180. E To. 2. Vechel.

Ode XXXXIIII. Elegantiſſimum vero, et amabile, ſi quod aliud, odarium; et, vt vno verbo complectar, non minus venuſtum, et amabile, quam illa puella eſſe debuit, cuius cauſa ſcriptum fuit.

Ibid. v. 1. τροχάζειν] Hoc loco addam, quod a me praetermiſſum eſt, cum in oden quartam ſcriberem. Legitur, v. 7. ſ., Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα Βίοτος τρέχει κυλισθείς. Ibi notaueram, emendandum eſſe Aelianum in Hiſtoria Animalium lib. 5. c. 23. Οἱ δὲ ἀφικνῦνται κεράμια, ἢ κάλπεις, ἢ τροχὺς, κομίζοντες. Vides ibi τροχὺς· ſed omnino legendum eſt πρόχυς, id eſt, *aquales.* Πρόχυς enim eſt ὑδροφόρον ἀγγεῖον, ait Pollux, Onom. 6, 92. id quod ex Ariſtophane in Nebulis, et aliis, conſtat.

Ode XXXXV. Ita me ingenioſi, et molles, preſſi tamen, et adſtricti, huius odarii verſus ceperunt, vt e grammatico paene poëta fiam, et repente attonitus exclamem, vbi eos lego; *Felix, ah! nimium felix, cui carmine tali Fluxit ab Aoniis vena beata iugis. Quid melius dictaret Amor, Riſuſque, Iocique, Et cum germanis Gratia iuncta ſuis?* Vnum tamen eſt, quod me in tam terſo, tamque venuſto, odario male habet. Quid? inquies. hic verſus ſcilicet, Μέλι τὸ γλυκὺ λαβῦσα. Is enim ſuis numeris non conſtat, cum tamen caeteri omnes abſolutiſſimi ſint, et ad tornum elaborati. γλυκὺ enim vltimam habere longam non poteſt, quae tamen talis eſſe deberet, vt verſus ſtare poſſet. Ego autem arbitror, illud γλυκὺ gloſſema eſſe vocis alicuius, quae ab vſu communi remotior eſſet. id quod ſi verum ſit, ſuadeam reſcribi, Μέλι λαρινὸν λαβῦσα. Certe λαρινὸν, et λαρὸν, exponitur a veteribus magiſtris ἡδὺ, γλυκύ.

Ode XXXXVIII. v. 3. κύπελλα θεσμῶν· — νόμυς κεράσσω] Vtrumque hunc locum de *legibus bibendi*, de quibus fuſe Horatii interpretes, intelligendum arbitror.

Ode XXXXVIIII. Haec ode mutila est, et maxima sui parte caret. Dein in tam pauculis versibus quidam etiam corrupti sunt. In eo numero mihi est, Ἑτεροπνόους ἐναύλους. Conieceram olim, neque hodie plus video, legendum, Ἑτεροπνόοις ἐν αὐλοῖς· quod commodum est. In postremo versu pro νόμους φιλοῦντων lego νόμους πινόντων.

CAPVT V

I. *Multa Anacreontica esse supposita. Hesychius corrigitur.*
II. *Locus explicatus contra interpretes.*
III. *Locus Hesychii explicatus, et emendatus.*
IIII. *Illustris Plutarchi locus in vita Alexandri restituitur.*
V. Ἀναςαλύζω.
VI. *Anacreon emendatur:*
Vt etiam VII.

O*de L.* In hoc odarium nil habeo dicere, praeter tantillulum quiddam: hunc versum scilicet, Πεπεδημένον ὀπώραις, vitiosum esse, neque vllum ex eo sensum elici posse. Metrum quidem plane claudicat. nam postrema syllaba in πεπεδημένον hoc loco producitur: quod contra artis regulam est. Suspicor itaque, aliquid mendi latere in hac voce ὀπώραις.

Dein videamus verborum seriem, et structuram orationis. En tibi, ὁ θεὸς κατῆλθε κομίζων τὸν οἶνον φυλάττειν *Aduenit deus vinum ferens custodire.* Dispice itaque, an haec intelligi possint. mihi certe non ita videtur. Caeterum scripta, opinor, haec ode fuit in pompam aliquam Bacchi, quae ante vindemiam celebraretur. Itaque huic odario subiici debuerat illud, odar. 52., cuius principium est, Τὸν μελανόχρωτα βότρυν. Quid autem? inquies, Anacreontis esse videtur? haud equidem arbitror; vt nec odarium sequens de disco. Quod autem additur, ἐπὶ κλημάτων

των κ. τ. λ., videtur referri ad eum vini conficiendi modum, de quo Hesiodus ἐν Ἔργοις.

Ibid. v. 14. Ἐσέτυς φανέντος ἄλλυ] Quasi ἐς ἔτυς ἄλλυ χρόνον *In annum proximum:* quanquam tale quid obseruare me haud memini.

Ode LI. Nempe dixi modo, non videri hanc oden Anacreontis esse. dico iterum, iterumque, et ad rauim vsque occinam. Primum miratur, repertum esse aliquem, qui mare in toreumate expresserit. istuc sane misellli poetastri est. Quid illud? Ἄρα τις μανεῖσα τέχνα. O rem bellam, et plane Ionicam, scilicet! Reprehenderem hoc quoque, Ἄρα τις ὕπερθε λευκὰν Ἁπαλὰν χάραξε Κύπριν, nisi scripturae mendum esse putarem. Certe a Stephano dictum est, videri quibusdam legi debere, ὑπὲρ θάλασσαν. Non addo, affectatos multis in locis Dorismos, vt vetustatis fides fieret. Quid illud? Παφίης τὸ σῶμα παίζει, Ἵνα νήχεται γελῶσα. Proh, deum fidem! isthaec legantur? Ille autem versus, versum certe facere voluit, qui illum scripsit, Δολερὸν νόον μερόπων, an versus est? At in illo, Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτὰ, quidam legerunt ἐπ' ἀκτᾷ. Sed ne sic quidem vitium tollitur. Itaque hinc tandem emergamus. Caetera enim nihilo meliora sunt. Sed ne frustra, et ob rem nullam, tantum nugarum legeris: accipe Hesychii locum emendatum in μέτοποι· ΜΕΤΟΠΟΙ, inquit, ἄνδρες· sed μέτοποι nihil significat. Imperitus quidam vitiose alicubi scriptum legerat μετόπων pro μερόπων. id sine omni iudicio in codicem Hesychii retulit, quasi pretiosissimam aliquam gemmam. Id omne hinc eiiciendum. haec illa emendatio est. Mox legitur: ΜΕΤΟΤΣΩ· περιβλέπω, ἀφορῶ, ἀποβλέπω. Lege, ΜΕΤΟΣΣΩ. nam illud quidem μετυσῶ nihil est. at ὄσσω est βλέπω· inde μετόσσω.

Ode LII. Vindemiae descriptionem habet haec ode. ἐπιληνίων mentio est apud Pollucem lib. 4. cap. 8, 55. Pro νέον ἐς ζέοντα lego νέον ἐκζέοντα. Illud ἐλυσθεὶς, quod hocce loco nihili est, quidam olim emendarunt, legeruntque, μεθυσθείς. Sed ne sic quidem locus sanus est, cum nullum verbum sequatur.

Ibid. v. 19. Ὁ δ' Ἔρως ἄωρα θέλγων] Legendum θέλγει. Caeterum ἄωρα *mulierem* significat: ne quis fallatur.

Ode LIII. Corrupta ode, et quae haud dubie alium habet patrem, quam Anacreontem.

Ibid. v. 3. Συνεταιρεῖ αὔξει μέλπειν] *Quod periit, periisse ducas.* Hic certe versus conclamatus est.

Ibid. v. 9. Τόδε καὶ μέλημα μύθοις] Necessario legendum est Νυμφῶν. Dixerat antehac, rosam esse ἄγαλμα Χαρίτων, θεῶν ἄκμα, Ἀφροδίτης ἄθυρμα· nunc μέλημα Νυμφῶν, et mox Φυτὸν Μουσῶν.

Ode LIIII. v. 1. Ὅτ' ἐγὼ νέοις ὁμίλου Ἐσορῶν πάρεσιν ἧκα] Hunc locum restituit Henr. Stephanus: idque tam certa, quam plana, et perspicua, emendatione, Ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον Ἐσορῶ, πάρεστιν ἥβα.

Ibid. v. 6. Παράδος, θέλω σέφεσθαι] Ille idem legit, ῥόδα δὸς, θέλω στέφεσθαι· commode, et vere. Cum autem postulat, ῥοιὰν ἀπὸ Διονυσίης ὀπώρης sibi dari: caue credas intelligi de vino; quod credidit tamen Henr. Stephanus, cum scribit, *Propere mihi Lyaei Ades afferens liquorem.* Immo de malo Punico accipe. valet enim ad compescendam nauseam. Quod autem ὀπώρης Διονυσίης meminit: id eo factum est, quod varii fructus simul in eundem fasciculum colligati, inter quos mala quoque Punica erant, Baccho consecrabantur etc.

Ode LV. v. 1. Ἐν ἰσχίοις] Hoc vnum odarium inter tot alia, quae pessimae notae esse ostendi, spurium esse Henr. Stephanus putauit. neque tamen vllam rationem addidit. Versus certe absolutissimi sunt, nec quicquam in iis est contra Hellenismum. At ego vnico argumento probabo, quod ille non probauit. Parthi scilicet, quorum in hocce odario mentio est, Anacreontis tempore nondum noti erant: quod certissima veteris historiae fide nititur. Caeterum de Coppatia equo, et Samphora, legi possunt, quae in schol. Aristophanis tradita sunt. Legendus et Vossius in opere maiori de grammatica Latina, et Scaliger in animaduersionibus Eusebianis.

IN FRAGMENTA

II. 1. Δραπέτας ὁ χρυσός] Allusio est ad seruos fugitivos. Sciunt autem, qui veteris historiae non plane imperiti sunt, *Chrysum*, et *Chrysidem*, *Chrysalum*, et *Chrysalidem*, seruulorum, et ancillularum, nomina esse. Itaque res magis bella est Graece, quam Latine. Terentius, Heautont. 4, 2. 11., quidem dixit, *Retraham fugitiuum illud argentum* nullus dubito, quin in Graeco fuerit χρυσός. At Plautus, Bacch. 2, 3. 6., maluit dicere, *opus est Chryso;* vt allusionem, quae Graece legenti occurrebat, seruaret, sed infeliciter tamen. nam Latine peribat. Caeterum quae hic corrupta sunt, haud equidem video, qui tandem restitui possint.

I. 19. ἐπηχεῖ] Ob naturam arboris, cuius folia, propter crassitiem, et firmitatem, non sine strepitu tanguntur.

20. Ὁ δὲ Φοῖβος ἦε Φοῖβος] Illud ἦε pro *ibat* sumitur ab εἶα· vnde Atticum ἦα· quod et Ionicum est. Obiter locum Hesychii proponam, intricatissimum illum quidem, sed facillimum certe, vbi a me expositus, explicatus, et emendatus, fuerit. Sic igitur in Hesychii codice legitur: Ἤϊα· βρώματα, θώων πορδαλίων τὰ λύκων τ᾽ ἤϊα πέλονται. καὶ ἄχυρα ἠΐων θήμωνα τινάξῃ, καὶ ἐφόδια, καὶ ἐπορευόμην, ἤϊα πολλὰ θεοὺς γουνούμενος. Vides, lector, quam isthaec confusa sint, et vix cuiquam intelligibilia. Sed videamus, vtrum, vbi a nobis, et digesta, et emendata, fuerint, talia videri queant. Sic igitur lego: Ἤϊα· βρώματα. [Θώων, πορδαλίων τε, λύκων τ᾽, ἤϊα πέλονται] καὶ ἄχυρα. [ἠΐων θήμωνα τινάξῃ.]. καὶ ἐφόδια, καὶ ἐπορευόμην, [ἤϊα πολλὰ θεοὺς γουνούμενος]. Latine: Ἤϊα *aliquando significat* βρώματα, *vt in illo Homeri loco Iliados* ν΄ *vers.* 103. θώων, πορδαλίων τε, λύκων τ᾽ ἤϊα πέλονται. *Item significat* ἄχυρα, *vt apud eundem Homerum Od.* ε΄ *vers.* 368. — ἠΐων θήμωνα τινάξῃ. *aliquando sumitur pro* ἐφόδια. *item pro* ἐπορευόμην, *vt in Odyss.* δ΄ *vers.* 330. ἤϊα πολλὰ θεοὺς γουνούμενος. Existimo, praestitisse me, lector, quod professus fueram. itaque sit satis.

29. Ὡς θεὸς ἐνίκα] Emendaueram olim, ὦ θεὸς ἐνίκα. poſtea idem Porto in mentem veniſſe animaduerti.

33. Φιάλην λόγων] Pindari, opinor, imitatio eſt, ſed nunc quidem is locus non ſuccurrit. Quae autem vitiata in hoc poëmatio fuerunt; ea, opinor, haud quiſquam emendet abſque manuſcripti alicuius ope. Illa itaque ne tentem quidem, ſed illuſtrem in vita Alexandri correctionem proponam. Deſcribit Plutarchus; locus eſt p. 702. edit. Pariſ. mai.; laſciuiam exercitus Macedonici, choreas, commiſſationes, meretricum feſtos dies, omnia canticis, et tibiarum, fidiumque, ſono, ſtrepentia; ſic denique narrationem claudit: Τῷ δὲ ἀτάκτῳ, καὶ πεπλανημένῳ, τῆς πορείας παρείπετο ταῖς φιάλαις, καὶ παιδιὰ Βακχικῆς ὕβρεως. Ad verbum erit, *Tam inconditum, et incompoſitum, agmen ſequebatur phialis, et luſus Bacchicae licentiae.* Sed quid hoc *phialis*, et *luſus?* aut, ſi Graece mauis, φιάλαις, καὶ παιδιά? Nullus ſenſus erit, quin et oratio fuerit planiſſime σολοικίζουσα· quod nemo in dubium reuocabit. Pro ταῖς φιάλαις legendum ὁ Φάλης· et ita locus ille Latine conuertendus, *Tam incompoſitum, et vagabundum, agmen ſequebatur Phales, et Bacchicae licentiae luſus.* Φάλης autem erat deus ille, qui *pater omnium SS.* ab Italis vocatus eſt, quem tamen vix ſatis honeſte nominare queas; licet tanta eius vis, et poteſtas, ſit, nemo vt poſt homines natos, niſi illo benigno, et propitio, ſibi vnquam heredem procreauerit. Eius figura erat ſane lepida, nempe ξύλινον αἰδοῖον· aliquando etiam δερμάτινον. Ei pompa in Dionyſiis, ſeu Bacchanalibus, etiam fiebat; cuius exemplum habes apud Ariſtophanem in Acharnenſibus.

36. Φλογερὸν ἄστρον] *Caniculam* ſcilicet.

III. Τί καλὸν] Hoc odarium vel perquam mediocri poëta indignum eſt.

Ode LVI. 1. Πολιοὶ μὲν ἡμῖν ἤδη] Eſt vero, eſt, lector, Anacreontis, quod legis, ſi quid vnquam Anacreontis fuit.

7. Ἀνασταλύζω] Iſthuc verbi haud memini vſquam legere me; neque a Lexicographis notatum fuit, vt nec quater mille, et amplius, quae hinc inde olim collegeram.

Scio

Scio tamen, σαλύζειν eſſe idem, atque δακρύειν, κλαυθμυρίζειν, *flere*, *eiulare:* quippe qui abhinc decem annis, et amplius, legerim adpud Heſychium: ΝΕΟΣΤΑΛΥΓΕΣ· κεκλαυθμυρισμένοι παῖδες προσφάτως, νεοδάκρυτοι.

11. Καὶ γὰρ ἕτοιμον κ. τ. λ.] Quouis pignore contendam, legendum eſſe, Οὐ γὰρ ἕτοιμον Καταβάντι καὶ ἀναβῆναι *Non enim ex eo aſcendere, et emergere, itidem facile eſt, ac deſcendere facile fuit.* Illud vel pueri ſciunt, *Facilis deſcenſus* etc.

Ode LVII. 7. Ἄγε δὲτε] Hoc odarion legerat Horatius. namque illud imitatus eſt, 1. od. 27.

Ode LVIII. 2. μίτραις] Hoc loco μίτραι ſunt ταινίαι.

Ode LX. 1. Γȣνȣ̃μαι] Hymnus in Dianam, ſeu potius illius clauſula. Inuocat enim, vt ad Lethaeum fluuium veniat, ad Magneſiam puto: ſed quod ibi ſcribi θρεοκαρδίων vides, id vero perquam corruptum eſt. Quid enim? timidos, imbelles, et ignauos, vocet, quos laudare inſtituerit? mihi quidem nunquam ita videbitur, neque adeo cuiquam, ſi ſapiat modo. Lego itaque θρασυκαρδίων, hoc eſt, *ſtrenuorum.*

Ode LXI. Πῶλε Θρηΐκίη] Puellam Threiſſam amabat noſter, vt quandam aliam eiuſdem gentis Horatius, 3. od. 9, 9. ſ., *Me nunc Threſſa Chloë regit Dulces docta modos, et citharae ſciens.* Hoc quoque odarium imitatus eſt *Romanae fidicen lyrae*, 1. od. 23. 2. od. 5.

Fragm. IIII. Ὦ παῖ, παρθένιον βλέπων] Luculentiſſimum vero fragmentum. Refert Athenaeus, 13, 8. p. 605. D, dixiſſe olim Glyceram, pueros tanto formoſiores eſſe, quanto feminis ſimiliores ſint.

CAPVT

CAPVT VI.

I. *Hesychius, et Eustathius, emendati.*
II. *Sapphonis loci duo corriguntur.*
III. *Vt et alius.*
IIII. *Theocritus emendatur.*

IN SAPPHVS ODEN I.

Huius odes admirabile artificium vt exponam, nec tempus, nec libelli modus, ſinit. dein quis poſt Dionyſium Halicarnaſſeum id tentare auſit, tantum dicendi magiſtrum? Eum legere ſatius fuerit, p. 36. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, ex editione Vechelianorum. Ad emendationem autem carminis, adeundus Sylburgius, qui ſolemni illa ſua diligentia tibi ſatiſſaciet, p. 5. Quae ab illo dicta fuerunt, non attingam, nec mea faciam, quae aliena ſunt. Si quid addendum videbitur, illud a me quam pauciſſimis praeſtabitur.

V. 1. Ποικιλόθρον'] *Praepotentem* intelligo, *quae multos vbique gentium thronos habeat;* cuius numen, et coelum, et maria, terras, ac triſtia Plutonis regna, peruadat. Poſſet tamen iſtud ποικιλόθρονος aliud ſignificare, Venerem ſcilicet *florida, et varia, veſte vtentem.* Nam θρόνον eſt βαφὴ *tinctura,* vt apud Euſtathium p. 1278. 49. edit. Rom. legere eſt; quem locum non tranſcribam; illic integer legi poterit. Monebo tantum ſtudioſos, grauiſſimum ibi eſſe errorem, cum ſcribitur ſcilicet, τὰ κάλλη pro *pennis quibuſdam* ſumi. Id quidem verum eſt: ſed quaenam illa auis? Graeca ſic ſe habent, καὶ τὰ ἐν τῇ αἰ τῶν δὲ οὐρᾷ πτερά. nullo ſenſu. Legendum, Καὶ τὰ ἐν τῇ ΤΑΩΝΩΝ οὐρᾷ πτερὰ *Et pennae, quae in cauda pauonum ſunt.* Eandem explicationem huius vocis θρόνον apud Heſychium legas: Θρόνα, inquit, ἄνθη, καὶ τὰ ἐκ χρωμάτων ποικίλματα. vnde et mox additur: ΘΡΟΝΙΤΗΣ· πρώτιστος. peſſime. Legendum, χρωστὸς, *coloratus* ſcilicet. neque adeo aliter ſcripſerat Heſychius.

Ibid.

Ibid. v. 5. αἴποτε κατ' ἔρωτα] Graue vitium in metro. nam κατ' hoc loco longum esse deberet, quod fando nunquam auditum est. Ille alter versus nihilo melior, Τᾶς ἐμᾶς αὔδᾶς αἴοις ἇς πολλάκ' Ἔκλυες κ. τ. λ., nihilo, inquam melior. namque illud ἇς breue esse deberet; quod tale esse non potest. Sic igitur legendam, interpungendam, et emendandam, existimo hanc strophen: Ἀλλὰ τυῖδ' ἔλθ', αἴποτε· καδδ' ἔρωτα Τᾶς ἐμᾶς αὐτᾶς ἀΐ, ἇς σὺ πολλάκ' Ἔκλυες. Sensus, verbum de verbo expressus, hic erit, *Sed huc veni, si quando alias; Et per amorem audi meam vocem, quam tu antehac exaudiebas.* καδδ' ἔρωτα poëticum est pro κατὰ δὲ ἔρωτα. nihil frequentius. ἀΐ, positum cum apostrophi notula, est ἀΐε *audi.* Elegantes, et venusti, homines de hac emendatione iudicabunt. Mihi certe eiusmodi esse videtur, vt ea vnica, si nihil aliud, pretium his notulis facere possit.

Ibid. v. 18. τίνα δ' αὖτε πειθῶ Καὶ σαγηνεῦσαν φιλότητα] Existimat Aemilius Portus, post haec verba, τίνα δ' αὖτε πειθῶ, subaudiendum esse προσοίσω, aut tale aliquid, ita, vt sensus sit, *Quam suadelam tibi afferam? quam machinam admouebo, quam amicitiam* σαγηνεῦσαν? Sed si suspicionem meam circa locum hunc audiuisset: facile adducor, vt credam, talia non fuisse scripturum, quae tam facile refelli queant. Primum omnium existimo legendum esse, non πειθῶ *persuasionem*, sed πείθω, mutato accentu, *induco, suasione impello.* dein legendum, non σαγηνεῦσαν φιλότητα, sed σαγήνευσ' ἂν φιλότητα, idque sensu tam eleganti, quam facili. *Rogitabas;* nam ἤρεο *interrogabas*, quod in superiori strophe legitur, vinculum est horum quatuor versuum; *rogitabas*, inquam, *quid potissimum animo meo furenti fieri vellem; quem adolescentem in amorem suasionibus meis inducerem, aut reti amatorio captarem; addens hoc quoque, Quis te iniuria afficit, quis tibi molestus est, mea Sappho?* Illud autem ἂν φιλότητα positum fuit pro ἀνὰ φιλότητα. inde maior totius rei difficultas tollitur.

IN SAPPHVS ODEN II

Εἰς ἐρωμένην] Vt aliquando mares masculis amoribus inardescunt; ita et feminae eodem quandoque furore incensae feruntur. In earum numero fuisse dicitur Sappho. Ea enim, qua mares, qua feminas, sectabatur, eratque plane, vt ille deorum, qui *vtroque facit commercia mundo.* Itaque εἰς ἐρωμένην suam hoc admirabile odarium scripsit; quod tale est, ei vt ignoscendum putem, si quando a viris ad feminas desultoriam faceret. Esset autem fortasse, cur hic περὶ τῆς τριβακῆς, seu τριβαδικῆς, ἀσελγείας, de qua Lucianus in *Amoribus*, vt et de Philaenide, quiddam diceretur, sed certe est etiam, cur nil quidquam dicatur.

V. 1. Φαίνεταί] Longini libellus περὶ ὕψους mihi semper plane admirabilis visus est, sed in eo praecipue loco, vbi de hoc poëmatio sententiam fert. Eum igitur legat, qui scire velit, quid sit cum iudicio legere. Nihil addam, nisi hoc vnum ad cognitionem artificii, septies repetitam fuisse in octo exiguis versiculis particulam δὲ, quae deficientis corpusculi, animique paulatim cadentis, imaginem ingeniosissime effingit. En tibi exempla: ἂν δὲ λεπτὸν, ὀμμάτεσσι δὲ, καδδὲ βομβεῦσιν δὲ, (id est, κατὰ δὲ), τρόμος δὲ, χλωροτέρη δὲ, τεθνάναι δέ. Idque tanto magis obserues, quod ei particulae locum in octo superioribus versibus nullum esse videas. Scio, qui dicturi sint, isthaec esse somnia hominis otio abutentis, sed hoc etiam scio, talem ei non fore hanc obseruationem, qui Dionysium Halicarnasseum περὶ συνθέσεως legerit. nam Dionysius certe in illo opere non somniabat.

Ibid. v. 7. Ὡς ἴδον σε, βρόγχον] Ostendi in epistolis illis, quae nuper editae sunt: [Pars earum prima exiit Salmurii A. C. 1659. quaternis: Pars altera A. 1695. eadem in vrbe]: legendum, 1. ep. 49. p. 163., Ὡς ἴδον σ', ὡς βρόγχον· ἐμοὶ γὰρ κ. τ. λ. Sed quod ibi scriptum est, satis est semel scriptum fuisse. nam breuitatis ratio habenda est, et iam hae notae, vereor, vt sint iusto longiores. Quo autem, et pulchritudo, et suauitates, prioris odes facilius

lius agnoſcantur: Latine eam conuerti, et explicaui. vnde aliqua vtilitas ad eos certe perueniet, qui non ita magnum in literis Graecis vſum habent.

O immortalis Venus, cui tot vbique templa exſtructa ſunt, filia Iouis, quae dolos, et artes, ſtruis, queis infelix amans luditur, veneror te, et oro, ne quid damni mihi importes, neue mihi animum moleſtia vlla domes;

Sed huc fauens, et propitia, venias, ſi quando veniſti: amanter autem vocem meam audias, quam tu ſaepe antehac exaudiſti; cum relictis aureis aedibus patris ad me veniebas

Iuncto curru; lepidi autem, celereſque, paſſerculi, te vehebant nigrantes alas crebro motu quatientes, a coelo per medium aëra;

Qui cum te aduexiſſent, repente abibant; tu vero, o diua, vultu immortali arridens, percunctabaris, quidnam eſſet, quod ego paſſa fuiſſem, et quid cauſae foret, quamobrem te aduocarem.

Rogitabas praeterea, quid praecipue animo meo furenti fieri vellem, quem adoleſcentem ſuaſionibus meis pellicerem, aut quem retibus peterem; addens, Quis te, o Sappho, iniuria afficit? quis tibi moleſtus eſt?

Si enim te nunc fugit ille, mox te ſequetur; ſi dona accipere recuſat, at aliquando dabit; ſique minus amat nunc, propediem amabit, et, quidquid volueris, faciet.

Tu igitur, o dea, quae animum dolentem iis verbis quondam ſolabare, veni nunc quoque, meque grauiſſimis aerumnis libera; et quaecumque mihi animus cupit, perfice, ac mihi ipſa ſubueni.

IN THEOCRITI

IDYLLIVM

Olim in pompis deorum leaenae, apri, aliaeque id genus ferae, quae domeſtico vſu manſuefactae fuerant, ducebantur: idque eo fiebat, vt praeſentior vis numinis oſtenderetur. Ex ea autem conſuetudine petitum eſt huius Idyllii argumentum.

V. 32. Καί μευ κατεσίναζε] Legendum ὅ μευ κατεσίναζε.

Ibid. v. 45. ἔρωτας] Lego ὀδόντας. Quod enim ſupra dentes illos ſuos, amatorios, ſeu ἐρωτικὰς, vocauit, non ideo quis putet, poſſe etiam eoſdem dentes vocari ἔρωτας.

EX

EX TANEQVIDI FABRI

EPISTOLARVM CRITICARVM PARTE I. P. CLX

EPISTOLA XLIX

AD CL. V. VRBANVM CHEVREAV

Verſus Sapphonis, quos olim Latine conuertit Catullus, examinantur, et in iis grauiſſimus error deprehenditur, qui a doctis nondum animaduerſus fuit.

At ego, o noſter, quod tibi nuper me polliceri memini, in illis Sapphonis verſibus, quos Plutarchus, ac Theocritus, tantopere amarunt, in illis, inquam, verſibus, graviſſimum eſſe mendum, ſi lubet, paratus ſum contendere; idque ni vicero, tum tu me pro triobolari grammatiſta habeto. Sed eorum tanta ſuauitas, tanta ἐρωτικοῦ πάθους εἴσπνοια, eſt, mihi vt temperare nequeam, quin, vti a Catullo Latine conuerſi ſunt, et a mirabili femina Graece ſcripti, huc eos tranſſcribam. ita me veluti magico carmine ducunt volentem nolentem. dein ea re fiet maxime, vt id, quod volo, appareat. Sic igitur Latinus ille Veneris ſacerdos, ille Iocorum, et Facetiarum, arbiter, Catullus: *Ille mI par eſſe deo videtur, Ille, ſi fas eſt, ſuperare diuos, Qui ſedens aduerſus identidem te Spectat, et audit Dulce ridentem, miſero quod omnes Eripit ſenſus mihi. nam, ſimul te, Leſbia, aſpexi, nihil eſt ſuper mI, Quod loquar amens. Lingua ſed torpet, tenuis ſub artus Flamma dimanat, ſonitu ſuop-*

te Tintinant aures, gemina teguntur Lumina nocte. Otium, Catulle, tibi moleſtum eſt: Otio exultas, nimiumque geſtis. Otium et reges ſimul, et beatas Perdidit vrbis. Amabilis autem feminae verſus hi ſunt; quos tu diligenter facito, vt legas; Φαίνεταί μοι κεῖνος ἴσος θεοῖσιν Ἐμμέν' ἀνὴρ, ὅςις ἐναντίον τοι Ἰζάνει, καὶ πλασίον ἀδὺ φωνᾶσας ὑπακούει, Καὶ γελώσας ἰμερόεν· τό μοι τὰν Καρδίαν ἐν ςήθεσιν ἐπτόασεν, Ὡς ἴδον σε, βρόγχον. ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς Οὐδὲν ἔθ' ἥκει. Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγ', ἂν δὲ λεπτὸν Αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑποδεδρόμακεν, Ὀμμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὅρημι· βομβεῦσιν δ' ἀκοαί μοι· Καδδ' ἱδρὼς ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ Πᾶσαν αἱρεῖ· χλωροτέρη δὲ ποίας Ἔμμί· τεθνᾶναι δ' ὀλίγω δέοισα, Φαίνομαι ἄπνους. Sunt haec, audio, pulcra, ſunt haec profecto talia, vt nihil mollius, nil ἐρωτικὸν magis, ſcribere potuerit Amor ipſe, cum primum Pſychen ſuam conſpicatus eſt: ſed in iis tamen verſibus error eſt, quem nec M. Antonius Muretus, nec Ioſ. Scaliger, nec Stephanus, nec Commelinus, animaduerterunt. Nam Muretus integrum poëmation cum eodem vitio retulit, quod a me notabitur; Scaliger, qui in illam Catulli verſionem aliquid ſcripſit, idem praeteriit, nunquam commiſſurus, ſi illud animaduertiſſet; Stephanus autem, et Commelinus, typographorum omnium longe diligentiſſimi, eundem errorem ad poſteros tranſmiſerunt; diuinum enim DECIMAE MVSAE poëmation itidem deſcripſere, vt a me ſuperius propoſitum fuit. Tu quidem, Cheuraee, homo, ſi te noui ſatis, male credulus, negabis, in iis quidquam eſſe, quod emendari neceſſe ſit: at ego, ſi modo te interrogari patieris, id, quod volo, efficiam, teque reluctantem pertraham, immo, niſi mihi blandior, volentem ducam. ita certa illa erunt, quae iam afferentur. Hoc vnum ex te, immo ex iis omnino omnibus, qui litteras humaniores tractant, ſcire velim, an quiſquam natus ſit, qui haec intelligat, τό μοι τὰν Καρδίαν ἐν ςήθεσιν ἐπτόασεν, Ὡς ἴδον σε, βρόγχον. ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς Οὐδὲν ἔθ' ἥκει. Horum verborum nulla alia eſſe poſſit ſententia, quam quae in hac Latina verſione a me expreſſa eſt, *Quod mihi cor in praecordiis perculit, vbi te vidi, guttur. mihi enim nil vocis amplius venit.* Vides, quam ridicula ea ſint. Sed vin' tu rem illepidam fortaſſe, at veram tamen, a me audire? Hoc primum te velim

velim credere, eſſe me in Graecis fere αὐτοδίδακτον, neque vlli magiſtro operam dediſſe, niſi pauculos menſes. non itaque adeo mirum, ſi mihi tam arcta Helleniſmi ſupellex ſit. Cum igitur adoleſcentulus eſſem, et, vt fit, aetatis temeritate omnia ſine delectu legerem, ea etiam, ad quae firmiori iudicio, et peritiſſimi magiſtri cura, opus fuiſſet, memini me, qui locum hunc Sapphonis ſuſpectum haberem, ita mihi perſuaſiſſe, Βρόγχον in his elegantiſſimae feminae verſibus eſſe nomen Tribadis alicuius, quam Sappho amaret. Nam ipſa Sappho Tribas erat, res commoda ſcilicet *grandi virgini, quae ſponſum, dum hinc illinc veniat, domi ſedens expectat.* Sed poſtea cognoui, falſum eſſe me: ſcilicet impoſuerant omnes huius diuini odariii editiones. Itaque non vni Cheuraeo dico, ſed omnibus doctis ἁπαξαπλῶς, qui elegantiorum litterarum amore tenentur, emendandum eſſe tam amabile carmen, legendumque addita vocula, quae in omnibus editionibus deſideratur, et mutata interpunctione, — τό μοι τὰν Καρδίαν ἐν ςήθεσιν ἐπτόασεν, Ὡς ἴδον σε· ΩΣ βρόγχον ἐμοὶ γὰρ αὔδας Οὐδὲν ἔθ' ἥκει. Primum enim ita legendum ſuadet ratio, immo cogit; dein Longini, praeſtantiſſimi ſcriptoris, auctoritas, apud quem ita legitur, vt reſtituo; tum vero hoc quoque, quod a nemine intelligi poſſit is locus, ſi ita legatur, vt vulgo editus eſt, quamuis ſic docti omnes, et noſtra, et patrum, memoria legerint, legantque. Sic autem Latine conuerti decet, οὐδὲν ἔτι αὔδας ἥκει μοι ὡς βρόγχον, *nil mihi vocis in fauces*, ſeu *guttur*, *venit.* Neque quiſquam, niſi in his litteris male firmus, a me poſtulauerit, vt exempla afferam, quibus probetur, ὡς ſignificare εἰς, et πρός. Id ſi quis exiget, ei bis mille, πόῤῥω τῆς ὑπερβολῆς loquor, afferri poſſint. nam ita omnes ſcriptores Attici loqui amant. Vale, et, rem ſi voles perdere, pignus depone. Scripſi ad amicum Andegauenſem, virum hercule amabilem, virum officioſum, et, quod mihi plus ipſomet officio placet, ſine ambitione officioſum.

Dum epiſtolam relego, Suauiſſime Amicule, animaduerti, aliquid minus dixiſſe me, quam dictum oportuit; quartum ſcilicet illius ſtrophes verſum, *Dulce ridentem: miſero quod omnes Eripit ſenſus mihi. nam ſimul te, Lesbia,*

 aſpexi,

aſpexi, nihil eſt ſuper mI, Quod loquar amens; illum, inquam, verſum in manuſcriptis codicibus Catulli deſiderari; eum autem, qui in veri locum ſubſtitutus fuit, Parthenii eſſe; qui tamen hodie pro germano Catulliano habetur. Mihi quidem, o noſter, Catulli ſit, an cuius libebit, perinde ſane eſt; ſed tamen hoc vere poſſim dicere, aliter longe ſcripſiſſe Catullum. nam Graeca Sapphonis cum Latino verſu minime conueniunt. quod nemo negauerit, qui ſaltem aliquo valebit iudicio. Quippe aliud eſt, *nihil quidquam vocis habeo*, vel, vt Graeca verba ſignificant, *nihil quidquam vocis mihi in fauces venit;* longeque aliud, *nihil mihi ſuperſit, quod loquar;* quae ſententia eſt Parthenianae reſtitutionis. Sed ſatis ſit id te monuiſſe: tu caetera videris.

RELIQVIAE
ANACREONTIS
QVAEDAM ALIAE

AB

HENR. STEPHANO
FVLVIO VRSINO
IOSVA BARNESIO

ET

IOH. CORN. PAVO

COLLECTAE

E RECENSIONE BARNESII

VARIET. LECTIONIS

ADIECIT

NVMERVMQVE FRAGMENTORVM
AVGERE INSTITVIT

IOH. FRID. FISCHERVS

ACCESSERE

POETARVM QVORVNDAM GRAECORVM
EPIGRAMMATA

IN

ANACREONTEM

E RECENSIONE BARNESIANA

Α΄ ΥΜΝΟΣ ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩΝΑ *

Ἀνὰ βάρβιτον δονήσω·
Ἄεθλος μὲν οὐ πρόκειται,
Μελέτη δ' ἔπεστι παντὶ
Σοφίης λαχόντ' ἄωτον.
Ἐλεφαντίνῳ δὲ πλήκτρῳ
Λιγυρὸν μέλος κρυαίνων
Φρυγίῳ ῥυθμῷ βοήσω,
Ἅτε τις κύκνος Καΰστρου,
Πολιοῖς πτεροῖσι μέλπων
Ἀνέμου σύναυλον ἠχήν.
Σὺ δὲ, Μοῦσα, συγχόρευε.
Ἱερὸν γάρ ἐστι Φοίβου
Κιθάρη, Δάφνη, Τρίπους τε.
Λαλέω δ' ἔρωτα Φοίβου,
Ἀνεμώλιον τὸν οἶστρον·
Σαόφρων γάρ ἐστι κούρη·
Τὸ μὲν ἐκπέφευγε κέντρον,
Φύσεως δ' ἄμειψε μορφὴν,
Φυτὸν εὐθαλὲς δ' ἐπήχει.
Ὁ δὲ Φοῖβος, ἦε Φοῖβος,
Κρατέειν κόρην νομίζων·
Χλοερὸν δρέπων δὲ φύλλον
Ἐδόκει τελεῖν Κυθήρην.
Ἄγε, θυμὲ, πῆ μέμηνας,

Μανίην μανεὶς ἀρίστην;
Τὸ βέλος φέρε κερατύνων,
Σκοπὸν ὡς βαλὼν ἀπέλθῃς·
Τὸ δὲ τόξον Ἀφροδίτης
Ἄφες, ὦ θεὸς ἐνίκα.
Τὸν Ἀνακρέοντα μιμοῦ,
Τὸν ἀοίδιμον μελιστήν·
Φιάλην πρόπινε παισὶ,
Φιάλην λόγων ἐραννήν,
Ἵνα νέκταρος ποτοῖο
Παραμύθιον λαβόντες,
Φλογερὸν φυγόντες ἄστρον,
[Νοερὸν πίωσιν οἶνον].

VARIETAS LECTIONIS

* Hoc odarium extat in cod. Vatic. p. 691., in quo, est odarium vndesexagesimum: in marg. adscripta sunt verba εἰς ἀπόλλωνα· sed legitur etiam in exemplo Anacreontis Stephaniano p. 53.—55., et in fragmm. poëtt. lyricc. p. 140. Ibi inscriptum est Εἰς Ἀπόλλωνα· quem indicem retinuere Mor. Comel. Lubin. Flaid. Fab. Macrop. Mer. 1. Lam. Holst. Born. Parm. In Pau. extat p. 230. post v. 22. sequentis odarii, omisso indice. Conf. Schneideri annotatt. ad Anacr. p. 103. ff.

3. ἐπέσω πάντη cod. Vatic.

4. λαχὼν ἄωτον (ω supra) cod. Vatic. Σοφίης ἄωτον est *facultas artis poëticae* [vid. odar. 46, 6. 53, 23.], quatenus *egregia* est. Nam ἄωτον proprie quidem est ἄνθος Hesych.: sed transfertur etiam, vt ἄνθος [fragm. 42, 2.], et Lat. *flos*, ad id, quod *optimum* in aliquo genere, et praestantissimum, est: vt ap. Pindar. Olympionn. 1, 23. μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ. Sic *sapientia* legitur ap. Horat. A. P. 396. de *facultate faciundi carmina*.

5. ἐλεφαντίνωι cod. Vatic.

6. Κροαίνειν idem est, hoc loco, quod κρούειν. vid. Spanhem. ad Aristoph. Rann. 1358.: Albertius ad Hesych. p. 351. To. 2.: et Villoisonius ad Apollon. Lex. Hom. p. 503.

7. Φρυγίωι ῥυθμῶι cod. Vatic.

8. Εἴτε legi a nonnullis, vt a Spanhemio ad Callim. h. in Del. 250., sed male, Barnesius animaduertit. De cygnis Caystri, fluuii Ioniae, v. Hom. Il. β', 459. ff., Dionysius Perieg. 833. ff., et Spanhemius ad Callim. p. 307. 398. 460. 464. 472. 502. 522. s. ed. pr. Talis cygnus vocatur *Caystrius ales* ab Ouidio Tristt. 5, 1. 11. Voss. myth. Br. 32. p. 103 ff.

9. ποικῖλον πτεροῖσι cod. Vatic.

10. σύναυλος ἤχη / ἤχθη cod. Vatic. Ἄνεμος est Ζέφυρος, et σύναυλος ἠχῇ videtur esse ἠχῇ λιγυρᾷ. vid. fragm. 3, 4. et Himerius eclog. 21, 1. p. 274. orat. 3, 4. p. 434. in primisque orat. 14, 7. p. 618. Wernsd.

11. Hesychius: Χορεύει· μελῳδεῖ.

13. Vid. Palaephatus fab. 50. *Cithara Phoebi* est ap. Horat. 3. od. 4, 4.

14. λαλέων ἔρωτα cod. Vatic. Phauorinus, nesciebam vnde: Ἀνεμώλιον· τὸν μάταιον· quae glossa si sumta est ex Il. φ', 474., rescribi debet τὸ μάταιον. Nihil vero impedit, quo minus eam ad hunc locum pertinere dicamus. Explicatur versibus sequentibus. De re autem ipsa v. Geoponn. 11, 2. Palaephat. fab. 50. et quos ibi laudauimus. Cod. Vatic. ἀνεμόλιον.

16. κέρα Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Parm. σαόφρων γάρ ἐς' ἀκέσας. cod. Vatic. et in marg. σαόφρων γαρ εὖτ' ἀκέσας.

17. ἐκπέφευγα cod. Vatic.

18. ἄμειψα cod. Vatic.

19. ἐπηχεῖ Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Parm. ἐπ' ἠχεῖ cod. Vatic. Εὐθαλὴς de *foliis* legitur Dan. 4, 18. apud Thedotionem, et de *lectulo* Cant. 1, 16. apud Aquilan.

20. ἦε cod. Vatic. ἦε Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Lam. Pau. Parm. Sed Portus iam ᾖε legi iussit, improbante tamen Pauo. Sic nos apud Plat. Theaet. 27 pro ᾖα reposuimus ᾖα. Sed Medenbachius amoenitt. literr. p. 51. legi malebat, Ὁ δὲ Φοῖβος εἶλε, Φοῖβος, ita, *Phoebus tenebat arborem, putans, se puellam amplecti:* me non assentiente.

22. Pro φύλλον Pauus coni. φλοιὸν, improbante Medenbachio d. l. p. 52. Idem Pauus pro χλοερὸν reponi posse putabat χλιαρόν.

23. Vid. ad odar. 23, 16.

24. πῆ μέμηνας cod. Vatic. Steph. Mor. Flaid. Pau. Parm. πῖ, μέμηνας Steph. in poëtt. lyrr. et Com. Lub. Fab. Macrop. Met. 1. Lam.

29. ὡς cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Parm. Sed iam Portus legendum vidit ᾧ, probante Pauo.

32. παισὶν habent omnes alii: sed πᾶσιν coni. Pauus. Formam loquendi προπίνειν φιάλην λόγων illustrauit Dauisius ad Cic. diuinat. 1, 29. Conf. odar. 66, 4.

34. ἀπὸ νέκτ. cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Parm. Νέκταρος ποτοῖο pro νεκταρέοιο ποτοῖο accepit Pfochenius dissert. de purit. L. Gr. N. T. s. 42. bene. At νέκταρος ποτὸν est ᾠδή. Conf. fragm. 83.

35. λαβόντι coni. Pau.

36. Φλογερῦ φυγόντος ἄςρυ coni. Pauus. Ἄςρον autem eſt *canicula.* vid. Alcaeus ap. Athen. 1, 18. p. 22. F, et Matius annotatt. c. 18. p. 109.

37. Hunc verſiculum addidit Barn., vt ſenſus eſſet integer. Sed in cod. Vatic. et Stephan. poſt verſum Φλογ. φ. ἄςρον adiecti leguntur verſus quatuor, et decem, iſti, quos Barneſius reiecit poſt v. 22. fragm. 2., Σὺ γὰρ δόλῳ [cod Vatic. δόλωι], σύ τοι φθόνῳ [φθόνωι cod. Vat], Ἔρωτ' ἔθηκας ανδράσι [ἀνδράσιν cod. Vat.]. Λύρην δ' ἀλίπαςον [ἀλυπαπαστόδων cod. Vatic.] εὖ φιλαμάτων τε κεδνῶν, Πόθων κύπελλα κρίνη [κρίνει cod. Vat.]. Ὅταν θέλης δὲ φεύγης. Λύρης δ' ἐμῆς ἀοιδὰν [ἀοιδὰς Flaid.] Οὐκ ἂν λίποιμι τυτθόν· Ξείνοισι [ξείνοισιν cod. Vat.] δ' ἀγχιμυσῶν Δολίοις ἀπίςοις ἀνδάνεις. Ἐμοὶ δὲ τῷ λυροκτύπῃ Μύσας [τῶι λυροκτύπηι μύσαις cod. Vatic.] Φρεσιν ἀποίκυς Ἀχανδέας ὀρίνοις [ὀρίνεις cod. Vatic.: in quo ipſo libro additus extat verſus hic, αἴγλαν τε λαμπροῖ βχαν quem Spaletius non expreſſit literis vulgaribus: Doruillius autem ad Charit. p. 528. ait, in cod. Vatic. legi, αἴγλαν τε λαμπροις ιωχαν, ſed in marg. λαμπρύνοις], Αἴγλαν τε λαμπρύνοις. In cod. Vatic., in quo hoc odarium eſt omnium odariorum vltimum, addita leguntur verba, τέλος τῶν Ἀνακρέοντος συμποσιακῶν. Caeterum hos verſiculos retinuere Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Parm. Sed in Steph. poëtt. lyrr. et Com. Lub. Fab. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. eſt εὖ *, et ἀνδάνεις. De coniecturis hominum doctorum vid. ad fragm. 2, 23. ſſ.

Β' ΕΙΣ ΧΡΥΣΟΝ

Ὁ δραπέτης ὁ Χρυσὸς
Ὅταν φύγῃ με κραιπνοῖς,
Διηνέμοις τε, ταρσοῖς,
Ἀεὶ δ', ἀεί με φεύγει·
Οὔ μιν δίοιμι· τίς γὰρ
Μισοῦν θέλει τι θηρᾶν;
Ἐγὼ δ' ἄφαρ λιασθεὶς
Τοῦ δραπέταο Χρυσοῦ,
Ἐμῶν φρενῶν μὲν αὔραις
Φέρειν ἔδωκα λύπας·
Λύρην δ' ἑλὼν ἀείδω
Ἐρωτικὰς ἀοιδάς.
Πάλιν δ' ὅταν με θυμὸς
Ὑπερφρονεῖν διδάξῃ,
Προσεῖφ' ὁ δραπέτης με,
Φέρων μέθην ἄφροντιν,
Ἑλών μιν ὡς μεθήμων
Λύρης γένοιμι δηρόν.
Ἄπιστ', ἄπιστε Χρυσὲ,
Ἔς τ' ἂν δόλοις με θέλγῃς;
Πλέον τὰ νεῦρα χρυσοῦ,
Πόθους πλέον τ' ἀείδειν.
Σὺ γὰρ δόλῳ, φθόνῳ τε,
Ἔρωτ' ἔθης ἄφαντον,
Λύρην τε χρυσόπαστον·
Φιλημάτων δὲ κεδνῶν,
Πόθων, κύπελλα κίρνης·
Ὅταν θέλεις δὲ, φεύγεις·
Ξένοισι δ' ἄγχι Μυσῶν

Δολίοις, ἄπιϛ᾽, ἀρέσκεις·
Ἐμοὶ δὲ τῷ λυρῳδῷ
Μϰσας ποιεῖς ἀποίκȣς.
Λύρης δ᾽ ἐμῆς ἀοιδὴν
Οὐκ ἂν λίποιμι τυτθόν.
[Σὺ, Χρυσὲ, γȣ̃ν ἄπελθε,]
Ἀχανδέας δ᾽ ὀρίνοις,
Αἴγλην τε λαμπυρίζοις.

VARIETAS LECTIONIS

* Hoc odarium legitur in exemplo Anacr. Stephan. p. 52. ſ. et in poëtt. lyrr. p. 138. ſ. Retinuere illud in exemplis ſuis Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Parm. Holſt. Born. Ex at etiam in cod. Vatic. p. 690.: in quo eſt odarium ſeptimum, et quinquageſimum: index eſt εἰς χρυσὸν τȣ̃ αὐτȣ̃, ſed in marg. adſcriptum legitur ἄλλο.

1. δραπέτας μ᾽ ὁ cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Fab. Lam. et caeteri, in his Pau: qui coni. ὁ δραπέτας ὁ χρυσάς.

ω

2. ὅταν με φεύγει κραιπνεῖς cod. Vatic. Apud Hom. Il. ζ΄, 505. eſt ποσὶ κραιπνοῖσι πεποιθώς· ex quo loco, aliisque, ſumta eſt in Lexico Heſychiano gloſſa, Κραιπνοῖσι· ταχέσιν, ὀξέσιν.

5. οὐ μην διώκω cod. Vatic. διώκω Steph. Mor. Com. Fab. Lam. Pau. et caeteri.

6. μισῶν θέλει το cod. Vatic. Μισῶν Steph. Mor. Com. Fab. Lam. Pau. et caeteri. Μισȣ̃ν eſt e coni. Dacieriae. Probabat eam et Pauus.

7. Heſychius: Ἄφαρ· εὐθέως· item: Λιασθείς· χωρισθεὶς, ἐκκλίνας. vid. Il. ά, 349.

8. τῶι δραπέτα τῶι χρυσῶι cod. Vatic. Τῷ δραπέτᾳ τῷ Χρυσῷ Steph. Mor. Com. Fab. Lam. Pau. et caeteri.

9. Horat. 1. od. 26, 1. ſſ. *Triſtitiam, et metus, Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis.* vid. ad odar. 39, 7.

15. ἄφνω προσεῖπ᾽ ὁ δραπέτας cod. Vatic. Προσεῖπεν ὁ δραπέτας, omiſſo με, Steph. Mor. Com. Fab. Lam. Pau. et caeteri.

16. μέθαν δοιφρονδίτων cod. Vatic. μέθαν δ᾽ οἱ φροντίδων Steph. Mor. Com. Fab. Lam. Pau. et caeteri. Dacier. coni. φέρων μέθαν μοι φροντίδων.

17. μεθ᾽ ἡμῶν Steph. Mor. Com. Lub. Fab Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Parm. Sed in Steph. poëtt. lyrr. et Com. Flaid. Fab. Macrop. Lam. poſt ἡμῶν eſt nota aſteriſci: Flaid. legit ὑμῶν. Μεθ ͧ ͅμων eſt in cod. Vatic.

18. γένωμαι λαρὸν cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Lub. Fab. Met. 1. Lam. Pau. Parm. γένωμαι δαρὸν Holſt. e coni. Dacier. Heſychius: Δαρόν· μακρὸν χρόνον, καὶ ἐπὶ πολύ· eſt gloſſa Pindarica. vid. Nemeonn. 9, 1. Idem Heſychius: Δηρόν· ἐπὶ πολὺν χρόνον· eſt gloſſa Homerica. vid. Odyſ. ά, 203. Il. β΄, 298. In Steph. poëtt. lyrr. et Com. Flaid.

Fab.

Macrop. Lam. etiam hic post λαρὸν est signum asterisci. Pauus coni. Φέρων μέθαν μοι φροντίδων, Θέλων μιν ὡς μεθήμων Λύρης γένωμαι λαρȢ, aut Προσειπὼν ὁ δραπέτας Φέρει μέθαν μοι φροντίδων, Θέλων μιν ὡς μεθήμων Λύρης γένωμαι λαρȢ.

20. μετ' ἂν — θέλγεις cod. Vatic. θέλγῃς Born.

21. πλέον χρυησου νεῦρα cod Vatic. Πλέον χρυσȢ νευρὰ Steph. Mor. Com. Fab. Lam. Pau. et caeteri. Pauus coni. πλέον, χρυσέ, σȢ νευρά.

22. Πόθȣς κέκλυθι ἀδεῖς Steph. Mor. Com. Fab. Lam, Pau. et caeteri: πόθȣς κεκλυθ ἄδεις cod. Vatic.: Spaletius legit κεκλυθέν. Atque hic versus est in eodem codice versus odarii vltimus. nam reliqui versus quatuordecim adiuncti sunt odario superiori, vt ad eius v. 37. iam docuimus. Caeterum Πόθοις iungitur Πειθῶ, et Ἵμερος, ab Himerio orat. 1, 19. p. 360. Vernsd.

23. Versus hos, 23. — 36., qui in reliquis libris adiuncti leguntur superiori odario, Barnesius huc transtulit, multis in locis a se mutatos: vers. 35. addidit adeo e suo ingenio. V. 23. l. Pauus coni. Σὺ γὰρ δόλȣ, σύ τοι φθόνȣ Ἔρωτ' ἔθηκας ἀνδράσι, aut Σὺ γὰρ δόλω, σύ τοι φθόνω Ἔρωτ' ἔθηκας ἀνδράσι. Δόλω, et φθόνω, coni. iam Dacieria, itemque κίρνῃ v. 27., et ἀνδάνοις v. 30. Vers. 27. Dan. Heinsius coni. ποτῶν, et κίρνῃ. Vers. 29. Μυσῶν est e coni. Daciériae. Pauus coni. Ξείνοισι δ' ἀντὶ ΜȣσῶνΔαλίοις, ἄπιστ', ἀνδάνοις.

25. Pauus coni. Λύρην δ' ἄλίπυστον εὐχαῖς, Πόθων κύπελλα κρίνει, Φιλαμάτων τε κεδνῶν. Doruillius ad Charit. p. 718. auctor est, in cod. Vatic. legi, Λύρην δ' ἀλυπαπυστάδων Φιλαμάτων τε κεδνῶν Πόθων κύπελλα κρινει Ὅταν θέλῃς δὲ, φεύγῃς. Ipse igitur Doruillius legendum censebat, Λύρῃ δ' ἄλυπα πασάδων, Φιλαμάτων τε κεδνῶν, Πόθων κύπελλα, κίρνῃ. Ὅταν θέλῃς δὲ, φεύγῃς.

31. Dacieria coni. Ἐγὼ δ' ὁ λυροκτύπης Μȣσαις φρεσὶν ἀποίκȣς Ἀχανδέας ὀρίνω, Αἴγλαν τε λαμπρύνω.

34. Hesychius: Τυτθόν· ὀλίγον, βραχὺ, καὶ μικρόν. Est glossa Homerica. vid. Il. ά, 354. ή, 334.

36. Ἀχανδεῖς videntur esse *inopes*: quum πολυχανδεῖς sint *diuites*, metaphora ducta ab poculis, aliisque vasis, capacibus. vid. Theocrit. Idyl. 13, 46. Hesychius: Πολυχανδέα· πολλὰ χωρȢσαν. Ἀγακλέας ὀρίνοις coni. Pauus, et Αἴγλας τέ με λαμπρύνοις v. 37.

Γ' ΕΙΣ

Γ' ΕΙΣ ΤΟ ΕΑΡ*

Τί κάλλιόν ἐςι βαδίζειν,
Ὅπȣ λειμῶνες κομῶσιν,
Ὅπȣ λεπτὴν ἡδυτάτην
Ἀναπνεῖ Ζέφυρος αὔρην;
Κλῆμα τὸ Βάκχειον ἰδεῖν,
Χ' ὑπὸ τὰ πέταλα δῦναι,
Ἁπαλὴν παῖδα κατέχειν,
Κύπριν ὅλην πνέȣσαν;
[Οὐ τόδε τοι καλόν ἐςιν;]

VARIETAS LECTIONIS

* Hoc odarium, quod Vossius etiam in cod. Vatic. reperit, legitur ibi p. 686, estque vndequadragesimum odarium, et habet indicem hunc, τȣ͂ αὐτȣ͂ εἰς τὸ ἔαρ ἤτοι κάλλος· in marg. εἰς τὸ ἔαρ· extat in Steph. p. 55. et in poëtt. lyrr. p. 142. f. Retinuere illud in suis exemplis Mor. Com. Lub. Flaid. Fab. Maciop. Met. 1. Lam. Pau. Parm. Holst. Born.

1. καλόν ἐςι cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Fab. Lam. Pau. et caeteri.

2. Sic *pratum comans* dixit Apollinaris Sidon. 8. ep. 8.

5. κλήμα τὸ βάκχειον εἰδεῖν cod. Vatic. Βακχεῖον Steph. 2. Lub. Flaid.

7. κατέχων cod. Vatic. Steph. Mor. Com. Fab. Lam. Pau. et caeteri. Hic vero casus ferri non potest: immo leges grammaticae casum quartum poni iubent. Recepto infinitiuo κατέχειν, Pauus legendum censebat, ἰδεῖν, Ὑπὸ — Χ' ἁπαλὴν —. sine caussa. nam κατέχειν pendere potest a verbo δῦναι· nec v. 6. copula carere posse puto. Supra odar. 39, 18. f. erat ἀγκάλαις κόρην κατέχων.

8. Sic *spirare amores* dixit Horatius 4. od. 13, 19. vid. Canterus lectt. nouu. 2, 13.

9. Hunc versiculum Barnesius ex ingenio addidit, sine caussa, vt opinor: dummodo teneatur, etiam v. 5. ss. pendere a v. 1.

Δ' * 4

Ὦ παῖ, παρθένιον βλέπων,
Δίζημαί σε, σὺ δ' ὀυκ αΐεις,
Οὐκ εἰδὼς, ὅτι τῆς ἐμῆς
Ψυχῆς ἡνιοχεύεις.

[illegible] ad Anth. [illegible] p. 101 et p. 17. et Emandat. Eurip. p. 308.

VARIETAS LECTIONIS

* Hoc fragmentum feruauit Athen. 13, 2. p. 564. D. Extat in poëtt. lyrr. Steph. p. 146. et in fragmm. lyrr. Vrfini p. 133. Retinuere illud in exemplis Anacr. fuis Com. Lub. Flaid. Fab. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Arg. 1. 2. Deg. 1. Holft. Brig. Born., et Bruncqu. Analectt. P. 1. p. 115.

1. Vid. Spanhemius ad Ariftoph. Nubb. 1178. Nam Val. p. 136., contra leges linguae, et inuita fententia, legi iubebat παρθενικήν. Athen. 13, 8. p. 605. D τότε γὰρ οἱ παῖδές εἰσι καλοὶ, ὡς Γλυκέρα ἔφασκεν ἡ ἑταίρα, ὅσον ἐοίκασι γυναικὶ χρόνον, καθάπερ ἱστορεῖ Κλέαρχος.

2. αΐεις Vrfin. Steph. Com. Fab. et caeteri, praeter Bruncqu. Analectt. Arg. 1. 2. Brig. Hefychius: Ἀΐει — αἰσθάνεται. Δίζημαι, h. e. ζητῶ, eft verbum Homericum, quo etiam Herodotus 1, 214 vfus eft. vid. Il. κ', 160., vbi fchol. min. gloffam αΐεις explicauit verbo ἀκούεις.

Ε *.

Ἐγὼ δ' ȣ̓́τ' ἂν Ἀμαλθείης
Βȣλοίμην κέρας, ȣ̓́τ' ἔτεα
Πεντήκοντά τε χ' ἑκατὸν,
[Ἀργανθώνιος ὡς ἄναξ,]
Ταρτησσȣ̃ βασιλεῦσαι.

VARIETAS LECTIONIS

* Hoc fragmentum extat ap. Strabon. 3. p. 151. Casaub. p. 225. A Almelov. Habent illud inde Steph. in poëtt. lyrr. p 146.: Vrsin. fragmm. lyrr. p. 133.: Mor. Com. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Holst. Born.

1. Ἐγώ τ' ἂν ȣ̓́τ' Ἀμαλθίης Strab. Pau. Ἐγώ τ' ἂν ȣ̓́τ' Ἀμαλθείης Vrsin. Steph. Com. Lub. Flaid. Macrop. Lam. Holst. Ἐγώ τ' ἂν ȣ̓κ Ἀμαλθίης Met. 1. De cornu Amaltheae vid. Palaephatus fab. 46. et quos ibi laudauimus.

2. ἔτε τὰ Strab. Pau. Casaubonus coni. ȣ̓́τ' ἔτη. Met. 1. ȣ̓κ ἔτη.

3. τὲ καὶ ἑκατὸν Strab. Pau. καὶ ἑκατὸν, omisso τε, Vrsin. Steph. Com. Lub. Flaid. Macrop. Lam. Holst. πεντήκοντά τε καὶ ἑκατὸν Met. 1.

4. Hunc versiculum e suo ingenio addidit Barn. sine caussa. Nam Anacreontem ipsum praetermisisse nomen regis, Strabo diserte docet: qui quum versus illos poëtae laudasset, addidit verba haec, Ἡρόδοτον δὲ καὶ τὸ ὄνομα τȣ̃ βασιλέως καταγράψαι, καλέσαντα Ἀργανθώνιον κ. τ. λ. Plin. H. N. 7, 48. *Anacreon poëta Arganthonio, Tartessiorum regi, CL tribuit annos:* vbi vid. Harduinus. Appianus BB. HH. p. 490. To. 1. Tol. ὃν [Arganthonium] ἐς πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν, ἔτη ἀφικέσθαι φασί. Lucian. Macrobb. p. 468. To. 2. Graeu. c. 10. p. 214. To. 3. Reit. Ἀργανθώνιος μὲν ȣ̃ν Ταρτησσίων βασιλεὺς, πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν, ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων. Ἀλλὰ τȣ̃το μὲν μῦθός τισι δοκεῖ. At Lucianus non minus, quam Phlegon Trallianus περὶ μακροβ. c. 4. p. 120. Meurs., et Censorinus D. N. c. 17., temere aiunt, Herodotum consensisse cum Anacreonte de numero annorum aetatis Arganthonii. Herodotus enim 1, 163. de Arganthonio loquens ἐτυράννευσε δὲ, inquit, Ταρτησσȣ̃ ὀγδώκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δὲ πάντα εἴκοσι, καὶ ἑκατόν· vbi v. Vesselingius. Herodoto assentiuntur Cicero Cat. M. 19. et Valer. Max. 8, 13. 4. extt.: qui

qui tamen animaduertit, Asinium Pollionem in tertio historiarum suarum libro commemorasse, Arganthonium centum, et triginta, annos expleisse: vt Silius Ital. 3, 398. eundem canit *ter denos-decies emensum esse annos*. Caeterum de situ Tartessi, opidi Baeticae maritimi, diligenter exposuit Danuillius commentarr. acad. inscriptt. Paris. To. 30. p. 133. ff.

5. Ταρτεσσȣ [Ταρτησσȣ] βασιλευσέμεν coni. Val. p. 136., inuitis legibus grammaticis.

ΣΤ' * 6.

Μεὶς μὲν δὴ Ποσιδηΐων
Ἕςηκεν· νεφέλαι δ' ὕδει
Βαρύνοντο, καὶ ἄγριοι
Χειμῶνες παταγȣσι.

VARIETAS LECTIONIS

* Hoc fragmentum seruauit Eustathius ad Hom. Iliad. ό p. 1012. 1. Rom. Extat in Stephani poëtt. lyrr. p. 148. et in editt. Anacreontis Comel. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Holst. Born.: etiam ap. Schottum obseruatt. humann. 2, 61. et ap. Scaligerum in de emend. tempp. 1. p. 31. Geneu Et Macropetraeo quidem Horatius videbatur initium epodd. 13. ex hac odarii Anacreontis particula imitando expressisse: Metarius autem cum ea conferri iussit locum Aristophanis Nubb. 375. ff.

1. μὴν Schot. Ποσειδηΐων Eust. Steph. Com. Lub. Flaid. Scal. Macrop. Met. 1. Lam. ποσειδεῖον Schot.

2. ἕςηκε. νεφέλαι δ' ὕδατι Eust. Steph. Com. Scal. Lam. Schot. et caeteri. Sic Homer. Il. τ', 177. ὁ δ' ἕβδομος εἱςήκει μείς· vbi schol. min. μείς· μήν· Αἰολικῶς. Odys. ξ', 162. Τȣ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τȣ δ' ἱςαμένοιο· vbi schol. min. ἱςαμένοιο· ἄρξαντος· sed melius Hesychius: Ἱςαμένοιο· ἐνεςῶτος, ἢ ἀρχομένȣ.

3. βαρύνονται, ἄγριοι δὲ Eust. Steph. Com. Scal. Lam. Schot. et caeteri.

Ζʹ *)

Μηδ᾽, ὥϛε κῦμα πόντιον,
Λάλαζε, τῇ πολυκρότῳ
Σὺν Γαϛροδώρῃ, καχχύδην
Πίνυσα τὴν ἐπίϛιον.

VARIETAS LECTIONIS

* Hoc fragmentum legitur ap. Athen. 10, 13. p. 447. A. Extat in Steph. poëtt. lyrr. p. 148.: fragmm. lyrr. Vrſini p. 138.: in editt. Anacr. Comel. Flaid. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Holſt. Born.

1. Ὥϛε eſt *velut*, vt fragm. 25, 2. et apud Hom. Odyſ. ά, 308. Aeſchyl. Agam. 637. Heſychius: Ὥϛε· καθάπερ.

2. τῇ πολυκρότῃ Athen. Steph. Vrſin. Com. Lam. et caeteri. Heſychius, et ex eo Phauorinus: Λάλαζε· βόα· quam gloſſam Barneſius putabat ex hoc loco ſumtam eſſe. Et Pan dicitur πολύκροτος ap. Hom. h. in Pana v. 37.

3. κατακχύδην Athen. Steph. Vrſin. Com. Lam. et caeteri.

4. Intell. κύλικα. Reſpicitur autem his verbis ad genus inuitationis illud, quum calicem propinabant inter ſe deinceps, donec a ſummo compotore ad imum perueniſſet. vid. Caſaubonus ad Athen. d. l. p. 742.

Ηʹ

Η′ * 8.

Φίλη γὰρ εἶ ξένοις· ἔασσον δὲ
Ms διψῶντα πίνειν.

VARIETAS LECTIONIS

* Legitur ap. Athen. 10, 9. p. 433. F: atque inde habent Steph. in poëtt. lyrr. p. 148.: Vrſin. in fragmm. lyrr. p. 138.: editt. Anacr. Comel. Lub. Flayd. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Holſt.

1. ἔασον Athen. et caeteri.

2. πιεῖν Athen. et caeteri. Pauus coni. διψῶντ᾽ ἀπιέναι. Val p. 137. coni. Φίλη γὰρ εἶ ξένοισι· Μ᾽ ἔασον διψῶντα πίνειν.

Θ′ *

Ἐγὼ δ' ἔχων σκύπφον, Ἐρξίωνι
Τῷ λευκολόφῳ μεστὸν ἐξέπινον.

VARIETAS LECTIONIS

* Leguntur hi versiculi apud Athen. 11, 14. p. 498. C. Habentur in Steph. poëtt lyrr. p. 148.: in Vrsin. fragmm. lyrr. p. 138.: in editt. Anacr. Comel. Lub Flaid. Met. 1. Lam. Fau. Holst.

1. Eustath. ad Hom. Iliad. *μ′* p. 900. 17. Rom. *συντελεῖ δὲ εἰς τὴν γραφὴν τῦ ὄπφιν καὶ τὸ σκύπφον, ὃ κεῖται παρὰ Ἀνακρέοντι, ὥς φησιν Ἀθήναιος.* At nunc in libris Athenaei legitur *σκύφον.* Ap. eundem Athen. 4, 2. p. 129. F commemoratur *σκύφος χοαῖος.*

2. Ἐξέπινον, *ἀντὶ τῦ προέπινον*, Athen. d. l. Hesychius: Ἐξέπινεν· *προέπινεν·* item: Ἐκπίνειν· *προπίνειν.* *Λόφος* autem refertur, vel ad *gallum gallinaceum*, aliasque aues, ita; vt sit *crista*, h. e. apex in capite, diuersi quidem generis; vel ad *equum*, et significat *iubam*; vel ad galeam, ita, vt declaret *cristam:* sed cristae galearum erant earum apices, constantes, vel *setis equinis* [vid. Theocrit. Idyl. 22, 186. 193. et Hesychius v. *λοφοπωλεῖς*], vel *plumis auium*, iisque fere ferrugineis, vel candidis, quae inde extarent, et dependerent. vid. Xen. Cyrop. 6, 4. 1. 7, 1. 1. Gloss. vett. *Λόφος ἀλέκτορος Crista.* *Λόφος ἵππε Iuba.* *Λόφος περικεφαλαίας Crista.* sic enim debet pro *λόφος, περικεφαλαία* legi. Hoc loco pertinet ad galeam, ita, vt *λευκόλοφος* sit *decorus candida crista.* Inuentores autem harum cristarum perhibentur fuisse Cares. vid Herodo. 1, 171. Strabo 14. p. 661. Casaub. Aelian. H. AA. 12, 30. Plin. H N. 7, 56. Vnde ab Alcaeo ap. Strabon. d. l. *λόφος* vocatur *Καρικός.*

Ι′ * 10

Καλλίκομοι κοῦραι Διὸς
Ὠρχήσαντ᾽ ἐλαφρῶς.

* Extat apud Athen. 1, 17. p. 21. A, et ex eo repetitum apud Euſtath. ad Odyſ. ψ′, 145. p. 1942. 4. ſ. Rom.: qui ex illo ipſo Athenaei loco notauit, veteres verbo ὀρχεῖσθαι ita vſos eſſe, vt idem ſignificaret, quod κινεῖσθαι· in Steph. poëtt. lyrr. p. 148.: apud Vrſin. p. 136.: in editt. Anacr. Comel. Lub. Flaid. Met. 1. Lam. Pau. Holſt.

1. Etiam *Mnemoſyne*, mater Muſarum, dicitur καλλίκομος *pulchra*, *venuſta*, apud Heſiodum Θεογ. 915.; et *Charites* ab ipſo Anacreonte vocantur καλλίκομοι epigr. 12, 2.

ΙΑ΄ *

Στεφάνους δ᾽ ἀνὴρ τρεῖς ἕκαστος εἶχε,
Ῥοδίνους τοὺς μὲν, τὸν δὲ Ναυκρατίτην.

VARIETAS LECTIONIS

* Habetur apud Athen. 15, 3. p. 671. E: in Steph. poëtt lyrr. p. 148.: in Vrsin. fragmm. lyrr. p. 137.: apud Paschalium in de coronis 2, 3. p. 69.: in editt. Anacr. Comel. Flaid. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Holst.

1. εἶχεν Athen. et caeteri.

2. τοὺς μὲν ῥοδίνους Athen. et caeteri. Pollux 6, 107. Ἀνακρέων δὲ καὶ μύρτοις στεφανοῦσθαί φησι — καὶ Ναυκρατίτῃ στεφάνῳ· σάμψυχος οὗτος ἦν. Pro σάμψυχος legendum esse videtur σαμψύχινος. Hesychius, et ex eo Phauorinus: Ναυκρατίτης στέφανος, ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Ναυκράτεως [vid. Strabo 17. p. 801. 803. Casaub. et Stephanus Byzant. v. Ναύκρατις], ὁ βίβλινος, ἢ ὁ ἐκ φιλύρας, ἢ ὁ σαμψύχινος. At Athenaeus 15, 6. p. 676. C cum Polycharmo ait, Ναυκρατίτην στέφανον non esse ἄλλον τινὰ, ἢ τὸν ἐκ τῆς μυῤῥίνης, etiam propterea, quod Anacreon hanc coronam gestari dicat cum corona rosis nexa. vid. Casaubonus ad Athen. d. l. p. 956. Pollux d. l. addit haec, ὁ δὲ Ἀνακρέων καὶ στέφανον ῥοδιαῖον ὠνόμασε· vbi scripti libri duo habent ῥόδινον. Certe corona *rosis nexa* etiam odar. 5, 15. ῥόδινος στεφανίσκος, et odar. 6, 1. s. στέφανος ῥόδινος, dicitur, vt ap. Theocrit. Idyl. 7, 63. s. ῥοδόεις στέφανος. Suidas v. ῥόδια μύρα laudat ῥόδειον στέφανον. At non constat satis, an Pollux ad hunc potissimum poëtae locum respexerit: et quis tandem, in hac tanta librorum Graecorum, qui ad nostra peruenire tempora, paucitate, iudicium facere certum audeat de copia varia diversarum nominum huius generis formarum?

ΙΒ΄

ΙΒ′ * 12.

Μεγιςῆς δ' ὁ φιλόφρων,
Δέκα δὴ μῆνες, ἐπειδὴ
Στεφανᾶται τῇ τε λύγῳ,
Καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα.

VARIETAS LECTIONIS

* Extat apud Athen. 15, 3. p. 671. E, et 15, 4. p. 673. D: Steph. d. l. p. 148.: Vrsin. d. l. p. 136.: in editt. Anacr. Comel. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Holst. Born. In Steph. Comel. praefixa sunt verba τᾶ αὐτᾶ [Anacreontis] ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν μελῶν· nam in Lam. vitiose scriptum est των μηνων· quae sumta sunt ex Athen. 15, 3. p. 671. E.

1. Μεγίσθης Athen. Met. 1. Μεγίςης Steph. Com. Lub. Flaid. Macrop. Lam. Pau. Μεγιςῆς Vrsin. Μεγιςέα, Anacreontis amasium, laudant Simonides epigr. 3, 7. et Antipater epigr. 5, 5.

3. τῇ λύγῳ Athen. Steph. Com. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. τε λύγῳ Vrsin. Athenaeus 15, 4. p. 673. E auctor est, Hephaestionem edidisse Σύγγραμμα περὶ τᾶ παρ' Ἀνακρέοντι λυγίνᾶ ςεφάνᾶ· et quum multa ibi de visu coronarum *salice Amerina nexarum* exposuisset, addidit tandem p. 674. A de hoc Anacreontis loco ista, Δύναται δέ τις λέγειν περὶ τῆς λύγᾶ ἁπλές ερον, ὅτι ὁ Μεγίσθης τῇ λύγῳ ςεφανᾶται, ὡς παρακειμένης ἐκ τᾶ δαψιλᾶς, ἐν ᾧ εὐωχεῖτο, τόπῳ, συνδέσεως ἕνεκα τῶν κροτάφων. Caeterum respexisse ad hunc locum videtur etiam Pollux 6, 107. Ἀνακρέων δὲ — ςεφανᾶσθαί φησι — καὶ λύγῳ. Sic enim pro αὐτῷ rescribi debere, Iungermanus praeclare vidit, probante etiam Pauo ad fragmm. Anacr. p. 313. f.

4. Τρὺξ hoc loco est, non *faex*, vt Barnesius interpretatus est, immo *mustum*, οἶνος νέος· id quod vel appositum Homericum [Il. ζ, 254.] μελιηδὴς docet. Hesychius: Τρύγα· οἶνον ἀδιήθητον ἀπὸ ληνᾶ· item: Τρὺξ· ὁ νέος οἶνος, παρὰ τὴν τρύγην, καὶ γλεῦκος ἀδιήθητον. add. schol. Theocriti ad Idyl. 7, 70. et schol. Aristoph. ad Plut. 1086. atque ibi Hemsterhusius p. 408.

ΙΓ΄ * 13.

— καί μ' ἐπίβωτον
Κατὰ γείτονας ποιήσεις.

VARIETAS LECTIONIS

* Legitur ap. Ammon. in v. διαβόητος p. 42. Valqu.: qui id extare ait ἐν δευτέρῳ· et in Vrſin. fragmm. lyrr. p. 140. et Steph. poëtt. lyrr. p. 294.: atque in edd. Anacr. Com. Flaid. Met. 1. Pau. Hoiſt.

1. ἐπιβόητον Vrſin. Steph. Com. Flaid. Pau. et libri Ammonii ante Valquen. Sed alteram ſcripturam confirmat etiam Euſtathius ad Odyſ. τ΄ p. 1856. 11. Rom., et ex eo Phauorinus v. ἐπέχεις, et v. ἐπιβόητος· καὶ ἐν τῷ ἐπιβόητος ὁ μοχθηρὰν ἔχων φήμην, καθ' οὗ δηλαδὴ βοαὶ γίνονται· ὃν ἐπίβωτον Ἀνακρέων φησί. Eſt enim Ionica vocabuli forma. vid. Erneſtius excurſ. ad Callim. h. in Iou. v. 87. p. 261. Conſ. interpp. Thucydidis ad 6, 16. p. 387. Ducqu.

ΙΔ' * 14.

— — Θάλαμον, ἐν ᾧ

Κεῖνος μὲν ὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο.

VARIETAS LECTIONIS

* Extat apud Ammonium in v. γῆμαι p. 37. Valqu.: ap. Eustath. ad Hom. Odyſſ. λ' p. 1678. 59. Rom.: in Vrſini fragmm. lyrr. p. 140.: et in edd. Anacr. Flaid. Met. 1. Pau. Holſt.

1. καὶ θάλαμος Ammon., ex emendatione Scaligeri in notis ad Catalecta vett. poëtt. p. 226., et Stanleii ad fragmm. Aeſchyli p. 872. Pau. To. 2.; Pau. Holſt. καὶ θαλάμοις Vrſin.

2. κεῖνος ὐκ ἔγ. Ammon. Vrſin. Pau. Holſt. Apud Euſtath. verba κεῖνος μὲν abſunt: qui nec nomen auctoris horum verſuum habet, quod tamen Ammonius laudauit, additis verbis διασύρων τινὰ ἐπὶ θηλύτητι· quae quidem interpretatio ſane praeſtat ſententiae Burmani minoris, qui Anacreontem putabat ita notaſſe *vxorium hominem*, h. e. eum, qui ſub vxoris imperio viueret. vid. notae eius ad Anthol. Lat. 2. epigr. 246, 15. p. 432. To. 1.

ΙΕ΄ *

Τί μὴν πέτεαι, συρίγγων
Κοιλότερα στήθεα
Χρισσάμενας μύρῳ;

VARIETAS LECTIONIS

* Extat apud Athen. 15, 10. p. 687. D: qui quum attulisset hos versus, addidit verba ista, τὰ στήθη παρακελευόμενος μυρᾶν, ἐν οἷς ἐστιν ἡ καρδία, ὡς καὶ ταύτης δηλονότι παρηγορουμένης τοῖς εὐώδεσι· in Steph. poëtt. lyrr. p. 148. et p. 279.: ap. Vrsin. p. 138.: in editt. Anacr. Comel. Lub. Flaid. Met. 1. Lam. Pau. Holst.

1. Verba τί μὴν πέτεαι omisere Comel. Lub. Flaid. Lam. Steph. p. 148.: qui tamen ea p. 279. habet. Casaub. et Pau. coni. τί μὴ, quod est in Met. 1.

3. χρισάμενος Athen. Steph. Vrs. Com. Lub. Flaid. Met. 1. Lam. Pau.

ΙΣΤ'. * 16.

Ηρίστησα μὲν ἰτρίȣ
Λεπτȣ̃ μικρὸν ἀποκλὰς,
Οἴνȣ δ' ἐξέπιον κάδον.
Νῦν δ' ἁβρῶς ἐρόεσσαν
5 Ψάλλω πηκτίδα τῇ φίλῃ
Κωμάζων παιδί γ' ἁβρῇ.

VARIETAS LECTIONIS

* Tres primi verficuli leguntur ap. Athen. 11, 6. p. 472. F. et 14, 14. p. 646. C: et in Steph. poett. lyrr. p. 148.: in editt. Anacr. Com. Lub. Lam. Totum fragmentum extat ap. Hephaeſt. Enchir. p. 34. Pau. et in Arſenii Ἀποφθέγμασιν: et ap. Vrſin. p. 138.: etiam ap. Voſſium ad Catul. p. 344.: et in editt. Anacr. Flaid. Met. 1. Pau. Arg. 2. Holſt. Brig. Born.

1. ἠτρίȣ Steph. Com. Lub. Flaid. Lam. male. Ἠριστήσαμεν legit ſchol. Hephaeſt. p. 61. male. Athen. 14, 14. p. 646. C, Ἴτρίον· πεμμάτιον λεπτὸν διὰ σησάμȣ, καὶ μέλιτος, γινόμενον· qui idem 11, 6. p. 472. ſ. de nomine κάδος legi poteſt. Etymol. M. p. 479. Ἴτρίον, τὸ καπυρῶδες τράγημα [ſic enim pro τραῦμα legendum eſſe ex Heſychio, recte vidit Sylburgius], ἢ πλάσμα, ἀπὸ τȣ̃ ἰέναι· ἐπὶ λεπτὸν γὰρ ἕλκεται. Conf. Foeſius Lex. Hippocrat. h. v.

2. ἀπόκλασμα ſchol. Hephaeſt. et Val. p. 137. λεπτὸν ἀποκλὰς Athen. et Hemſterhuſius ad Polluc. 10, 93. p. 1265., vt μικρὸν ſit interpretamentum nominis λεπτόν. De forma partic. ἀποκλὰς vid. fragm. 137.

3. Hic verſiculus laudatur a Polluce 10, 70. et ab Apollonio ſophiſta in Lex. Homer. v. χάσασθαι p. 846. vid. Caſaub. ad Athen. p. 792. Ap. Athen. p. 646. eſt ἔπιον. Κάδον legunt Pollux, et Apollon., dd. ll., Voſſius d. l. et Bochartius hieroz. 2, 1. 7. 7. p. 43. To. 2.: reliqui habent κάδδον.

4. ἐρόεσσαν αὖ coni. Val. p. 137. Sic teſtudo φωνὴν ἐρόεσσα dicitur ap. Hom. h. in Merc. 31.: ſed fragm. 121. eſt πηκτὶς καλή. De nomine πηκτὶς vid ad odar. 6, 10.

6. παιδὶ ἁβρῇ Hephaeſt. Vrſin. Lub. Flaid. Met. 1. Arg. 2. Brig. Born. παῖδ' ἁβρῇ Voſ. Κωμάζων παιδ' ἁβρῇ τε coni. Val. p. 137. male, et ſine cauſſa.

De hoc fr. vide Fiorillo in Obs. in Athen. p. 26.

ΙΖ΄ * 17.

Ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων
Στεφανίσκους θέμενοι νῦν
Θάλειαν ἑορτὴν
Ἀγάγωμεν Διονύσῳ.

VARIETAS LECTIONIS

* Extat apud Athen. 15, 4. p. 674. C, et Eustath. ad Odys. φ' p. 1908. 58: in Steph. poëtt. lyrr. p. 279. et Vrsini fragmm. lyrr. p. 136. s.: in Brunequii Analectr. p. 115. P. ·.: apud Paschalium in de coronis 2, 2. p. 67.: et in edd. Anacr. Flaid. Met. 1. Pau. Arg. 2. Deg. 1. Holst. Brig. Born.

1. ὀφρύσι Athen. Eustath. Vrsin. Steph. Flaid. Met. 1. Pau.

2. νῦν omittunt Athen. Eustath. Vrsin. Steph. Flaid. Met. 1. Pau. Caeterum coronas *apiaceas* fuisse, non modo ferales; vid. Hesychius, et Suidas, v. σελίνου στέφανος· sed etiam *conuiuales*, docent, praeter hunc locum, loci Horatii 1. od. 36, 15. s. 2. od. 7, 24. vid. Muretus varr. lectt. 16, 18. p. 1176. s. To. 2. thes. Gruter. Conf. Theocrit. Idyl. 3, 21. 23. et Bodaeus ad Theophrasti hist. plantt. 7, 6.

3. Θάλειαν τὴν ἑορτὴν coni. Val. p. 136. Sed Eustathius d. l. ἑορτὴν ostendit θάλειαν dici, ὡς τοῖς θύουσιν αἰτίαν τοῦ θάλλειν, et verba θάλειαν ἑορτὴν interpretatur sic, ἐν ᾗ δηλαδὴ ἔθαλλον ὑπερβάλλοντες, φασὶ, τὰ εἰωθότα· ὃ δὴ παρέχει τὰς ἡδονάς. Certe Homerus etiam Il. η', 475. δαῖτα vocat θάλειαν, hoc est, interprete schol. min., θάλλουσαν τοῖς ἀγαθοῖς.

4. Διονύσσῳ Athen. Eustathius plane omisit.

ΙΗ´ *

Πλεκτὰς δ᾽ ὑποθυμιάδας
Περὶ ϛήθεσι λωτίνας ἔθεντο.

VARIETAS LECTIONIS

* Extat apud Athen. 15, 5. p. 674. D: Vrſin. p. 136.: Steph. p. 294.: in edd. Anacr. Comel. Flaid. Met. 1. Pau. Holſt.

1. Athen. d l. ἐκάλȣν δὲ καὶ οἷς περιεδέοντο τὸν τράχηλον ϛεφάνȣς ὑποθυμιάδας. Idem 15, 6. p. 678. D, ὑποθυμίδες δὲ, καὶ ὑποθυμιάδες, ϛέφανοι παρ᾽ Αἰολεῦσι, καὶ Ἴωσιν, ὃȣς περὶ τȣ̀ς τραχήλȣς περιετίθεντο, ὡς σαφῶς ἐϛι μαθεῖν ἐκ τῆς Ἀλκαίȣ, καὶ Ἀνακρέοντος, ποιήσεως. Idem 15, 11. p. 688. B, Ἀλλὰ μὴν καὶ τȣ̀ς ϛεφάνȣς τȣ̀ς περικειμένȣς τῷ ϛήθει ὑποθυμιάδας οἱ ποιηταὶ κεκλήκασιν, ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθῶν ἀναθυμιάσεως, ȣ̓κ ἀπὸ τȣ̃ τὴν ψυχὴν θυμὸν καλεῖσθαι, ὥς τινες ἀξιȣ̃σιν. Atque in eadem hac ſententia de cauſſa appellationis iſtarum coronarum fuit Plutarchus ſympoſ. 3, 1. p. 647. E To. 2., qui eas etiam περιδεραίȣς vocat. Praeter Plutarchum, et Athenaeum, legi de hoc genere coronarum poſſunt interpretes Heſychii p. 1470. To. 2.: Caſaubonus ad Athen. p. 953.: Hemſterhuſius ad Lucian. p. 75. To. 1.: Meurſius ad Theocrit p. 169., qui verba Anacreontis legi iubebat ſic, Πλεκτὰς δ᾽ ὑποθυμίδας περὶ Στήθεσσ᾽ ἔθεντο λωτίνας. Heſychius: Ὑποθύμιος· ϛέφανος ὑποτράχηλος· id pro ὑποθύμιος Hemſterhuſius reſcribi iuſſit ὑποθυμιάς.

2. ϛήθεσσιν Vrſin. Flaid. Callixenus Rhodius apud Athen. 15, 6. p. 677. D, Ἐπεὶ δὲ Ἀλεξανδρείας ἐμνημόνευσα, οἶδά τινα ἐν τῇ καλῇ ταύτῃ πόλει καλȣ́μενον ϛέφανον Ἀντινόειον, γενόμενον ἐκ τȣ̃ αὐτόθι καλȣμένȣ λωτȣ̃. Φύεται δ᾽ ȣ̃τος ἐν λίμναις, θέρȣς ὥρᾳ, καί εἰσιν αὐτȣ̃ χροιαὶ δύο, ἡ μὲν τῷ ῥόδῳ ἐοικυῖα· ἐκ τȣ́τȣ δ᾽ ὁ πλεκόμενος ϛέφανος κυρίως Ἀντινόειος καλεῖται· ὁ δ᾽ ἕτερος λώτινος ὀνομάζεται, κυανέαν ἔχων τὴν χροιάν. Conf. ad odar. 4, 1.

ΙΘʹ *

Ωινοχόει δ' ἀμφίπολος μελιχρὸν οἶνον,
Τρισκύαθον τὴν κελέβην ἔχουσα [χερσίν].

VARIETAS LECTIONIS

* Legitur apud Athen. 11, 7. p. 475. F: Vrſin. p. 137.: in editt. Anacr. Flaid. Met. 1. Pau. Holſt.

1. Sic Hom. Odyſ. γ', 472. dixit, οἶνον ἐνοινοχοεῦντες ἐνὶ χρυσέοις δεπάεσσιν· vbi ſchol. min. ad ἐνοινοχοεῦντες adſcripſit, non omnino bene, κιρνῶντες· vt Il. δ', 3. νέκταρ ἐῳνοχόει, h. e. ἐνέχει, interprete Heſychio: et Antipater Anthol. 2, 47. 9. 3. ſ. ὁ κοῦρος ὁμώνυμος Αὐτονόης Βάκχον Οἰνοχοεῖ κρήνης ἐξ ἀμεριμνοτέρης.

2. τρικύαθον κελ. Athen. Vrſin. Flaid. Met. 1. Pau. Holſt. χερσὶν Barn. ipſe addidit. De nominibus κελέβη, et κύαθος, vid. ad odar. 57, 2. ſ.

Κ′ *

Ψάλλω δ' εἴκοσι [πάσαις]
Χορδαῖσιν μαγάδην ἔχων,
Ὦ Λεύκασπι· σὺ δ' ἡβᾷς.

VARIETAS LECTIONIS

* Legitur apud Athen. 14, 8. p. 634. C, et 14, 9. p. 635. C: Vrſin. p. 136. : Steph. p. 148. : in editt. Anacr. Comel. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Holſt. Born.

1. *πάσαις* addidit Barn. ex ingenio. *Λεπταῖς* coni. Val. p. 137. inepte.

2. *χορδαῖσι μάγαδιν* Athen. Vrſin. Steph. Comel. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Holſt. Pollux 4, 61. *μαγάδιν δ' ὀνομάζει μὲν Ἀνακρέων·* vbi alii libri habent *μαγάδην*, alii *μάγαδιν*. De hoc organo, praeter Athen. 14, 8. f, legi poſſunt Bulengerus in de theatro 2, 25, et Buretius diſſert. de muſica veterum commentarr. acad. inſcriptt. Pariſ. To. 4. p. 127. ſ.

3. Verba *σὺ δ' ἡβᾷς* apud Athen. 14, 9. p. 635. C non leguntur. Heſychius: *Ἡβᾷν· ἀκμάζειν, νεάζειν, εὐωχεῖσθαι, μεθύσκεσθαι.* Et Pauus quidem *ἡβᾷν* hoc loco ita poſitum putabat, vt eſſet *μεθύσκεσθαι*, *ſe inebriare, vino ſe obruere.* bene. Sed poteſt *ἡβᾷν* etiam ita accipi, vt ſit verbum rei Venereae, *ludere*, *παίζειν·* certe verbum *συνηβᾷν* ita legitur fragm. 23, 4. 32, 1. : aut omnino ſignificet *bilarem eſſe.* Schol. Ariſtoph. ad Veſpp. 851. *Ἥβην γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸ τέρπεσθαι κατὰ τὰς εὐωχίας προσηγόρευον.* Nam *Λεύκασπις* eſt nomen virile. v. Virg. Aen. 6, 334.

ΚΑ′

ΚΑ΄ *

Ἀγανῶς οἷά τε νεβρὸν
Νεοθηλέα, γαλαθηνὸν,
Ὃς ἐν ὕλῃ κεροέσσης
Ἀπολειφθεὶς ὑπὸ ματρὸς
Ἐπτοήθη· — —

VARIETAS LECTIONIS

* Extat apud Athen. 9, 12. p. 396. D: Aelian. H. AA. 7, 39.: ſchol. Pindari ad Olympp. 3, 52.: Vrſin. p. 132.: Stephan. p. 150.: in editt. Anacr. Comel. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1 Lam. Pau. Arg. 1. 2. Holſt. Brig. Born.: et apud Brunequium Anall. p. 114. P. 1.

1. ἀγανῶς omittunt Athen. Aelian. Vrſ. Steph. Com Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Apud ſchol. Pindari edit. Rom. eſt ἄγανῶς· alii libri habent ἄγαν ὡς. Sed Pauus recte monuit, ἀγανῶς cohaerere cum verbo τέτακται, quod praecedit apud ſchol.: quod tamen aduerbium cum verbis Anacreontis coniunxit etiam Gataquerus aduerſſ. miſcell. 2, 8. p. 312. Trai. Sic ap. Dionyſ. Perieg. 843. ſ. eſt, Σὺν καὶ παρθενικαὶ, νεοθηλέες οἷά τε νεβροὶ, Σκαίρουσιν. Heſychius: Νεβροί· ἐλάφων γεννήματα. Schol. min. Hom. ad Il. θ΄, 248. νεβρὸν ἐλάφου γέννημα· et ad Odyſ. δ΄, 336. νεβροὺς· τὰ ἔγγονα τῶν ἐλάφων· ſed Homerus ipſe d. l. nomini νεβρὸν addidit, interpretationis cauſſa, verba τέκος ἐλάφοιο ταχείης. Apud τοὺς ό Cant. 2, 9. 17. dicitur νεβρὸς ἐλάφων, vt ab Aquila ὁ πῶλος τῶν ἐλάφων, quia in textu Hebraico eſt עֹפֶר הָאַיָּלִים: quibus tamen verbis, non omnino νεβρὸν, ſed νεβρὸν γαλαθηνὸν, ſignificari puto. Conf. Clemens Alex. Paedag. 1, 5. p. 90. B. Colon. Nomine *binnuleus* vſus eſt Horatius 1. od. 23, 1., qui ibi imitando expreſſiſſe hos Anacreontis verſiculos, vt aliis interpretibus, ita etiam Bentleio, viſus eſt: qui tamen eos reuocandos eſſe cenſebat ad verſus duos hos, Ἅτε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν, ὅς τ' ἐν ὕλῃ Κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη, qui eſſent galliambi. Atque ſic ſcripti, et digeſti, eo auctore, comparent in exemplis Anacreontis Arg. 1. 2. Deg. 1. Holſt. Brig. Born. Caeterum ap. Hom. Od. δ΄, 336. eſt, νεβροὺς νεηγενέας γαλαθηνοὺς· vbi ſchol. min. gloſſam γαλαθηνοὺς explicavit verbis μικροὺς, ἔτι γάλακτι τρεφομένους.

2. Hic verſiculus vna cum ſuperiore, omiſſo tamen vocabulo ἀγανῶς, laudatur ab Euſtath. ad Il. θ΄ p. 711. 34. Rom.: et ex eo ab Steph. p. 295.

3. ὅς τ' ἐν ὕλαις schol. Pind. ὅς τ' ἐν ὕλῃ κερόεις Athen. ὅς τ' Aelian. Vrsin. Steph. Com. Lub. Flaid. Macrop. Met. 1. Lam. Pau. Pollux 5, 76. καὶ Ἀνακρέων μὲν σφάλλεται, κερόεσσαν ἔλαφον προσειπών· καὶ Σοφοκλῆς κερῶσαν τὴν Τελέφου τροφόν. recte. Certe natura negauit fere ceruabus cornua. Aristot. H. AA. 4, 11. p. 287. E To. 2. Duual., κέρατα ἔλαφος θήλεια οὐκ ἔχει. add. schol. min. Homer. ad Il. γ', 24. Et quanquam ἡ ἔλαφος saepe etiam *ceruum* significat, ex ea ratione, qua huiusmodi nomina animalium in feminino genere ponuntur tum, quum animalia spectantur, qua animalia, non qua mares, et feminae: tamen adiectum nomen μητρὸς impedit, quo minus quis vti hac caussa ad defendendum ab Anacreonte errorem cum Salmasio [exercitt. ad Solin. p. 157 a] possit. vid. Gataquerus aduersl. miscell. 2, 8. p. 312. Trai. Scilicet ἐπιμελῶς οἱ ποιηταὶ τὴν θήλειαν ἔλαφον κέρατα ἔχουσαν εἰσάγουσι, quae est schol. Pindari ad l. l. obseruatio: et locos Pindari, Sophoclis, Euripidis, eam in rem habet Aelianus H. AA. 7, 39.: vid. Bochartius hieroz. 1, 3. 17. p. 881. To. 1. Leid.: quibus addi potest locus Callimachi h. in Dian. 102.: quia ostendere volunt, quales esse ceruas oporteat, non quales sint. vid. Aristot A. P. c. 25. p. 30. To. 4. Accedit, quod ceruae nonnunquam cornutae captae leguntur. vid. Scaliger A. P. 3, 4. et Graeuius filius ad Callim. h. in Dian. 102. add. schol. Pind. ad d. l. Itaque non erat, quod Zenodotus pro κεροέσσης hoc loco legendum esse ἐροέσσης censeret: a quo recte dissedit Aristophanes Byzantius. vid. Aelian. H. AA. d. l. coll. schol. Pindari d. l. et Bochartius hieroz. 1, 3. 18. p. 893. To. 1. Conf. Vossius institutt. poëticc. 1, 3. 8. p. 53. To. 3. Opp. et Reinesius varr. lect. 1, 18. p. 70.

4. ὑπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς schol. Pind. ἀπὸ μητρὸς Athen. Steph. Com. Lub. Flaid. Macrop. Lam. ὑπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς Aelian. ὑπὸ μητρὸς Vrsin. Pau.

5. Vid. Bochartius hieroz. 1, 2. 51. p. 622. To. 1.

ΚΒ' *

Δακρυόεσσάν τ' ἐφίλησεν αἰχμήν.

* Extat hic versiculus apud Hephaest. Enchir. p. 30.: Vrsin. p. 139.: Steph. p. 150.: in editt. Anacr. Com. Lub. Flaid. Met. 1. Lam. Pau. Holst.: quibus in libris omnibus legitur αἰχμάν.

ΚΓʹ *

Ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον
Πτερύγεσσι κούφαις
Διὰ τὸν ἔρωτα [Κλεοβούλου·]
Οὐ γὰρ ἐμοὶ θέλει συνηβᾶν.

VARIETAS LECTIONIS

* Legitur apud ſchol. Ariſtoph. ad Auu. 1372.; qui poëta ibi vſus eſt v. 1. 2.: ap. Vrſin. p. 133.: et in editt. Anacr. Flaid. Met. 1. Lam. Pau. Holſt. Born.

1. δὴ omittit ſchol. Ariſtoph. Hic, et ſecundus, verſiculus laudantur, vt vnus, ab Hephaeſt. p. 30.: Steph. p. 150.: in editt. Anacr. Com. Lub. Macrop., ita, vt v. 3. ſ. abſint.

3. Ἔρωτ' Pau. Κλεοβούλου Barn. addidit ex ingenio, omiſſum adeo ab aliis editoribus.

4. Συνηβᾶν eſt verbum amatorium, vt fragm. 32, 1., idem valens, quod συμπαίζειν fragm. 29, 5. 36, 6. Heſychius: Συνῇ· συμπαίζῃ· leg. συνηβᾷ, f. etiam συμπαίζει. In ſcolio quodam ap. Bruncquium Anall. p. 158. P. 1. et Arg. 1. p. 89. legitur, Σύν μοι πῖνε, συνήβα, Συνέρα. Itaque non erat, quod Pauus ſuſpicaretur, inter verba ἐμοὶ, καὶ θέλει, aliquid deeſſe. Caeterum Val. p. 137., pro nimia ſua linguae Graecae ſcientia, ingeniique abundantia, totum odarium ita reficiendum, redintegrandumque, eſſe cenſebat, Ὄρνις βούλοιμι [ſic] γενέσθαι, Ὄρνις λιγύμυθος ἀηδὼν, Ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον Ἀναπτερύγεσσι [ſic] κούφαις, Διά τ' [ſic] ἔρωτα Κλεοβούλου· Οὐ γὰρ μὴ θέλε [ſic] συνηβᾶν.

ΚΔʹ

ΚΔʹ *

Ἐκ ποταμȣ̃ 'πάνέρχομαι,
Πάντα φέρȣσα λαμπρά.

* Extat ap. Hephaest. p. 30.: Vrsin. p. 136.: Steph. p. 150.: in editt. Anacr. Com. Lub. Flaid. Met. 1. Lam. Pau. Holst. Valius p. 138. coni. Πᾶσα φαίνȣσα. male, et inuito metro.

ΚΕʹ *

Μεγάλῳ δ' εὖτέ μ' Ἔρως
Ἔκοψεν, ὥςε χαλκεὺς,
Πελέκει, χειμερίῃ δ'
Ἔλȣσεν ἐν χαράδρῃ.

VARIETAS LECTIONIS

* Extat apud Hephaest. p. 40., ita, vt sint duo versus: Vrsin. p. 133.: Steph. p. 150.: in editt. Anacr. Comel. Lub. Flaid. Met. 1. Lam. Pau. Arg. 1. 2. Deg. 1. Holst. Brig. Born.: et apud Brunckium Anall. p. 116. P. 1. Versus primi duo laudantur etiam ab Vrsino Virg. illustr. p. 26.

1. ηὖ τέ Hephaest. Vrs. Steph. Com. Lam. Pau. et caeteri.

4. Dionys. Perieg. 1076. s. ὃν ῥ' ἀπὸ πέτρης Χειμερίαι ποταμοῖο κάτω σύρȣσι χαράδραι· vbi grammaticus vetus χαράδρας docet esse τὰ ἀπὸ τῶν ποταμῶν γινόμενα κοιλώματα, vt schol. min. ad Hom. Il. δ', 454. et Hesychius v. χαράδραι· qui tamen grammaticus nomen χαράδρα melius, et huic loco conuenientius, explicauit verbis χείμαρρος ποταμός. Gloss. vett. Χαράδρα *Fossa*, *cancellus*, *canalis*. De forma vocabuli χειμέριος, quod legitur etiam in Anacreontis epigr. 3, 2., vid. Obseruatt. miscell. p. 15. To. 4.

ΚΣΤ' *

Αλλὰ πρόπινε ῥαδινὰς,
Ὦ φίλε, μηρὰς.

VARIETAS LECTIONIS

